






2
6
283














XXXII

Reg. Conc.

1612

ACTA PRIMI

CONCILII

PISANI CELEBRATI

AD TOLLENDVM

Schisma Anno D. M. CCCC. IX.

ET

CONCILII SENENSIS

M. CCCC. XXIII.

EX CODICE M. S.



ITEM

Constitutiones factæ in diuersis Seßionibus Sacri generalis Concilij Pisani II. M. D. XI.

EX BIBLIOTHECA REGIA.

Reliqua hoc in nouo opere contenta, sequens pagina indicabit.



LVTETIÆ PARISIORVM.

ANN. DO. M. DC. XII.



Cum Priuilegio Christianißimi Regis.

Apologia Sacri Pisanj Concilij moderni.

PHILIPPI DECII *Iuris vtriusque doctoris Concilium, ad Christianissimi Francorum* REGIS LVDOVICI *requisitionem, pro Reuerendissimis Cardinalibus editum qui Concilium Pisis indixerunt: pro vt* LVGDVNI *à Sapientissimorum Virorum cœtu secundum istud Concilium vnanimiter conclusum & determinatum fuit.*

EX BIBLIOTHECA REGIA.

Eiusdem DECII *Sermo de eadem materia.*

Accedit & Concilium Delectorum Cardinalium & aliorum Prælatorum de Emendanda Ecclesia S.D.N.P. Paulo III. ipso Iubente conscriptum Anno. D. M. D. XXXVIII.

Item plusieurs autres apologies & deffences, memoires, instructions, lettres, & Arrests de la Cour de Parlement, pour la celebration & authorité du dernier Concile de Pise, la pluspart prins sur les Originaux.

Iuxta exemplaria excusa Parisiis Apud IOANNEM PETIT in Vico Diui Iacobi ad intersignium Lilij aurei. & Mediolani apud GOTHARDVM PONTICVM, Anno Domini. M. D. XI.



BIBLIOPOLA
LECTORI S. D.

NON te poteſt latere, beneuole Lector, quanti referat ad memoriam poſteritatis res geſtas in Eccleſiæ adminiſtratione ſine fuco & fallacijs propagare. At cum hoc certius & accuratius quam ex authenticis & publicisgeſtis elici nequeat, procul dubio acta primæ & ſecundæ Synodi Piſanæ , necnon etiam Concilium delectorũ Car-

dinalium iussu Pauli III. editum nequaquam omitti debuerunt à nouis collectoribus Synodorum, maxime vero quod ad historiam Ecclesiasticam, quæ nullo prætextu obliterari potest, intime pertineant. Etenim prima Synodus Pisana causam prębuit Constantiensi Concilio, quo pestifera schismata perierunt, Imo vero, Synodus Constātiensis nihil aliud est quam primæ Synodi Pisanæ continuatio, quæ celebrata fuit ad disciplinam Apostolicam, quantum illa tempora ferebant, iure post liminij reuocandam, vt ipsamet acta loquuntur. Quod ad alterum Cōcilium Pisanum, profecto qui eius-

dem & vltimæ Synodi Lateranen-
ſis geſtis perlegerit ac inter ſe dili-
genter contulerit, facile iudicarit,
vndenam & per quos tum conti-
gerit, quo minus Eccleſia ad nor-
mam Conſtantienſis & Baſilienſis
Concilij, quæ apoſtolicam diſci-
plinam in libertatem aſſerebant,
regeretur, & quamobrem alia ratio
à Tridentinis Patribus inita fuerit.
Synodi porro Tridentinæ funda-
menta, cum Paulus III. Pontifex
Max. conſtituere, atque omnes
Chriſtianos in ſpem certiſsimam
Eccleſiaſticæ reformationis excire
vellet, antea quidem aliquot arti-
culos ſuper futura Eccleſię & Cu-
rię Romanæ reformatione per no-

uem viros (quorum tres erãt Cardinales qui nomen huic Concilio dederunt) concipi publicarique iussit anno M. D. XXXVIII. Quos quidẽ articulos frater Petrus Crabre Franciscanus in sua editione Conciliorum prudenter quidem Synodo Tridentinæ, velut eiusdem Synodi exordium præposuit; verumtamen, postmodum à Laurẽtio Surio subducti & à Stephano Binio prætermissi fuerunt: quo casu aut consilio ambigimus: hoc vnum tamen asseuerare possumus, isthæc omnia eximium & necessarium locum sibi iure in historia Ecclesiastica vendicare, sicut etiam vniuersa

acta Concilij Tridentini, quæ olim partim Louanij, partim Ripæ, alijſque locis edita fuerunt, & vt ſperamus ab aliquo hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſtudioſo, tandem aliquando magno Eccleſiæ bono colligentur, & cum ipſis paralippomenis Conciliorum de integro edentur. Vale.

TESTIMONIA DE CONCILIO PISANO.

Ex propoſitione ſolemni facta Biturigibus preſente Rege in Concilio Eccleſiæ Gallicanæ per. M. Thomam de Corſellis Doctorem Pariſienſem & Nuncium Concilij Baſilienſis Anno M. CCCC. IX.



ICVT autem in hac doctrina fidei inuariabili perſeuerauit ſancta Synodus, ſic etiam ſpecialiter hoc Chriſtianiſſimum regnum eadem aſiduè tenuit. Nam primò tempore Concilij Piſani dum auctoritate ipſius Concilij ſententia lata eſt in duos contendentes de Papatu (quorum alterum oportebat in Papatu Ius habere) Rex clariſſimæ memoriæ genitor veſter, ſententiæ Concilij obediuit: & eum quem Papam reputauerat, deſeruit. Similiter tempore Concilij Conſtantienſis, lata ſententia contra Ioannem XXIII. quem verum Papam Rex & regnum reputabant: obediuit Rex ipſe ſententię Concilij & non vlterius ipſi Ioanni: Interfueruntque Oratores Regij, & alij præclariſſimi de hoc regno in ipſo Concilio Conſtantienſi vt Cardinalis

Cardinalis Cameracenſis, Cancellarius Pariſienſis, & cæteri permulti tam ibi quàm in Concilio Piſano, in tanto numero Prælatorum. &c.

DE L'HISTOIRE DE GVICciardin, Liure 10.



TROVAVASI in oltre il Repriuato interamente delle ſperanze della concordia: laquale ben che nel feruore dell' arme non haueua commeſſo di trattare il Cardinale di Nantes & il Cardinale di Strigonia Prelato potentiſſimo del Reame dell' Vngheria, perche il Pontifice haueua vltimamente riſposto, procuraſſero, ſe voleuano gli vdiſſe piu che prima, fuſſe annullato il Conciliabulo Piſano, & che alla chieſa fuſſero rendute le citta ſue Bolongna & Ferrara: nè monſtrando nè fatti minore aſprezza: haueua dinouo priuato molti dè Prelati Franceſi interuenuti a quel Concilio: & Filippo Decio vno

dè piu eccellenti Iuriſconſulti di quella età perche haueua ſcrito & diſputato per la giuſtitia di quella cauſa & ſegnitaua i Cardinali per indrizzare le coſe che s'haueuano a ſpedire giuridicamente.

EXTRAICT DES ANNALES d'Aquitaine, de Maiſtre Iean Boucher de Poitiers en la IIII *Partie, du regne de Louis* XII, ƆIƆ IƆXI.

EN enſuiuant la concluſion priſe au Concile tenu à Tours, par l'Egliſe Gallicane (*où ledict Iean Boucher ſe trouua*) le Roy enuoya Ambaſſadeurs vers le Pape Iulius, qui ne les voulut ouir, ne entendre à faire vn Concile, iaçoit ce qu'il en fut ſommé, tant par ledict Roy Louis, que par le Roy des Romains, & à cette cauſe le Concile fut conuoqué à Piſe, à la requeſte d'aucuns Cardinaux, & deſdicts Rois, où furent faictes au-

cunes ſeſſions, puis fut tranſporté à Milan, de Milan à Lyon, par l'Egliſe Gallicane, où furent faites pluſieurs ſeſſiõs, & en icelles aucuns beaux decrets, toutesfois n'y eut aucune concluſion priſe, au moyen de ce que ledit Pape Iulius mourut vn an & demy apres ou enuirõ. Lequel auant ſon decez en hayne des choſes ſuſdictes, anathematiza Maximilian Roy des Romains, le Roy de France, & Iean Roy de Nauarre ſon allié, & pluſieurs Princes, Cardinaux, & Eueſques, priua leſdicts Rois & Princes de leurs Royaumes, & principautez, les Eccleſiaſtiques de leurs dignités & benefices, donna les Royaumes, & principautez à qui premier les occuperoit, dont ils appellerent au futur Concile: où tout ce qui auoit eſté faict par ledict Pape Iulius, fut declaré nul par le Pape Leon, qui ſucceda audit Iulius.

EXTRAICT DE L'ANCIENNE *histoire d'Anjou, composee par Messire Iean de Bourdigne, Prestre & Docteur és Droicts, Imprimee à Paris par Galiot du Pré, l'an 1529.*

III *Partie Chapitre* XXIIII.

LE Principe & naissãce du discord du Pape Iules & du tres-Chrestiẽ Roy de Frãce fut dissolution de foy & charité: car le S. Pere cõtreuenant aux promesses & accords qu'ils auoient faictz au Roy merueilleusement à ire & indignation l'incita, & tant furent eschauffez l'vn contre l'autre qu'ils commencerent à eux guerroyer apertement, & mesmement le Pape le Duché de Milan au Roy apartenant par armes assaillit contre droit & raison, si luy voulut bien le Roy resister pour sõ pays deffendre. Toutesfois ne voulant riens faire sans Conseil, A la requeste de luy & de Maximilian esleu Empereur, fut à Pise assemblé vn Concile des Pre-

lats de l'Eglise, Docteurs en toutes facultez, & autres gens doctes & lettrez qui tres-voulontiers y comparurent. Puis pour certaines causes fut ledict Cõcile translaté à Milan, & par autre session à Tours, auquel Concile presida Reuerend Pere en Dieu François de Rohan Archeuesque de Liõ, Primat des Gaules & Euesque d'Angers, & y furent faictes plusieurs bonnes & louables constitutions, & maints doutes disputez & resolus &c.



ACTA PRIMI CONCILII PISANI CELEBRATI AD TOLLENDVM SCHISMA, ANNO DOMINI M. CCCC. IX.

Copia Litteræ conuocationis Concilij Pisani quæ dirigitur Domino Benedicto XIII.



SANCTISSIMO D. nostro Benedicto XIII. miseratione diuina summo Pontifici Deo humiles & deuoti oratores Episcopi, Presbyteri & Diaconi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales nunc in Liburno Pisanæ diocœsis existentes pro nobis & aliis Reuerendißimis Patribus Dominis Cardinalibus pro nunc absentib. nobis adhærentib. & adhærere volentibus in hac parte, cum supplici & deuota recommendatione vtriúsque hominis sospitatem.

Qualiter hoc schisma pestiferum totius corporis Ecclesiæ infectiuum vnitatem lacerans, & eneruans charitatem, clerum inuoluens tortuosis laqueis, & populum subvertens ab erroribus quàmplurimis Ecclesiæ fidem langentibus intromißis ortum habuit, & diuturnitatem adeo noxitam, Vestræ Sanctitati notum esse non dubitamus. Hæc enim in sui exordio modica visa erroris scin-

VIII

tilla, cui cùm per deliberationem Concilij, vt Sanctorum Patrum moris fuit, non extitit obuiatum. Sed duro preposito, via Concilij repulsa, fomenta adhibita per inordinatos & perniciosos affectus in quibus quærentes homines quæ sua sunt non quæ Christi, adeo in flammam proximam exaltauit, mundum percurrit vniuersum, concutit clerum, subuertit populum, fidem maculat, Sacramenta prophanat, & Ecclesiasticæ Censuræ contemptum inducit, Ecclesiæ libertatem omnino extinguit, & indeuotos reddit Christi charactere insignitos, vt vix dignosci valeat quis existat Catholicus, cùm plures appareant legis diuinæ transgressores, & mandatorum Dei manifestißimi contemptores. Et si hæc nullatenus toleranda, quid ait vulgus de his qui bases & columnæ videntur Ecclesiæ, qui horum malorum & tantorum scelerum dißimulatores esse videntur, diuidentes clerum ac populum, & versi in laqueum tortuosum vbique ponunt scandalum in suarum & ferè omnium perniciem animarum: Nihil aliud aiunt dici posse nisi quod tanta scelera contra Deum orthodoxam fidem, & sanctum spiritū animæ pertinaci cōmissa, inexpiabilia, teste scriptura, etiam sacrificiis reputentur. Si Hely peccatum longè leuius, vt sacra refert historia, inexpiabile fuit piaculum & delictum. Hæc enim pater Sancte, ruina tam horribilis tāque exosa in diuinæ maiestatis conspectu, vt habet communis existimatio, in manu nostra ludibriis plena, & vtinam non blasphemiis infecta in nostri reprobatione consistit, qui cùm ex debito debemus & tenemur vt præmissa tollerentur de medio nostros indefessos adhibuisse labores, nostra quæcumque exponere etiam titulos dignitatum, animas

nostras, & vltroneé bibere calicem paßionis: ambulatum est per deuia & non plana, & velut cæci palpantes clausos parietes, aperta, lataque & plana ianua reiecta est, velut spinosis aculeis & venenosis iaculis, & iuxta affectionem in conspectu Altißimi & hominum iudicio communi, voluntariam & non sanam, fulcitam magnis periculis latet, in illa consistit summa securitas & hominum conscientiarumque indubia sinceritas, ex quibus longo tempore declinata fuit ceßionis via, in ingressu planæ ianuæ consistebat solitaria, cum Dei graui offensa innumerisque periculis animarũ. Et quamuis ex post exactis annorum curriculis fuit hæc via sancta & necessaria, & communi omnium fidelium iudicio præelecta cum Angelo Corrario, Gregorio nominato, per sanctitatem vestram recepta & etiam approbata, tot tamen & tantæ in illius habenda desiderata exequutione adhibitæ difficultates, variationes, dilationes ac repudia circa locorum electionem, & securitates hinc inde, quod nullus effectus sequutus est, nec aliunde speratur modo aliquo prouenturus, sed quodam recessu perpetuo indicto pacis tractatu, imo verius repudio perenni abusus in viam longinquam nunquam ad agni nuptias per vnitatis vinculum, vt à multis creditur, intraturi. Sed mala sub breui compendio considerantes prouidé ac pia mentis consideratione pensantes, Reuerendissimi Patres nominati in parte alia Cardinales à dicto Angelo Corrario Gregorio nominato, ad omnem viam habendæ vnionis plusquam describi possit mente & proposito indurato recesserunt, iuxta diuina mandata ad quos de, vestræ sanctitatis permissu & voluntate expressa, quatuor ex nobis delecti fuerunt, &

conue-

conuenientibus in Liburnum, cũ quatuor ex eius Cardinalibus nominatis, & demum nos omnes & ipsi in vnum conuenientes prospeximus communi & concordi voto, & matura habita deliberatione cum multis notabilibus prælatis & quamplurimis literatis viris Deum timentibus & pacem Ecclesiæ habentibus in feruore charitatis, fore necessarium, vt per Ecclesiam vniuersalem congregatam huic tam pestilenti morbo & inueterato laqueo erroribus fidem tangentibus pleno subueniatur & occurratur in breui, ad seruandas omnium fidelium conscientias, errores submouendos notorios, virtutes inserendas, animorum & Ecclesiæ reformationem debitam & salubrem: Et quod per nos in nostra obedientia & alios nominatos Cardinales in sua, prælati & alij qui vocandi fuerint, conuocentur per nos in Ciuitate Pisana, & per illos in eadem ad terminum vicesimæ quintæ diei Mensis Martij proxime futuri. Et hunc modum Conuocationis communi assensu assumpsimus propter neutrales & illos qui de obedientia dicti Angeli ad vestram ac etiam illos de vestra qui ad vestram & dicti Angeli conuocationem nullatetus venirent, & propter defectus alias habitos in conuocatione Concilij de quo sæpissime & diuersis de cursis temporum interuallis fuit per nos vestra sanctitas requisita & eidem humiliter supplicatum & alteri promissum, sed nullatenus adimpletum. Et vt omnis adhibeatur cautela ex super abũdanti, vobis tenore præsentium supplicamus, & instanter requirimus quatenus quantum in vobis est dictæ conuocationi præbeatis assensum & opem, & quod vestræ sanctitati placeat in dicto loco & termino personaliter interesse, & in dicto Concilio conuenire, in quo nobis procurantibus plena & sufficiens securitas præstabitur in veniendo stando & recedendo, et de qua ante dictum terminum congruo reseruato interuallo, sanctitas vestrã certificare curabimus. Et nos seu nostrorum maior pars eandem san-

ctitatem vestram humiliter commemorare, cum omni honorificentia quæ summo debetur Pontifici, & honorifice tractare ad conseruationem vnitatis & pacis, & post ipsius exitum Felicem. Hæc enim conuocatio ad locum & terminum antedictos nullo valet colore difficultari, impediri, seu quocumque conficto pallio differri, declinari seu mutari: Cum & si in sanctitate vestra corporalis infirmitas vel aliud occurreret impedimentum, seu alias absentiæ iusta causa possit et debeat de quo vos solemniter requirimus, & alias fuit per nos consultum, hoc Dei tam necessarium negotium quo ad illa quæ per vos facienda existunt per deputatum à vobis, quo ad omnia necessaria vel expedientia præambula sufficientem auctoritatem habentem perfici et procuratore sufficienti et spirituali mandato ac irreuocabili munitum, cessio pro parte vestra fieri Angelo nominato Gregorio cedente in propria persona, vel per procuratorem similem potestatem habentem, & irreuocabile & speciale mandatum, vel ipso sublato de medio, vel canonice per Ecclesiam eiecto.

Quod si dictæ conuocationi opem et assensum præstare refugeritis, et in loco & termino antedictis conuenire, vel deputatum procuratorem, vt præmittitur destinare. cum extra terminos Italiæ nequeant partes seu ipsarum altera ad conseruationem vnitatis habendæ, multis consideratis ita commode et vtiliter conuenire, Attento quod per Concilia particularia si diuisim & in locis diuisis longua distantia separatis tenerentur, schisma extirpari non posset. Nos & alij qui ad vocationem nostram venerint, procedemus in negotio vnionis habendæ, et schismatis tam horrendi, errorumque fidem tangentium extirpatione, cum collegio Cardinalium partis alterius, ac cum consilio vocatorum per nos et ipsos attentis præmissis iuiuratis et conuentis per sanctitatem vestram, et dictum Angelum, vt dictauerit spiritus sancti gratia et alias fuit

per sanctos patres in Romana Ecclesia salubriter obseruatum, vestra aut dicti Angeli seu alterius absentia non obstante. Suppliciter viribus iteratis exhortantes sanctitatem vestram in Domino, et per viscera misericordiæ Iesu Christi qui Ecclesiam suam fundauit pretioso sanguine vnamque esse voluit ac in vnitate spiritus permansuram, sine qua et extra quam non est salus, quatenus conuocationi iam dictæ in loco et termino antedictis fiendę, opem et auxilium vt decet zelatorem domus Dei adhibere velitis. Ad quem sicuti de Iure possumus super prędictis vos prouocamus ad causam, quia, si quod absit nolueritis aut impedimenta præstiteritis, dictę conuocationi et ad illam venientibus, ac nobis qui ad illam tendimus: eamque modis Canonicis procurauimus, talia ad impedimentũ vnionis Ecclesię et ipsius schismatis perpetuationi censerentur, luce clarius, pertinere, Cum ad veritatem contra falsitatem, fuerit collata potestas, & ad ædificationem non autem ad destructionem. *Et si quod absit vellet sãctitas vestra impedimenta prestare, cum nihil sit per quod fiendę vnitati, ad quem tendimus posset per potestatem aliquam iuste fieri cum in hoc prosequamur voluntatem diuinã,* Ecclesia, cuius vnitati claues à Christo cõcessæ sũt; *talia nõ pateretur, sub dissimulatione transire. Et circa præmissa, vestrã intentionem vestrumque propositũ & quod in premissis agere intẽditis pręsentialiter nobis notificare digneminiu vt proinde certitudine habita, prouidere valeamus quantũ in nobis erit, circa vestram securitatẽ & libertatem et alia necessaria, et ad tantum negotium opportuna. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum, præsentes nostras literas et per Notarium publicum infrascriptum subscribi et publicari mandauimus, ac nostrorum sigillorum fecimus appensione muniri.* D*atum & actum in loco Liburni supradicto, in claustro Ecclesię dicti loci, nobis ibidem tunc Guidone pręuestiri.*

Nicolao Albanensi, Petro Tusculanensi Episcopis; Petro TT. sanctæ Susannæ presbytero; Amedeo sanctæ Mariæ nouæ, & Petro sancti Angeli diaconis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus Congregatis & personaliter constitutis, ac omnia & singula suprascripta pro nobis & alijs dominis Cardinalibus absentibus nobis adhærentibus & adherere volentibus in hac parte approbantibus & ratificantibus: & de præmissis & eorum singulis unum vel plura publica instrumenta nobis & cuilibet nostrum fieri petentibus, sub Anno & Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo octauo, Indictione prima, & die quartadecima Mensis Iulij præsentibus reuerendis in Christo patribus & dominis Dei gratia Symeone patriarcha Alexandrino, administratore perpetuo Ecclesiæ Carcassonensis, Petro Episcopo Meldensi, ac venerabilibus & circumspectis viris magistris Roberto de Quesneio doctore, Ioanne Francisci licenciato in decretis, Ioanne Petri. Magistro in Medicina testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis sic subscriptis & signatis.

Et ego Ioannes Desmarquais de monte acuto Clericus Laudunensis Diæcesis & Imperiali auctoritate notarius, præmissis omnibus et singulis supra scriptis dum per reuerendissimos in Christo Patres dominos supradictos sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales ratificarentur et approbarentur, una cum prænominatis testibus præsens fui, & de præcepto eorumdem dominorum Cardinalium, præsentes literas per alium scriptas una cum trium priorum Collegij dictorum dominorum Cardinalium de mandato & requisitione aliorum tunc dominorum Cardinalium supradictorum, eisdem dominis prioribus factis super hoc, sigillorum appensione, me hic propria manu subscribenda signo meo consueto signaui, in fidem et testimonium omnium et singulorum præmissorum.

De Marchias de monte acuto.



ACTA PRIMI CONCILII PISANI CELEBRATI AD TOLLENDVM SCHISMA, ANNO DOMINI M. CCCC. IX.

Sequuntur Sessiones factæ per Concilium generale tentum Pisis, contra Petrum de Luna, & Angelum Corario, olim de Papatu adinuicem contendentes.

IN NOMINE DOMINI amen: anno à Natiuitate eiuſdem mileſimo quadringenteſimo nono, more Romano, indictione ſecunda, die viceſima quinta menſis Martij, inchoatum fuit generale Concilium ſiue ſancta Synodus & celebratum in ciuitate Piſana in quo erant plures Cardinales, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, ſacræ Theologiæ Magiſtri & vtriuſq; Iuris Doctores, & licenciati notabiles, procuratoreſq; plurium abſentium Prælatorum, in quo quidem Concilio proceſſum extitit per hunc modum.

Primò, fuerunt factæ processiones solennes, & postmodum in Ecclesia Cathedrali dictæ ciuitatis, fuit Missa deuotissime per dominum Cardinalem de Thurego celebrata, & sermo factus per vnum alium Cardinalem scilicet Mediolanensem, Missa vero celebratâ, cantatæ fuerunt antiphonæ, & certæ orationes dictæ; & postmodum Diaconus alta voce dixit *Orate.* Tunc flexis genibus, & inclinato capite, omnes orauerunt submissa voce mitris positis: deinde diaconus & subdiaconus cantauerunt alta voce letanias, & omnes responderunt, quibus finitis vnus Cardinalis episcopus, dixit certas orationes ad propositum vnionis, quibus completis, quidam Cardinalis Diaconus legit euangelium: Quo lecto, vnus episcopus Cardinalis incepit hymnum *Veni creator spiritus*, quo finito, duo Cardinales Diaconi, duo Archiepiscopi, & duo episcopi, cum pluribus Doctoribus & notariis, ex ordinatione Concilij & mandato, se transtulerunt ad valuas Ecclesiæ, & alta voce proclamauerunt *an Petrus de Luna & Angelus de Corario qui B. & G. dicebantur, de papatu contendentes, essent hîc præsentes, aut aliquis pro ipsis*: quibus non repertis, nec aliquo pro ipsis, ad Ecclesiam redierunt, & in pleno Concilio relationem fecerunt: qua relatione sic facta, sacrum Concilium certos ordinauit & constituit promotores, seu procuratores nomine ecclesiæ vniuersalis, ad agendum, petendum, & faciendum omnia necessaria, commoda, & oportuna pro schismatis extirpatione, contra prædictos dominos contendentes, immo veriùs colludentes de Papatu, & pro sancta vnione in ecclesia Dei habenda, prout in forma, &c. Ordinatiq; sunt Aduocati & notarij pro ista causa deducenda. Quibus factis, procuratores præ-

dicti accusauerunt contumaciam dictorum contendentium de Papatu, & petierunt eos reputari contumaces in materia schismatis & fidei, ac in contumaciâ ac defectu poni. Et fecerunt legi citationes & prouocationes dictorum contendentium, & relationes executorum, &c. Quibus non obstantibus, Concilium Sacrum de benignitate ordinauit expectandum vsq; ad aliam sessionem, quæ fuit ordinata ad xxvj. diem dicti mensis Martij.

SECVNDA SESSIO.

QVa die adueniente, celebrata missa, & seruatis solennitatibus vt supra, dicti contendentes fuerunt euocati ad valuas Ecclesiæ, modo quo supra in media sessione. Et quia non comparuerunt, nec aliquis pro ipsis, fuit vt supra contumacia accusata. Nihilominus Concilium sacrum iterum de benignitate dixit eos expectandos vsque ad penultimam diem dicti mensis Martij ad quam diem ordinauit proximam sessionem qua die videlicet xxx. Martij adueniente, fuit processum vt sequitur.

TERTIA SESSIO.

DEclaratio, & decretum latum contra duos contendentes de Papatu ob contumaciam ipsorum in causa fidei & schismatis contumaciæ, prolata ex ore domini Prenestini sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales Pictauiensis vulgariter nuncupati ex commissione totius Concilij & assensu vnanimi.

Vniuersis & singulis, sacra mandante Synodo tenore præsentium intimatur, quod hac die Sabbati penultima huius mensis Martij in Ecclesia Cathedrali Pisana, celebrata deuote & solenniter missa, pro vnione sacrosanctæ Ecclesiæ ordinata, dictis in cantu letaniis, & deuotis orationibus, ac expletis aliis in talibus consuetis, auditis quibusdam propositionibus & petitionibus deputatorum, aduocatorum, & procuratorum sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, iniquis de Papatu contendentium ausibus lacessentium lacessitorum. proh dolor: Immo diutissime per quas recensito quod attenta contumacia infrascriptorum de Papatu contendentium, proxime lapsorum, in processu huius causæ descripta; petitum extitit, eosdem contendentes, etiam Cardinales eis adhærentes, & alios ad huiusmodi Concilium legitime euocatos reputari, decerni, & declarari contumaces, iam bis, & nunc tertiò, prorogata seu continuata dies instat, in qua contendentes ipsi, & Cardinales ipsis adherentes, cæteriq; vocati comparere tenentur, accusatq; legitime.

Tandem ipsa die contumacia prædictorum contendentium & petito eos contumaces reputari, decerni, & declarari ipsa sancta Synodus seu hoc sacrum sanctum generale Concilium antedictum præfatis contendentibus & aliis legitime, vt ex processu constat, ad valuas Ecclesiæ vocatis, aliisq; seruatis seruandis vnanimi consensu vocatorum supradictorum contendentium & aliorum contumaciam reputauit decreuit & declarauit per organum domini Cardinalis Pictauiensis vt in schedula continebatur cuius tenor sequitur & est talis.

Sancta Synodus, seu hoc sacrum generale Concilium dominos Petrum de Luna Benedictum xiij. & Angelum Corario Gregorium xij. nuncupatos, de Papatu contendentes, & quantum in eis est Ecclesiam Dei notorie in schismate tenentes, legitimè requisitos, vocatos, & proclamatos in causa schismatis & fidei ad hoc præsens sacrum & generale Concilium, & omnia in eo agenda non venientes, seu non comparentes legitime per se nec per alios, nec termino statuto satisfacientes, licet expectatos post terminum per duas sessiones; reputat, decernit, & declarat in causa schismatis, & fidei contumaces, ponitque in contumacia & defectu, & ordinat in eorum contumacia debere ad vlteriora procedi & procedendum fore: Ordinans cessionem aliam fieri die lunæ post dominicam in Albis, quæ erit xv. die mensis Aprilis: Ad quam diem ordinat præsens generale Concilium dominum Cardinalem Tudertinum Domino Gregorio adhærentem, & dominos Ioannem Sabinensem Episcopum Sancti Adriani Sanctæ Mariæ in via lata de Flisco, & de Chalanco vulgariter nuncupatos, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales domino Benedicto adhærentes de benignitate expectandos fore, cum intimatione. Quod si prædicti duo contendentes, & præfati domini Cardinales non comparuerint in dicto termino, ad vlteriora procedetur, eorum contumacia non obstante. Ordinauit nihilominus præsentem ordinationem in valuis Cathedralis Ecclesiæ affigi publicè, vt de præmissis non valeant ignorantiam allegare.

QVARTA SESSIO.

QVa die Lunæ xv. mensis Aprilis adueniente, missa ibidem celebrata, & alijs quæ ad diuinum cultum spectant, vt moris est in Concilio generali, vt supra declaratum est & comparuerunt Ambassiatores Rupperti de Bauaria sanctæ sedis imperatoriæ electoris, qui palam publicè proposuerunt pro impugnando conuocationem contendentium, secundo substractionem factam per Cardinales suæ obedientiæ, tertio vnionem Collegiorum, &c. Quibus auditis fuit eis dies assignata ad audiendum responsionem super propositis ad xxiiij. diem dicti mensis Aprilis, fuitq; his non obstantibus processus continuatus vt supra, vocando ad valuas Ecclesiæ si duo contendentes, aut eorum alter, vel aliquis pro eis esset in hac præsenti Ciuitate Pisana, vt supra, Quibus non apparentibus fuerunt reputati contumaces vt supra, continuando sessionem aliam ad diem mercurii xxiiij. prædictam, quo termino pendente præfati Ambassiatores imperatoris secunda die recesserunt illicentiati, & hospite non salutato.

QVINTA SESSIO.

DIcta die mercurii xxiiij. mensis Aprilis adueniente, missa & solennitatibus seruatis, fuit accusata contumacia dictorum contendentium, vt supra: fecitq; promotor seu procurator Ecclesiæ vniuersalis proponi certos articulos, contra ambos contendentes, concludentes plura ad propositum vnionis, & contra dictos

contendentes, & requirebat quod darentur commissarij, licet perpetrata essent notoria pro informatione maiori: Tunc fuit dies assignata ad hoc pro alia sessione, scilicet ad vltimam diem Aprilis.

SEXTA SESSIO.

QVa adueniente comparuerunt Anglici, & proposuit Episcopus Salberiensis solenniter dicens pro themate, *Iusticia & iudicium præparatio sedis tuæ*, concludens quod habebat à Rege & regno Angliæ potestatem magnam ad omnia necessaria in hoc sacro Concilio rationabiliter tractanda, & postmodum fuit dies assignata pro alia sessione, ad diem sabbathi, quartam mensis Maij proxime futuram.

SEPTIMA SESSIO.

DIcta die Sabbathi adueniente, seruatis solemnitatibus & cerimonijs præmissis, quidam doctor Bononiensis Petrus de Anchorano dictus solemniter respondit ad proposita per Ambassiatores dicti Rupperti de Bauaria licet absentes, & satis expectatos, ostendendo clarè, quòd proposita per eos erant manifeste friuola, & nullius efficaciæ, fundendo clare intentionem Concilij, & quod ipsi ambassatiores tendebant ad impedimentum sanctæ vnionis. Et postmodum fuerunt dati per Concilium Commissarij & nominati pro examinandis testibus super propositis per Procuratorem seu Procuratores Concilij & ad recipiendum instrumenta & probationes &c. etiam in absentia &

contumacia dictorum contendentium. Et ista die, dominus Episcopus Ebroicensis celebrauit missam in maiori Ecclesia, in præsentia sacræ Synodi, & fuit ordinatum quod aliqui eligerentur pro eundo ad regem Ladislaum, pro mitigando eum, &c. fuitq; dies assignata ad diem Veneris proximam, scilicet decimam diem mensis Maij prædicti pro alia sessione.

SESSIO OCTAVA.

QVa die adueniente seruatis solennitatibus & Cerimonijs vt supra, dictum est pro parte procuratoris vniuersalis Ecclesiæ, & fuit requisitum quatenus Concilium sacrum vellet determinare & sententiare, &c. Vnionem duorum Collegiorum factam fuisse, & esse legitimè factam & facere vnum Collegium, ratificare, approbare, & confirmare; conuocationemq; sacri Concilij per eos factam fuisse, & esse iuridicè & legitimè factam in loco habili, tuto, & securo, ipsamq; congregationem esse, & repræsentare Concilium vniuersalis Ecclesiæ: ad ipsumq; Concilium spectare & pertinere cognitionem, definitionem & decisionem omnimodam causæ vnionis Ecclesiæ, & schismatis sedandi, contra duos contendétes de Papatu, ecclesiam Dei detinentes in schismate notoriè, cum omnibus pertinentiis, emergentibus & connexis. Et fuit petitum si placeret omnibus: Et cum magna pars respondisset quod placeret, placebat quod ita fieret: Duo Episcopi quo ad primam conclusionem contradixerunt, videlicet Salisberiensis & Ebroicensis, dicentes quod non poterat fieri vnio duorum Collegiorum quandiu Cardinales

Benedicti

Benedicti sibi obedirent prout faciebāt, alijs non obedientibus Gregorio xij. sed solum Deo & Ecclesiæ, quia turpis est pars, quæ non congruit suo vniuerso. Et ita erat necesse quod domini Cardinales se subtraherent, vt esset vnio vniformiter obedientium & obedientiarum: *& multitudinis credentium esset cor vnum & anima vna.* Quibus auditis fuerunt multa hinc inde prolocuta. Et tandem Procurator prædictus ascendit pulpitum, & requisiuit quod Sancta Synodus (attēta pertinacia & contumacia dictorum duorum contendentium de Papatu in materia schismatis & fidei, & quod notorie Ecclesiam Dei detinerent in schismate, contra eius voluntatem, & violenter contra eorum iuramenta & vota, ac debitum postoralis officij, & de eorum manifesta collusione satis constet) vellet & dignareтur pronunciare & declarare, à tempore quo constitit eos non habere vel non habuisse voluntatem vniendi Ecclesiam per viam iuratam, & pro tanto bono per Ecclesiam electam, quemlibet potuisse & debere recedere ab amborum obedientia, nec vlterius amplius debere eis obedire, & petijt si hoc placeret omnibus & responsum fuit iocosè quod sic, excepto quodam Episcopo Anglico, & vno Alemano: & nihilominus conclusum fuit vt petebat dictus Procurator: & postmodum dominus Patriarcha Alexandrinus, cum Episcopo Salisberiensi, ascendit Cathedram, & infrascriptis pronunciauit sententiam auctoritate Concilij petitioni conformē & de omnibus conclusionibus Procurator Ecclesiæ petijt fieri instrumentum ad perpetuam rei memoriam: Et fuit alia dilatio concessa ad examinandum testes ad viij. diem, sessione ad eandem diem assignata, ad procedendum vlteriùs prout de iure.

SESSIO NONA.

DIe Veneris decima ſeptima prædicti menſis Maij adueniente, celebrata Miſſa, ſolemnitatibus & Cerimonijs ſeruatis, Procurator Eccleſiæ aſcendit pulpitum, & fecit requiri alta voce per aduocatum quod ſubſtractio in præcedenti ſeſſione facta declararetur, quoniam aliqui murmurabant. Et fuit de conſenſu omnium in Concilio exiſtentium pronunciatum per os Domini Patriarchæ Alexandrini *licuiſſe ſe ſubtrahere ab obedientia amborum contendentium de Papatu, à tempore quo, &c.*

Item, quod à cunctis Chriſti *fidelibus erat obedientia ſubſtrahenda, & ab omnibus pro ſubtracta habenda, & ita mandabat Synodus.*

Item, reuocatæ fuerunt ſententiæ latæ per contendentes contra ſubſtrahentes.

Item, ordinatum fuit quod illi qui erant in Concilio iudices, vel coniudices, poterant eſſe teſtes contra contendentes.

Item quod Commiſſarij poſſent articulos declarare.

Item decernit tertiam dilationem ad producendum teſtes, &c. & ad vlteriora procedendum fore prout eidem ſanctæ Synodo videbitur expedire. Diem Mercurij proximam, quæ erit xxiij. menſis Maij, ad quam diem ſtatuit & ordinauit proximam ſeſſionem, prout in quadam ſchedula ibidem lecta continebatur, cuius tenor ſequitur in hunc modũ. Sancta & vniuerſalis Synodus hic in Chriſti nomine congregata, declarat, pronun-

ciat, & decernit ex iuſtis & rationabilibus cauſis; à Petro de Luna, qui Benedictus xiij. & ab Angelo Corario, qui Gregorius xij. dicebantur, improbe contendentibus de Papatu & ab ipſorum cuiuſlibet obedientia licuiſſe recedere libere, & pure; videlicet à præfato B. ex tempore quo viam ceſſionis per eum ſolenniter iuratam realiter perſequi, & eam effectualiter adimplere damnabiliter omiſit, & à præfato G. ex eo tempore quo viam ceſſionis per eum ſolemniter iuratam, voto promiſſam, & firmatam, realiter perſequi, & effectualiter adimplere damnabiliter prætermiſit.

Inſuper ſancta Synodus, ex cauſis quibus ſupra, pronunciauit, ſtatuit, ordinauit, & decreuit præfatos contendentes de Papatu ac ipſorum quemlibet, qui canonicè requiſiti, & vocati in præſenti cauſa ſchiſmatis & fidei fuerunt celebrati legitime contumaces fore, à cunctis Chriſti fidelibus, omnimode obedientiam ſubſtrahendam, & ex nunc vt antea ab omnibus pro ſubſtracta haberi. Et ita obſeruandum decernit, pronunciat atq; mandat.

Proceſſus autem & ſententias condemnationum, priuationum, inhibitionum & cenſuras quaſcumq; per eoſdem contendentes de Papatu aut ipſorum alterum in præiudicium perſecutionis vnionis contra ſubſtractos & in poſterũ ſubſtrahendos factos & in futurum fiendos, hæc ſancta Synodus decernit & declarat caſſos exiſtere, ac nullius roboris vel momenti, & eos caſſat & annullat quatenus de facto proceſſerunt aut in futurum procedent.

Item, eadem ſancta Synodus in fauorem fidei, & ſchiſmatis extirpationẽ ac pro Eccleſia lacerata vnien-

da & pacificanda decernit, pronunciat,& declarat omnes cuiusq; status &c. etiam si Cardinalatus, præfulgeant dignitate, qui in causa præsenti sunt, & possunt esse iudices, seu coniudices, similiter esse possint legitimos testes eorumq; testimonio & depositioni fidem esse indubiam adhibendam.

Item, cum propter aduersitatem & prolixitatem articulorum in præsenti causa productorum, posset testium examinatio dispendio protellari, Propterea sancta Synodus decernit, pronunciat, & declarat quod domini Commissarij seu examinatores ad hæc per sanctam Synodum deputati, possint dictos articulos declarare, & specificare, ac in eis addere, detrahere, & mutare, ac interrogatoria facere prout vtilitati & accelerationi causæ videbunt expedire.

Et ex prædictis, causa cognita & deliberata, dat, statuit, & decernit tertiam dilationem, ad probandos ac producendos testes, & ad vlteriora procedendum, (prout eidem sanctæ Synodo videbitur expedire) diem Mercurij proximam, quæ erit dies xxij. huius mensis, ad quam diem statuit & ordinat proximam sessionem, pronunciationem per Patriarcham Alexandrinum die xxvij dicti mensis Maij millesimo iiij. c. nono in sacro Concilio generali Pisis celebrato.

SESSIO DECIMA.

Die mercurij adueniente, quæ fuit xxij. mensis Maii, celebrata missa, & illis quæ ad diuinum officium spectant, Procurator Ecclesiæ fecit per aduocatum proponi, quod domini Cardinales Laudensis

& ſancti Angeli ſenior, & alij prælati, & Domini dati Commiſſarii ad examinandos teſtes, & recipiendas probationes, & inſtrumenta contra duos improbè contendentes de Papatu, teſtes audiuerant, & in ſcriptis redigi fecerant, per notarios ordinatos per Concilium, aliaſq; probationes & inſtrumenta ad cauſam facientia receperunt, erantq; parati legitimam facere relationem, per vnum ex ipſis prælatis commiſſariis, videlicet per organum Domini Archiepiſcopi Piſani, ſi Concilio placeret: Et reſpondit Concilium, placet, Quo facto dictus Aduocatus nomine quo ſupra, petiit & requiſiuit, quatenus dicti contendentes eſſent vocati, ad hanc diem ad audiendum teſtium publicationem, & quod Domini Cardinales cum aliquibus Prælatis & aliis more ſolito irent ad fores Eccleſiæ, & eos vocarent, aut ſi eſſent præſentes, vel aliquis pro ipſis, & de hoc fecerunt relationem in pleno Concilio, quod ſacro Concilio placuit. Et tunc Domini Cardinales de Columna, & ſancti Angeli cum aliis pluribus prælatis, & doctoribus, ac notariis iuerunt ad valuas Eccleſiæ, & alta voce petierunt an contendentes de Papatu, vel eorum alter aut etiam aliquis pro eis adeſſet, quibus ſic factis, ad Concilium redeuntes, retulerunt nec contendentes affuiſſe, nec aliquem pro eis comparuiſſe. Qua de cauſa, quo ad iſtum actum, per Concilium fuerunt reputati contumaces, & fuit concluſum, quod erat vlterius procedendum ad relationem & publicationem eorum, contumaciâ non obſtante. Et ſtatim dictus Archiepiſcopus Piſanus, cum vno notario ſacri Concilij, aſcendit pulpitum, in quo propoſuit quod de mandato dominorum Com-

Hic Cardinalis de Columna poſtea fuit electus in Pontificem & vocatus eſt Martinus V.

missariorum suorum Collegarum, erat ordinatus ad faciendum relationem & publicationem sub tali forma. Quod dictus notarius speciatim legeret singulos articulos, aliàs datos & lectos in pleno Concilio, contra dictos contendentes, ita quod super quolibet articulo seorsim & separatim, dictus dominus Archiep. Pisanus adaptaret testes, super articulos productos, designando numerum, & qualitates, status, gradus, dignitates, & præeminentias singulorum testium, & ita factum est: Et quia dictus notarius hac die legit articulos vsq; ad numerum xx. & in quolibet articulo faciebat pausam, & postmodum Archiepiscopus pisanus dicebat sic, iste articulus est probatus tanquam verus, manifestus, & notorius, per xv. testes, quorum quatuor sunt Cardinales, vnus Patriarcha, quinq; Episcopi, & quatuor Doctores, & vnus licentiatus in decretis, & quandoque dicebat quod articulus erat probatus per x. aliquando per xxii. aliquando per xxv. aliquando per xii. aliquando plus, aliquando minus. Ita tamen quod non fuit articulus quin esset probatus verus ad minus per quinque testes, omni exceptione maiores: Et quia tunc erat tardè, Concilium continuauit istum actum, ad procedendum vlterius, & consequenter in negotio præsenti, ad primam diem quæ erat xxiii. mensis Maii.

SESSIO VNDECIMA.

DIe xxiii. Maii adueniente, seruatis solemnitatibus & Cerimoniis consuetis, Notarius qui de prædictis articulis xx. legerat, continuando materiam

legere cœpit articulos sequentes, vsque ad numerum xxxvii. inclusiuè, & postmodum legit quoque alios paruos articulos, & in continenti Archiepiscopus Pisanus ad quemlibet articulum adaptabat probationes, eo modo quo dictum est in præcedenti sessione, quibus completis Aduocatus Ecclesiæ ascendit pulpitum, & proposuit, vt sequitur.

Reuerendissimi in Christo patres, audiuistis sufficienter, & plenam relationem heri & hodie factam hic in vestrum & totius sanctæ Synodi presentia, recitatam per reuerendum patrem D. Archiepiscopum Pisanum, de mandato & auctoritate Reuerendissimorum dominorum Cardinalium Laudentium, & sancti Angeli, ac dominorum Prælatorum & aliorum Commissariorum examinatorum in præsenti causa, per hanc sanctam Synodum deputatorum: & quia ex eorum authentica & sufficienti relatione, clarè constat omnia & singula quæcunque proposita & producta contra dictos contendentes, immò veriùs colludentes de Papatu, esse vera, publica: notoria, & manifesta, ita quod non possint aliqua tergiuersatione celari, propterea peto, supplico, & requiro, nomine & pro parte procuratorum & promotorum, ad persecutionem causæ præsentis, per hanc sanctam Synodum pronunciari, decerni, & declarari omnia & singula in dicta petitione contenta esse vera, publica, notoria, & manifesta; & super his tanquam veris, probatis, sufficienter publicis, notoriis, & manifestis, ad vlteriora procedere, prout tam magnæ necessitati Ecclesiæ, & pertinaciæ, contumaciæ, & obstinationi dictorum B. & A. hæc sancta Synodus videbit expedire. Auditis

ſancta Synodus petiit deliberationem Concilij, & fecit pronunciari per Dominum Archiepiſcopum Piſanum in hunc modum.

Sancta Synodus, audita tali relatione, ſtatuit terminum ad deliberandum, & audiendum determinationem dicti Concilij ſuper prædictis petitis, & requiſitis, ad diem Sabbati, quæ erit xxv. præſentis menſis Maij, & ad vlteriora procedendum prout ſanctæ Synodo videbitur, ad quam diem ſtatuit proximam ſeſſionem.

SESSIO DVODECIMA.

QVa die adueniente, ſeruatis ſolemnitatibus & cerimonijs, vt ſupra, aduocatus Eccleſiæ aſcendens pulpitum, ſupplicauit, petijt, & requiſiuit nomine quo ſupra, pronunciari ſuper notorio prout alias latius in vltima ſeſſione petierat & requiſierat, & petitum fuit ab omnibus in Concilio præſentibus, ſi placeret, qui omnes & ſinguli reſponderunt placet: Quo facto, Patriarcha Alexandrinus, de voluntate & aſſenſu Concilij, aſcendit pulpitum, & pronunciauit vt in ſchedula continebatur, cuius tenor ſequitur & eſt talis.

Sancta Synodus attenta eorum de quibus agitur notorietate, denique per euidentiam depoſitionum teſtium, & alia documenta legitimè conſtat habitaque ſuper his deliberatione matura, decernit, pronunciat, & declarat, delicta omnia & exceſſus ac alia ad deciſionem neceſſaria in petitione præſentis cauſæ deducta contra dictos B. & G. de Papatu contendentes, per promotores

motores seu procuratores per hanc sanctam Synodum deputatos, fuisse & esse notoria, & tanquam super notoriis, fuisse & esse ad vlteriora procedendum, & tanquam in causa, in qua imminet scandalum, & periculum est notorium in mora. De qua quidem pronunciatione, dicti Procuratores petierunt instrumentum vnum, vel plura, ad perpetuā rei memoriam, à prothonotarijs, & alijs notarijs ibidem præsentibus.

Quibus ita expeditis, fuit per dictum Concilium reuocata potestas Commissariorum, antea data ad examinandum testes, fuitq; super hoc data potestas per Concilium, de eligendo & mittendo nuncios & legatos idoneos, ad Dominum Lucanum, & ad Senensem, pro facto Ecclesiæ. Et insuper, fuit dies assignata, proxima sessione ad diem mercurij proximam, quæ erit xxix. mensis Maij, ad deliberandum de citatione contra contendentes faciendam, pro audiendo sententiam definitiuam, & etiam pro ordinando de die ferendi dicta' nsententiam, & agendi ad procedendum vlterius, prout sacro Concilio videbitur, & fuerit expediens; & sic dictum Concilium recessit.

SESSIO DECIMA TERTIA.

DIe Mercurij xxix. dicti mensis Maij adueniente, seruatis solemnitatibus; & Cerimonijs, vt supra, quidam valentissimus Magister in Theologia vocatus Magister Petrus Plaoul, ascendit pulpitum, & proposuit verbum Dei videlicet. *Congregabuntur filij Iuda, & filij Israël pariter, & ponent sibimet caput vnum*, Oseæ primo in fine, & deduxit pulchrè exaltando Ecclesiam, &

asserẽdo eamesse supra Papam, quod deduxit pluribus rationibus, tam ex parte materiæ, scilicet animarum quam ex parte formæ, quæ est spiritus sanctus; quam etiam ex parte causæ efficientis, quæ est ipse Christus, quam etiam ex parte finis, quæ est ipse Deus in Ecclesia triumphante. Et postmodum posuit opinionem Vniuersitatis Parisiensis, videlicet quod Petus de Luna est schismaticus, pertinax, & hæreticus etiam accipiendo hæresin, propriè & stricte, precisusq; ab Ecclesiâ Dei, eiectus à iure papatus, & priuatus, ac per Concilium de facto tanquam talis eijciendus, & priuandus: Et hæc declarauit pluribus rationibus, & subiunxit quod de eadem opinione erant Vniuersitates Andegauensis, Aurelianensis, & Tholosanensis, ipso autem descendente de Cathedra, ascendit quidam Episcopus Italicus, qui opinionem centum & trium Magistrorum in Theologiâ, & plurium licẽtiatorum, & Bacalaureorum formatorum, ac Vniuersitatis Bononiensis in quadam schedula publicauit, quæ est conformis opinioni Vniuersitatis Parisiensis.

Hinc planum est, controuersiam de Concilij supra Pontificem auctoritate, agitatam fuisse in hac synodo Pisana.

Post modum autem Aduocatus Ecclesiæ, ascendit pulpitum, & petiit diem assignari ad sententiam definitiuam ferendam, & etiam citationem peremptoriam decerni, per edictum ad valuas Ecclesiæ Cathedralis Ciuitatis Pisanæ, & loca insignia contra dictos contendentes de Papatu, quam diem petiit assignari mercurij proxima, quæ erit quinta dies mensis Iunij proxime futuri, & quod illa die fieret vna sessio. Requisiuit insuper, quod pendente dilatione, medio tempore, videlicet die sabbati proxima, quæ erit prima mensis Iunij, fieret vna sessio, ad audiendum pu-

blicari certas attestationes, super nouis, & antiquis de nouo receptis, ex abundanti cautela, contra dictos duos contendentes, super quibus omnibus petijt à sacro Concilio an placeret: Omnes autem de Concilio responderunt placet, super quibus omnibus petitis & requisitis per Episcopum, tam de die sententiæ ferendæ, quam etiam de citatione, & sessione media: de quibus petierunt Procuratores instrumentum ad perpetuam rei memoriam, Et sic Concilium recessit.
Die autem sabbati adueniente, quæ fuit prima mensis Iunii dicti anni millesimi quadringentesimj noni, congregato Concilio in Ecclesia Cathedrali pisana, & seruatis solennitatibus & Cerimonijs consuetis, ac nonnullis orationibus ad factum vnionis Ecclesiæ, dictis, dominus Archiepiscopus Pisanus ascendit pulpitum, & quia aliqui volentes plus sapere, quàm sapere oportet, non fuerunt ad plenum contenti, de relatione aliàs per eum facta, tum quia multi non viderant attestationes, tum quia non fuerat facta relaxatio, nisi duntaxat super notorietate facta, & non super veritate eorumdem: Ideo ad obseruandum omnes circumstantias, de mandato dominorum Cardinalium, & plurium Episcoporum, & aliorum qui dati fuerant Commissarii per Concilium ad examinandum testes; Idcirco fecit relationem suam ex abundanti, per hunc modum: quia primo sumebat sigillatim vnumquemque articulum, exprimendo eius substantiam & effectum, & post statim subiungebat, satis iste articulus probatur verus, per tot testes, quorum tres sunt Cardinales, quinque Episcopi, & duo Doctores, & tres Auditores, &c. Et sic de omnibus articulis, vsq; ad finem,

qui omnes fuerunt probati veri, & qui libet per plures testes magnæ auctoritatis, in fineq; subiunxit, si essent aliqui de Concilio, qui vellent videre ad longum attestationes, quod irent die Lunæ & Martis proxima ad conuentum Carmelitarum, & ibi reperirent notarios, qui omnia ad plenum eis ostenderent, de quibus, &c. vt supra.

SESSIO DECIMA QVARTA.

DIe mercurii adueniente, quæ fuit v. mensis Iunii, seruatis solennitatibus & cerimoniis, vt alias fuerunt seruatæ, Aduocatus Ecclesiæ ascendit pulpitum, & proposuit quod die Mercurii vltimè præterita, fuit decretum citatorium contra dictos contendentes de Papatu ad audiẽdum sententiam definitiuam in pręsenti causa vnionis Ecclesiæ, schismatis, & fidei scilicet ad diẽ hodiernam quintam mẽsis Iunii, videlicet per edictum ponendum & affigendum in valuis huius basilicæ, & aliis locis insignibus ciuitatis, prout factum fuit & constat, per relationem legitimam cursorum, ac etiam per rei euidentiam. Ideo petiit & requisiuit, quod omnes domini Cardinales, & alii prælati, se transferrent ad valuas Ecclesiæ prędictę, & proclamarent, & requirerẽt an dicti contendẽtes de Papatu improbe aut aliqui pro ipsis, aut aliquo ipsorum, esset præsens, & relatione dictorum Cursorum facta, petiit sententiam definitiuam in scriptis fieri, etiam contumacia non obstante, quam accusabat nomine quo supra. Quibus sic factis, duo Cardinales, videlicet de Columna, & sancti Angeli Iunior, & duo Archiepiscopi, videlicet Ianuensis & Pisanus, pluresq; doctores solennes, & notarij, ad

valuas dictæ Ecclesiæ se transtulerunt, & proclamauerunt bis, aut ter, an, &c. Quibus reuersis, retulerunt se dictos contendentes de Papatu non reperiisse, nec aliquem pro ipsis. Ex quo procuratores petierunt sententiam definitiuam contra eosdem contendentes, vt supra, etiam contumacia non obstante. Et petiit aduocatus Ecclesiæ, si placeret omnibus, quod sententia definitiua ferretur per dominum Patriarcham Alexandrinum, qui responderunt placet. Quo facto, dictus dominus Patriarcha, astantibus sibi alijs duobus Patriarchis, scilicet Antiocheno, & Hierosolymitano, vno à dextris & alio à sinistris, & sedens pro tribunali in dicto pulpito, in scriptis pronunciauit sententiam definitiuam contra dictos duos contendentes voce alta & intelligibili, valuis prædictæ Ecclesiæ omnibus apertis, & innumerabili multitudine populi, quantum Ecclesia poterat, capere assistente.

Tenor sententiæ definitiuæ contra prædictos contendentes de Papatu.

CHristi nomine inuocato, Sancta & vniuersalis Synodus, vniuersalem Ecclesiam repræsentans, & ad quam cognitio & decisio huius causæ noscitur pertinere, sancti spiritus gratia, in hac maiori Ecclesia Pisana congregata, ibiq; pro tribunali sedens, visis & diligenter exceptis omnibus & singulis, productis, probatis & agitatis in præsenti causa vnionis Ecclesiæ, fidei, & schismatis, contra Petrum de Luna, Benedictum xiij.: & Angelum Corario Gregorium xij. olim appellatos, quæ in præsenti processu & causa plenius continentur, ac quibuscumq; aliis, ipsam sanctam

Synodum ad infraſcriptam definitiuam ſententiam mouentem & inducentem, habita prius inter ſe ipſos, & denuo inter tam copioſam multitudinem Magiſtrorum in Theologia ſacra, atq; vtriuſq; iuris doctorum, priuſq; & pluries diligenti collatione, & tandem deliberatione matura, omneſq; pariter in hanc ſententiam reperiens, vnanimiter concordare, omnibus modo, via & iure, quibus magis & melius poteſt in prædictis contendentibus, ſeu verius colludentibus de Papatu, & cuiuſlibet eorum contumacia, in his ſcriptis pronunciat, decernit, definit, & declarat omnia, & ſingula crimina, & exceſſus, & alia cuncta neceſſaria ad infraſcriptam deciſionem præſentis cauſæ deducta, per prouidos viros Henricum de Monteleone, Ioannem de Scribanis, & Bertholdum Voiederghen promotores, inſtigatores, & ſolicitatores, ſeu procuratores deputatos, ad perſequendum præſentem cauſam, pro huius deteſtandi & inueterati ſchiſmatis huiuſmodi extirpatione, & vnione atq; reintegratione ſanctæ matris Eccleſiæ contra & aduerſus prælibatos Petrum de Luna B. xiij. : & Angelum Corario G. xij. de Papatu damnabiliter contendentes, ab aliquibus nuncupatos, in petitione coram ipſa ſacra & vniuerſali Synodo præſentata & exhibita fuiſſe, & eſſe vera atq; notoria, ipſoſq; Angelum Corario, & Petrum de Luna, de Papatu vt præfertur contendentes, & eorum vtrumq; fuiſſe, & eſſe notorios ſchiſmaticos, & antiqui ſchiſmatis nutritores, deffenſores, approbatores, fautores, & manutentores pertinaces, nec non notorios hęreticos, & à fide deuios, notoriiſq; criminibus enormibus periurii, & violationis voti irretitos, vniuerſalem Ec-

clesiam sanctam Dei notorie scandalizatores, cum incorrigibilitate, contumacia, & pertinacia, notoriis, euidentibus, & manifestis: & ex his & aliis, se reddidisse omni honore, & dignitate etiam Papali indignos, ipsosque & eorum vtrumq; propter præmissas iniquitates, excessus, & crimina, ne regnent vel imperent, aut præsint, à Deo, & sacris Canonibus, fore ipso facto abiectos, & priuatos: & etiam ab Ecclesia præcisos. Et nihilominus, ipsos Petrum, & Angelum, & eorum vtrumq;, per hanc definitiuam sententiam in his scriptis, priuat, abiicit, & præscindit, inhibendo eisdem ne eorum aliquis pro summo Pontifice gerere se præsumat, Ecclesiamq; vacare Romanam, ad cautelam decernendo, & insuper omnes Christicolas quoscunq;, etiam si imperiali, Regali, vel alia qualibet præfulgeant dignitate, declarat ab eorum & cuiuslibet eorum obedientia (non obstante quocumq; fidelitatis iuramento, aut alio quouis vinculo, quo illis vel eorum alteri tenerentur astricti) fore perpetuo absolutos. Inhibendo ijsdem Christi fidelibus, ne prædictis de Papatu contendentibus, seu eorum alteri, quomodolibet obediant, pareant, vel intendant; aut consilium, auxilium, vel fauorem ipsis præstent, aut ipsos recipiant vel receptent sub pœna excommunicationis, & aliis à sanctis patribus & sacris Canonibus inflictis, promulgatis, & ordinatis, Quodq; si parere contempserint huic ordinationi, & sententiæ, ipsos & eorum fautores, deffensores, adhærentes, & sequaces, etiam per seculares potestates, fore compescendos, & compesci debere, iuxta præcepta diuina, & sacrorum Canonum dispositiones, eadem sancta

Synodus pronunciat, decernit, & definit: ac insuper, omnes & singulos processus & sententias excommunicationis, inhabilitatis, vel alterius censuræ & pœnę, priuationesq; ordinum & dignitatum, etiam Cardinalatus beneficiorum, & officiorum ac graduum quorumcunq; qualescumq; fuerint, & quocunq; nomine nuncupentur, seu nominentur, contra dominos Cardinales per dictos Petrum de Luna, & Angelum Corario latos & fulminatos: fuisse & esse, nullos, cassos, & irritos, nullas, cassas, & irritas, ac nullius roboris, efficaciæ, vel momenti: & quatenus de facto processerunt, eatenus adnullandos, cassandos, & irritandos fore, sicq; & etiam ad cautelam, quantum quatenus expediat omni modo, & iure quo melius potest, adnullat cassat, & irritat. Et insuper promotiones, imo potius prophanationes quorumcumque ad Cardinalatum, per dictos contendentes de Papatu, & eorum vtrumq; attentatas, videlicet per dictum Angelum à die iii. Maij & per Petrum antedictum, à die xv. Iunij anni proxime præteriti millesimi iiij. octaui fuisse & esse nullas, cassas, irritas, & inanes, & quatenus de facto processerunt, annullandas, cassandas, & irritandas. & sic & etiam ad cautelam, quatenus expedit omni modo & iure quibus melius potest, præfata sancta Synodus per hanc sententiam definitiuam cassat, irritat, & annullat.

Ad prouidendum autem aduersus processus, constitutiones & sententias in præiudicium vnionis, & alias per Petrum de Luna, & Angelum Corario, olim contendentes de Papatu, seu colludentes præfatos factas, & latas, contra Reges, Principes, Patriarchas, quoque

Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alios Eccleſiarum Prælatos, Vniuerſitates quoq; ſtudiorum & communitates, ac ſingulares perſonas Eccleſiaſticas, & ſeculares, &certas promotiones per ipſos olim contendentes factas, ad dignitates quaſcumq; & vlterius procedendo ſuper aliis bonum vniuerſalis Eccleſiæ tangentibus, ſancta Synodus ſtatuit, diem lunæ proximam pro ſeſſione futura, quæ erit x. menſis præſentis, & aſſignauit eandem diem lunæ pro dicta ſeſſione, ad prouidendum ſuper aliquibus quæ concernunt ſtatum & bonum regimen Eccleſiæ vniuerſalis: Quo facto, omnes cantauerunt *Te deum laudamus*, & fuit ordinata ſolennis proceſſio ad diem craſtinam octauam diem ſacramenti, fuitq; vlterius ordinatum, quod nullus recedat de Synodo, abſq; licentia & donec ſe ſubſcripſerit in ſententia prælibata.

SESSIO DECIMA SEXTA.

QVa die lunæ, decima menſis Iunij aduenientе, ſeruatis ſolennitatibus, prout ſupra, Archiepiſcopus Piſanus ſupra dictus aſcendit pulpitum, & legit quādam ſchedulam mentionem facientem, quod domini Cardinales promittebant Deo ſic, quod procurarent toto poſſe, *quod is qui in Papam eligeretur, reformaret Eccleſiam*, & quod non pateretur aut permitteret Concilium diſſolui, donec de Concilio eſſet facta bona *Reformatio Eccleſiæ, tam in Capite quam in membris.*

Sequitur tenor ſchedulæ.

NOs omnes & ſinguli Epiſcopi, præſbyteri, & Diaconi Cardinales congregati in ciuitate Piſana pro ſchiſmatis extirpatione, vnitate, & bono ſtatu in Dei Eccleſia inducendo, promittimus in verbo veritatis, Deo, Eccleſiæ Romanæ, & ſanctæ Synodo, hîc in Chriſti nomine congregatæ, quod ſiquis noſtrum in ſummũ Romanum Pontificem eligatur, præſens Concilium continuabit, nec diſſoluet, nec diſſolui permittet, quantum in eo erit vſque quo per Concilium eiuſdem Concilij, *ſit facta debita, rationabilis, & ſufficiens Reformatio vniuerſalis Eccleſiæ, & ſtatus eius, tam in capite quam in membris*. Et promittimus etiam, quod ſi aliquem de dominis Cardinalibus abſentibus, vel de extra, noſtrum Collegium aſſumi contingat in Papam, veraciter & bona fide, antequam procedamus ad publicationem electionis illius, procurabimus toto poſſe, habere ab eo permiſſionem & ſufficientem ſecuritatem, quod ſeruabit, & implebit omnia & ſingula ſupradicta, & interim de lata ſententiâ contra contendentes, ſuper eorum eiectione de Papatu ſumus contenti, & ratum habemus quod ſede vacante concilium continuetur, & quod in eo quantum commode fieri poterit, in dicta reformatione procedatur, & quod ſuper hoc in proxima ſeſſione alia ſeſſio indicatur, & fuit aſſignata alia ſeſſio, ad diem Iouis proximam, quæ erit 13. dicti menſis Iunij, ad prouidendum ſuper aliquibus, quæ notoria videntur pro bono vnionis.

SESSIO DECIMA SEPTIMA.

DIcta die Iouis adueniente, ſeruatis ſeruandis, patriarcha Alexandrinus cum aliis duobus patriarchis, videlicet Antiocheno, & Hieroſolymitano, aſcendit pulpitum, & legit quandam ſchedulam, cuius tenor ſequitur & eſt talis. Item quia huius peſtiferi ſchiſmatis tempore, dominorum Cardinalium in ſacro Concilio exiſtentium, quidam ſunt à diuiſis olim per contendentes de papatu creati, & nunc Deo dirigente procedendum eſt ad electionem vnici & indubitati ſummi pontificis, hoc ſacrum Concilium vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, conſentit, diſponit, & ordinat, quod ipſi ſic à diuiſis creati ad electionem prædictam procedant, ſi & in quantum opus eſt hac vice, auctoritate, huius ſacri Concilij, nec per hoc poteſtati dominorum Cardinalium circa electionem Romani pontificis intendit in aliquo derogare, nec aliquid innouare: ſed hortatur omnes prædictos dominos Cardinales, quod ipſi cum charitate ad electionem vnius paſtoris procedant ſic vnanimiter, quod de quacumq; diſcordiæ ſcintilla notari non debeant.

SESSIO DECIMA OCTAVA.

DIe Veneris xiiij. menſis Iunii, anno domini milleſimo iiij c. nono facta proceſſione generali in Ciuitate piſana, in qua fuerunt domini Cardinales, patriarchæ, Archiepiſcopi, Abbates, doctores, & to-

tus Clerus, & fuit miſſa celebrata deuote per Cardinalem de Thureyo, ſuper facto vnionis ſanctæ matris Eccleſiæ: poſtmodum comparuerunt illico Ambaſſiatores Regis Arragonum,& petierunt audientiam, quæ fuit eis conceſſa, dum tamen docerent de eorum mandato,& quidam doctor Ambaſſiator ipſius Regis, aſcendit pulpitum, & propoſuit bonam Regis Arragonum intentionem, quam habet ad ſanctæ matris Eccleſiæ vnionem, & aſſerebat ſe ad hoc laboraturum,& petijt ſe de actis in Concilio agitatis informari, quoniam informatione habita, paratus erat facere debitum: proteſtabatur tamen, quod non intendebat approbare vel conſentire aliquo modo actis in dicto Concilio,donec eſſet plenius informatus, de quo petiit inſtrumentum, & inſuper dixit, quod nuncij domini Benedicti Papæ xiij. erant in villa, & fuit tunc ſibillatus, & illuſus *quia dixit & vocauit eum Papam*; & petiit audientiam pro eis, ad quod fuit reſponſum regratiando de voluntate regis Arragonum & fuit reſponſum quod libenter darentur deputati auctoritate Concilij, qui ipſos Regis Ambaſſiatores informarent ad plenum de omnibus, &c. Quo ad nuncios Petri de Luna, dictum fuit quod tarde venerant,& quod ad præſens audiri non poterant,& quod Domini ſuper hoc deliberarent: Poſtea fuit deliberatum ea die,quod licet de iure contra ſententiam latam contra hæreticum audiri non debebant, tamen ob reuerentiam Regis Arragonum audirentur ad partem, & ſic Concilium receſſit.

Eadem die Veneris, prandio ſumpto, in Eccleſia Sancti Martini Piſanenſis apparuerunt Legati Regis

Arragonum petentes audientiam pro nuncijs P. de Luna, quæ fuerat eis concessa, & cum veniebant ad dictam Ecclesiam, fuit clamatum contra eos, tanquam contra Iudæos, & quando intrauerunt locum Concilij nulla est eis reuerentia facta, & fuit coram eis sententia lecta tribus Cardinalibus deputatis Audientibus, cum vnus ex ipsis Ambassiatoribus P. de Luna scilicet Archiepiscopus Tarraconiensis vellet proponere ipse primo dixit quod erant nuncij domini Reuerendi Papæ Benedicti xiij. fuit magnus tumultus contra eos, & fuit vocatus Nuncius hæretici, & schismatici, & cum eo Ioannes de costa olim Episcopus Mimacensis qui se gerebat pro nuncio dicti Petri cum pluribus aliis, & silentio facto, iterum petiit audiri, quo concesso incœpit dicere quod videbat certa Capitula concordata inter dominos Cardinales, & communitatem Florentinorum in quibus inter cætera continebatur, quod nullus hic veniens posset impugnare facta in Concilio, vel contra venire, & quod habebat aliqua dicere, quæ forte non bene conueniebant actis in hoc Concilio, ideo non poterat proponere iniuncta ad plenum, nisi daretur sibi securitas, quod non obstantibus ipsis capitulis posset libere loqui, & de hoc suplicabat, Cui per Cardinalem Aquileiensem fuit responsum, quod omnes domini Cardinales erant præsentes, & quod non habebant potestatem dispensandi contra dicta Capitula, & quod si vellet loqui quod loqueretur prout crederet expedire, alias non, quo audito legati Regis Arragonum & dicti P. de Luna nuncij, locuti sunt ad partem, & dixerunt quod volebant latiùs dicta capitula videre, & amplius deliberare, & petierunt dilationem ad crasti-

num, quæ fuit eis concessa, & recesserunt dicti nuncij P. de Luna, cum magno timore. Quo crastino aduenıente, quæ fuit dies Sabbati xv. Iunij, supra nominati, nuncij P. de Luna nullâ audientiâ vlterius petita, hospite insalutato recesserunt.

SESSIO DECIMA NONA.

DIcta die Sabbati xv. Iunii, seruatis solennitatibus & Ceremoniis vt supra consuetis, fuit missa celebrata in dicto Concilio, in Ecclesia Cathedrali de sancto spiritu per Archiepiscopum Lugdunensem, & factus sermo per Episcopum Nouariensem, qui cœpit pro themate *Eligite meliorem, & eum ponite super solium iiij. Regum, decimo Capitulo, &c.* & peroptime deduxit illam materiam, & ipso finito Concilium recessit.

Eadem die Sabbati hora vesperum Domini Cardinales numero xxiiij. intrauerunt in conclaue, cum magna deuotione, & erat deputatus ad custodiendum conclaue Magister Rod. prout fecit cum pluribus aliis notabilibus viris, in domo domini Archiepicopi dictæ Ciuitatis, & ibidem steterunt, vsq; ad diem Mercurij xxvj. dicti mensis Iunij.

Die autem Mercurij. xxvj. dicti mensis Iunij, omnes Domini Cardinales vnanimiter nullo reclamante existentes in prædicto conclaui, de mane circa horam tertiarum, elegerunt in summum Pontificem reuerendissimum in Christo Patrem & dominum dominum Petrum de Candia Tituli Basilicæ xij. Apostolorum præsbiterum, Cardinalem Mediolanensem, nuncupatum,

ordinis fratrum Minorum nunc vero Alexandrum Papam v. ipſe ſiquidem papa, poſt ſuam aſſumptionem, ordinauit vnam ſeſſionem pro Concilio tenendo, videlicet ad diem lunæ primam menſis Iulij proximè ſequentis.

SESSIO VIGESIMA.

QVa die Lunæ adueniente, fuit celebratum Concilium in Eccleſia Piſana vt ſupra, ac ſolennitatibus & Cerimonijs ſeruatis, Cardinalis de Thureio celebrauit miſſam: Poſtmodum fuerunt cantata ſolita cantari, & letaniæ cum multis orationibus, & fuit lectum Euangelium per vnum Diaconum Cardinalem: poſtea papa incœpit hymnum *Veni creator ſpiritus, &c.* Et omnes de Concilio reſponderunt. Quo cantato, cathedra papæ fuit alte poſita, ante magnum altare in medio, & ab oppoſito ipſius, verſus Occidentem, in vltima parte ipſius Concilii, fuerunt poſitæ tres altæ & magnæ cathedræ pro tribus patriarchis, ſcilicet Alexandrino, Antiocheno, & Hieroſolymitano, qui ibidẽ ſederunt, & poſtea de mandato papæ ibidem præſentis, fuit lectum decretum ſuæ electionis, in quo omnes Cardinales ſe ſubſcripſerant, quo lecto Cardinalis de Chalanco rogauit Concilium vt oraret pro ſtatu papæ, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, quo facto, papa fecit vnum ſermonem themate ſic incipiente, *Erit vnum ouile & vnus paſtor*, multa pulchra dixit narrando quomodo paſtor ſe habere debet erga gregem, & grex erga Deum, & regratiabatur Cardinalibus, & promittebat multa bona facere eis, quo facto Cardinalis ſancti Euſtachii dictus

Bononienſis, aſcendit pulpitum, & ex parte papæ Alexandri v. aliqua promulgauit quæ ordinauerat dictus dominus noſter papa.

Et primò, omnes proceſſus, ſententias, & ordinationes factas per dominos Cardinales circa factum vnionis Eccleſiæ à die tertia menſis Maii Anni domini milleſimi iiij. octaui & omnia facta in Concilio generali approbauit, & ratificauit, & omnem defectum iuris, & facti, ſi quis interueniſſet ſuppleuit, ſi & in quantum opus eſſet.

Item, duo Collegia Cardinalium vniuit, & vnum fecit Collegium, & pro vno in poſterum voluit haberi, & dabit ſingulis ſingulos titulos, & de concurrentibus ordinabit.

Item, impedimentum appoſitum in beneficiis Cardinalis de Chalanco, ſub prætextu quod diu ſteterat cum petro de Luna, ſub prætextu ſuarum excuſationum, alias per Cardinales admiſſarum relaxauit.

Item dixit quod tantum faceret erga prælatos qui ad Concilium venerant, quod ad eorum lares læti & gaudentes reuerterentur.

Item dixit, quod ipſe volebat vacare circa reformationem Eccleſiæ prout fuerat per Cardinales promiſſum ante eius promotionem, & quod eligerentur probi viri, & literati de qualibet natione, pro ſuis, ad deliberandum cum ipſis Cardinalibus ad Reformationem Eccleſiæ.

Item, fuit ordinatum, quod die dominica ſequenti coronaretur cum ſolennitatibus, & aliis neceſſariis ad præmiſſa.

Item, fuit ordinata alia ceſſio, ad diem Mercurii tunc proxime

proxime sequentis, quæ erit die x. mensis Iulii, & sic dictum Concilium recessit.

SESSIO VIGESIMA PRIMA.

QVa die Mercurii x. Iulii adueniente Missa celebrata per Archiepiscopum Ianuensem & aliis ceremoniis seruatis circa officium diuinum, domino nostro Papa præsidente, pro parte communitatis Florentinorum ascendit quidam iurisperitus pulpitum, incipiens pro themate, offer te domino tuo & redde ei debitum tuum. In hoc themate cœpit tria intelligenda: Primum fuit veneratio, 2. gratulatio: & 3. oblatio. Veneratio debita tantæ & tam solenni congregationi prælatorum, & aliorum, Concilium generale constituentium. Secundum gratulatio quam habebant Florentini de tam nobili aggregatione, quam pro tanto bono venerantur, vt finem debitum & intentum inueniat, sanctam scilicet vnionem Ecclesiæ in vnico vniuersali vero & indubitato pastore. Tertium fuit oblatio, nam postquam duxit labores, miserias, & Ambasiatas quas communitas Florentina fecerat in persecutione vnionis Ecclesiæ, addidit quod ciuitas prædicta se efferebat secundum possibilitatem & vsq; ad excidium proprium prosequi extirpationem schismatis, & literas exhibuit credentiæ quas legit postmodum Archiepiscopus Pisanus.

Postea vnus alius iurisperitus ex parte ciuitatis Senarum ascendit pulpitum, & tria ex parte ipsorum exposuit, primo diuinum auxilium implorauit, 2. orationem suam se abreuiaturum protestatus fuit 3. Condescensu-

e

ros ad ea quæ ſibi commiſſa fuerant primitus dicere habuit quod 4. Iulij totus populus & Clerus Senarum, ſubtraxerat obedientiam Gregorio, & declarauerat ſe velle obedire domino noſtro Papæ Alexandro, & ſuo ſancto Collegio. Recitauit diligentias & labores quos ciuitas Senarum fecit proſequendo vnionem, & accepit pro themate. *Populus gentium qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam*, Iſaiæ 9. quod applicuit populo Senarum pro tempore quo obediuit Gregorio. Sed poſtquam conuerſus eſt ad obedientiam Domini noſtri Papæ vidit lucem magnam. Secundum thema quod applicuit ſacro Concilio Eccleſiæ fuit genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis quem reuocauit de tenebris ad manum ſuam; & omnes partes huius thematis oſtendit debitè conuenire huic ſacro Concilio. In fine dixit ciuitatem Senarum, paratam exponere quicquid haberet ad proſecutionem vnionis & extirpationem ſchiſmatis. Et recitauit quod inimici domini noſtri Papæ ſuccumbebant quotidie: Et quod in vno conflictu recenter facto, magna multitudo inimicorum perierat. Quibus ſic actis Cardinalis de Chalenco aſcendit pulpitum, & legit ſchedulam infraſcriptam.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ trinitatis Patris & filij & ſpiritus ſancti amen. Nos Alexander diuina prouidentia Papa V. conſiderans, quod tam per Petrum de Luna B. xiij. & Angelum de Corrario G. xij. à nonnullis nominatos, nuper de papatu contendentes, quoniam per duos quondam Bartholemeum Archiepiſcopum Barrenſem, Vrbanum vj. Petrum de Thomaſallis, Bonifacium ix. Coſmatum. Innocentium vij. & Ro-

bertum de Gebenua Clementem Vij. nominatos, dictorum nuper contendentium prædecessorum, durante tépore schismatis & occasione eiusdem, nonnulli processus, sententias excommunicationum priuationis, irregularitatis, inhabilitationis, suspensionis, & interdicti & alias censuras Ecclesiasticas in se cótinentes, in & cótra Collegia, diuisas personas, regna, iurisdictiones communitates, vniuersitates Collegia, loca, districtus, & territoria fuerunt & sunt hinc inde facti, & promulgati, ac propter antiquos dictum schisma, ac etiam quia multi notabiles doctores vtriusq; iuris, & magistri in sacra pagina scripserunt pro & contra, ac publice & solenniter determinauerunt, ita vt in dubium vertatur à multis quis à tempore dicti schismatis fuerit verus Romanus Pontifex, seu quis veri vicarii Iesu Christi fungeretur officio ad exonerationem conscientiarum vtriusq; obedientiæ, quæ etiam per Dei gratiam ad vnum ouile ouium redactæ sunt, Omnes & singulos huiusmodi processus & sententias qui vel quæ occasione prætextu schismatis & adhærentiæ vtriusq; partis seu viæ neutralitatis assumptæ vel introductæ, hinc inde vt præmittitur lati, decretati, seu fulminati fuerunt, quos omnes & singulos, hic pro expressis haberi volumus hoc sacro approbante Concilio ex nostra certa scientia tollimus & abolemus, ac pro sublatis & abolitis in perpetuum haberi volumus nomine præfatis sententiis aut processibus esse ligatum vel inuolutum declarantes & nihilominus exabundanti ad cautelam ac si & in quantum indigent, quoscumq; subditis processibus comprehensos a dictis sentétiis & censuris absoluimus & absolutos habe-

ri decernimus & declaramus & ſuper irregularitatibus ſi quas propter præmiſſa vel occaſione præmiſſorum contraxerint diſpenſantes.

Item fuit ordinatum aliam ſeſſionem fieri debere ad diem Mercurii tunc proximam, quæ poſtea fuit de mandato Domini noſtri Papæ prorogata propter aduentum regis Ludouici interim ſuperue nientis ad diem xxvij. Iulij.

SESSIO VIGESIMA SECVNDA.

QVa die xxvij. Iulii adueniente, miſſa cerimonijs & aliis ſolennitatibus ſeruatis Dominus Cardinalis de Chalanco indutus tunica diaconali & mitra, de mandato Domini noſtri Papæ aſcendit pulpitum pluribus prælatis aſſociatus, legitq; articulos & Capitula ſubſequentia.

Item ſacro approbante Concilio omnes & ſingulas promotiones, tranſlationes, confirmationes, collationes, & quaſcumq; prouiſiones, quibuſuis perſonis huc ſacro Concilio & eius determinationi adhærentibus, de quibuſcumq; prælaturis, dignitatibus, beneficijs, & officiis Eccleſiaſticis, Curatis, vel non Curatis, conſecrationeſq; Epiſcoporum, & ordinationes clericorum, per ipſos contendentes de Papatu, aut eorum alterum, ſeu ipſorum prædeceſſores, vel eorum mandato, aut auctoritate temporibus & locis in quibus eiſdem realiter & libere præſtabatur obedientia, dum tamen ante ſententiam definitiuam & alias canonice factæ ſint, & publice, ac pacifice tempore ſententiæ poſſederint, & in præiudicium vnio-

nis, aut persecutionis eiusdem, vel huic Concilio adhærentium factæ non fuerint, ex certa scientia, & motu proprio, ratificamus & approbamus ac ratas haberi volumus atq; firmas, & etiam si oporteat de nouo prouidemus.

Vbi autem aliquis casus emergeret, per quem appareret aliquem huic Concilio adhærentem grauatum, per alterum ex contendentibus, à die tertia Maij quo ad Angelum Corario, & à die xv. Iulij quo ad P. de Luna anni videlicet millesimi iiij. c. octaui, placet Concilio, quod dictus dominus noster Papa prouideat, vt sibi iustum esse videbitur: Item placet Concilio, quod super facto Archiepiscopi Ianuensis, dominus noster prouideat.

Item electiones, postulationes, ipsarum admissiones, confirmationes, mutationes, consecrationes clericorum, Ordinationes, præsentationes, institutiones, Collationes, & priuationes quasuis, prouisiones & dispositiones quibusuis personis huic sacro Concilio & eius determinationi adhærentibus, de quibuscunq; beneficiis Ecclesiasticis de prelaturis, per electores, confirmatores, patronos ordinarios, & quoscumq; prouisores, ad hoc potestatẽ & auctoritatem habentes Canonice factas, temporibus & locis substractionis & neutralitatis, in quibus huiusmodi contendentibus obedientia præstabatur, dummodo alias Canonice factę sint hoc sacro approbante Concilio ratificamus, & approbamus, & ratas habere volumus atq; firmas, ac omnem suscipere roboris firmitatem, reseruationibus non obstantibus quibusq; Declarationibus tamen & decretis, hoc Capitulum concernentibus, in aliis ses-

ſionibus lectis, in ſuo robore permanentibus.

Item, vt vnione & pace iam in Dei Eccleſia per ip-ſius gratiam in capite confirmata, pax & tranquillitas ſubditorum perfectiùs procuretur & litium anfractus, quarum dubii ſunt euentus conſultiùs euitentur, hoc ſacro approbante Concilio decernimus & declaramus, quod omnes & ſinguli beneficia Eccleſiaſtica, dignitates, perſonatus, vel officia curata, vel non curata, titulo ordinario aſſecuti, & poſſeſſionem pacificam iam adepti, dum tamen canonicè, & alias quã per priuationem adhęrentium huic ſacro Concilio, & eius determinationi aſſecuti fuerint, beneficiis huiuſmodi liberè & pacificè gaudeant, nec in iure, titulo ſeu poſſeſſionibus ſuis quomodolibet inquietentur, turbentur, ſeu grauentur, etiam ſi ſpecialiter vel generaliter beneficia prædicta ſedi Apoſtolicæ fuerint reſeruata.

Per præmiſſa vero, ſeu aliquod præmiſſorum, non intendimus derogare ordinationibus circa præmiſſos articulos factis, in vltima congregatione prælatorum, & aliorum virorum Eccleſiaſticorum, facta Pariſiis nec etiam ex præmiſſis, vel aliquo præmiſſorum volumus aliquod præiudicium generari venerabilibus fratribus noſtris Cardinalibus, aut alicui ipſorum huic ſacro Concilio & eius determinationi, nunc adhærentium, in beneficiis, & alias per ipſos & quemlibet ipſorum Canonice poſſeſſis. Per hoc autẽ etiam non intendimus fieri aliquod præiudicum venerabili fratri noſtro Cardinali Albanenſi, in iure quod habet in Archidiaconatu Eccleſiæ Lucionenſis.

Item, ſacro approbante Concilio, decernimus fore

procedendum contra obedientes, & adhærentes pertinaciter seu fautores Petri de Luna, & Angeli Corario, nuper de Papatu contendentibus & colludentibus, per hoc sacrum Concilium de schismate & hæresi notoriis, per definitiuam sententiam condemnatis, modis quibus est contra credentes & fautores hæreticæ prauitatis, secundum sacros Canones, procedendum.

Item sacro approbante Concilio, decernimus nos vel successorem nostrum ex certis magnis & arduis causis nos & hoc sacrum Concilium mouentibus, iterum generale Concilium fore conuocandum hinc ad triennium, videlicet anno quo dicetur Anno Domini millesimo iiij. c. duodecimo, in mense Aprilis in ciuitate seu loco habili & decenti, qui locus declarabitur per annum ante tempus Concilii, per nos vel per successorem nostrum.

Item sacro approbante Concilio, decernimus & declaramus, quod si Cardinalis de Flisco infra duos menses proximos personaliter ad nos venire, & obediētiam nobis præstare, & determinationi huius sacri Concilii adhærere voluerit, benigniter recipiatur, cum integritate status, & honoris, atq; beneficiorum, quæ xv Iunii anni millesimi iiii. c. octaui obtinebat.

Item, omnes dispensationes factas per Episcopos, diocesanos, in partibus neutralibus, super defectu ætatis, causa assequendi & obtinendi beneficia, dignitates & prælaturas.

Item omnes absolutiones, & habilitationes in foro pęnitentiali, tam per cōtendentes, quam per ordinarios prædictos schismate pendente factas, super casibus sanctæ sedi Apostolicæ reseruatis, ex certa nostra scientia,

hoc ſacro approbante Concilio, ratificamus, & approbamus.

Poſt prædicta Archiepiſcopus Piſanus in pulpito prædicto pronunciauit, quod Dominus noſter Alexander Papa V. oculum miſericordiæ & viſcera compaſſionis & pietatis ſuæ conuertens ad Eccleſias deſolatas ruinoſas & in magna neceſſitate conſtitutas liberaliter remittit & indulget omnia arreragia maiora minora ſeruitia ab eis ſuæ cameræ Apoſtolicæ debita de toto tempore præterito vſq; ad tempus ſuæ aſſumptionis.

Item idem Dominus noſter notificauit omnibus per organum dicti domini Archiepiſcopi Piſani quod non intendit à modo vt antea reſeruare bona ſeu ſpolia prçlatorum & aliorum morientium prælatorum.

Item quod non intendit reſeruare fructus medii temporis beneficiorum vacantium.

Item ſupplicauit idem Dominus Archiepiſcopus nomine totius Concilii dominis Cardinalibus quod portionem competentem eiſdem de arreragiis prçteriti temporis vellent Eccleſiis & viris Eccleſiaſticis remittere liberaliter, quemadmodum dominus noſter fecerat in portione ipſum tangente, & petiit à Concilio an hoc placeret ſibi, & quod expreſſe diceret placet, Dominus Cardinalis Albanenſis ſolus ſe oppoſuit.

Item idem Archiepiſcopus pronunciauit proxime futuram ſeſſionem fiendam ad diem veneris ſequentem de mandato domini noſtri Papæ, & quod nullus interim, recederet ſine licentia Papali. De iſtis omnibus hac die expeditis promotor ſeu procurator Eccleſiæ petiuit vnum vel plura inſtrumenta confici per clericos cameræ & notarios Concilii ad perpetuam rei memoriam.

Item in hac ſeſſione dictum fuit quod Dominus noſter prouideret Archiepiſcopo Ianuenſi ſuper Archiepiſcopatu ſuo: Etiam placuit Concilio quod dominus Cardinalis Albanenſis proſequeretur ius quod habere prætendebat in Archidiaconatu Lucionenſi. Succeſſiue præfatus dominus noſter Papa ſeſſionem fiendam certis de cauſis animum ſuum mouentibus continuauit vſq; ad diem Mercurij vij. Menſis Augusti tunc proxime ſequentis.

SESSIO VIGESIMA TERTIA.

DIe Mercurij vij. Auguſti adueniente ſolennitatibus & cerimoniis ſeruatis circa officium diuinum Sanctiſſimus in Chriſto Pater Dominus noſter ſacro approbante Concilio, ordinauit quod bona immobilia Eccleſiæ Romanæ, ſeu aliarum Eccleſiarum, nullatenus per ipſum vel alios prælatos alienentur, ſeu hypothecentur, vſq; ad proxime indictum Cócilium, in quo ſuper hoc articulo maturius poterit deliberari.

Item, idem dominus noſter, eodem approbante Concilio ordinat & mandat celebrari ante Concilium generale Concilia prouincialia, per Metropolitanos & Synodos, ac eorum ſuffraganeos, ſecundum formam iuris & Concilij generalis, quia ex eorum omiſſione multa inconuenientia ſequerentur.

Item, idem dominus noſter, eodem approbante Concilio, ordinat & mandat, celebrari capitula Monachorum, Magiſtrorum, & Canonicorum regularium, ſecundum formam Concilij generalis, &

constitutiones fœlicis recordationis & Benedicti xij. & quia limitatio prouinciarum facta per Benedictum xii. non possit de præsenti, obstante temporis malicia, obseruari, Ordinat dictus Dominus noster, quo ad dicta Capitula celebranda, standum iuri antiquo, durante impedimento prædicto; videlicet, vt prouincia communis & vulgaris, possit per se capitulum Prouinciale celebrare ex quo commode cum alia non possit conuenire, & deputabit Dominus noster præsidentes, & executores ad præmissa exequenda.

Item, idem Dominus noster eodem approbãte Concilio, disponit non facere translationes de inuitis, nisi parte vocata, & audita, & de consensu maioris partis Cardinalium, vsq; ad proxime indictum Concilium, nisi ex causis iustis & rationalibus.

Item, Dominus noster sacro approbante Concilio decernit, quod ex parte ipsius Domini nostri cum Cardinalium Concilio, deputabuntur nuncij solennes, qui mittentur ad reges & principes, & certos fideles, ad publicandum & prosequendum auctoritate Domini nostri Papæ & sacri Concilij, acta in hoc Concilio.

Item, dominus noster auctoritate Dei, Apostolorum Petri & Pauli, & sua, concedit omnibus qui in hoc Concilio interfuerunt, & eius determinationi adhærentibus absolutionem plenariam à pœna & culpa semel tamen in vita, ita quod quilibet de prædictis infra duos menses, postquam ad eius notitiam concessio huiusmodi peruenerit, possit dictum beneficium absolutionis assequi, in forma Ecclesiæ, similem concessionem facit Dominus noster singulis supradictis in mortis articulo, intelligendo tam de Dominis, quam de familiaribus.

Item, cũ Dominus noster Papa, cum consilio Concilij intenderet *reformare Ecclesiam in capite & in membris*, & iam multa per Dei gratiam sint expedita, per ipsum Dominum nostrum Papam, & multa alia statum & fauorem prælatorum, & aliorum inferiorum concernentia restent, quæ propter regressum prælatorum & ambassiatorum de præsenti expediri non possunt, propterea idem Dominus noster, sacro requirente & approbante Concilio, dictam reformationem suspendit & continuat, vsque ad proximum iam indictum Concilium, & præsens Concilium prorogat, & continuat, vsque ad illum terminum, qui præfixus est omnibus ad Concilium conuocatis redeundum ad proprias ædeis, vsque ad terminum præfixum supradictum.

FINIS.



ACTA CONCILII SENENSIS M. CCCC. XXIII.

De Translatione Concilij Papiensis ad Senas.

DE translatione Concilii generalis à ciuitate Papiensi ad ciuitatem Senarum facta anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo tertio die xxij. mensis Iunij. Sciendum quod anno prædicto die xxj. predicti mensis, in dicto Concilio existentibus pro parte domini nostri Papæ Martini V. reuerendis in Christo patribus & dominis Petro Archiepiscopo Spoletano, Petro Abbate de Rosaco, Aquilegiensis diocesis, ordinis sancti Benedicti, & Leonardo Magistro & generali ordinis prædicatorum, & aliis prælatis & doctoribus, de diuisis nationibus. Reuerendus in Christo pater dominus Abbas sancti Ambrosij Mediolanensis de mane, Illustrissimi Principis domini ducis Mediolanensis presentauit præfatis dominis de Concilio literas credentiales, virtute quarum, idem dominus Abbas exposuit magnam beneuolentiam quam dictus princeps habebat ad ipsum Concilium. Et quia dolenter intellexerat in dicta ciuitate Papiensi pestilentialem epide-

mialem vigere, dictis dominis de eminenti periculo volens eis præcauere, præsentabat dicto Concilio omnes ciuitates & oppida suorum dominiorum demptis duntaxat duabus ciuitatibus Brixia, & Mediolano. Quibus auditis domini de nationibus retraxerunt se ad partem in aula exteriori, commissariis domini nostri Papæ in aula interiori remanentibus. Et quia dicebatur quod idem dominus Abbas, habebat illo die necessario reuerti, & referre responsionem ad dominum ducem prædictum: post plures instantias præcipitatiuas, iterum dictam cameram sine concordia de loco translationis, vbi post multas altercationes hinc inde habitas, dominus Andreas Poznaniensis Episcopus pro se & illis de natione Germanica qui erant quatuor in numero, cum videret quod non posset faciliter haberi cócordia dixit præmissis commissariis, quod onerabat dictos commissarios de electione loci, pro translatione dicti Concilij, saluis semper in omnibus decretis Concilij Constantiensis. Consequenter dominus Philibertus Ambianẽsis Episcopus pro illis de natione Gallicana, qui erant ibi sex in numero similiter respondit. Postremo vero dominus Ricardus Episcopus Linconiensis pro natione Anglicana, quæ plus abundabat in suppositis, respondit similiter & addidit, quod locum quem dicti commissarij eligerent, dicta natio ex tunc eligebat. Nullus autem erat ibi de natione Hispanica, neq; de Italica præter dictos commissarios. Et sic domini iuerunt ad prandium, quia etiam iam erat hora tarda. In crastino vero de mane tenebatur sessio in qua post celebrationem Missæ per dominum Andræam Pozniacensem prædictum, præsiden-

tem pro dicto Spoletano Episcopo, cantatis litanijs & cæteris orationibus more solito, idem dominus Andræas ascendens Ambonem legit quandam schedulam, quæ nunquam fuerat visa per nationem Gallicanam, cuius tenor sequitur in hunc modum.

Decretum de ipsa translatione ex causa pestis.

SAcrosancta Synodus generalis Papiensis in Spiritu sancto legitime congregata, causa pestis inibi notorie vigentis, ipsam ciuitatem Papiensem mutat, & loco ipsius ciuitatem Senarum in natione Italica consistentem tanquam habilem & locum sufficientem pro continuatione eiusdem sacri Concilii, tenore pręsentium eligit atq; deputat. Qua schedula perlecta, dominus Petrus Archiepiscopus Cretensis respondit placet pro natione Italica licet non haberet super hoc mādatum à natione, nec natio viderat schedulam prædictam. Magister Nicolaus de Suzato doctor in Theologia similiter respondit pro natione Germanica, & dominus Richardus Linconiensis Episcopus pro natione Anglicana.

ACTA SENENSIS CONCILII.

Sequitur decretum de approbatione processuum & continuatione in futurum contra Hussitas hæreticos.

SACROSANCTA Synodus Senensis generalis, in spiritu sancto legitime congregata, vniuersalem Ecclesiam repræsentans: In ea Petro Archiepiscopo Cretensi, Iacobo Episcopo Spoletano, Petro Abbate de Rosacco Aquilegiensi & Leonardo Magistro & generali ordinis Prædicatorum, nuncijs sanctissimi in Christo patris & domini domini Martini papæ V. vnici & indubitati summi pontificis specialiter deputatis, ipsiusque reformationem intendens, incipiens à fidei fundamento præter quod nemo potest aliud ponere, damnationem hereseum VViclefuistarum & Hussitarum, suorumque sequacium extirpationem. Deinde per præfatum sanctissimum dominum papam Martinum pro viribus procurata tam principum, Baronum, diuisorumque populorum exhortatione & requisitione, tam etiam plenariæ Indulgentiæ concessione illas prosequentibus, cum pro tali habitione ad diuersas partes bina destinatione legati de latere, ratas & gratas habens approbat & confirmat contra eosdem continuando processus. Decernit omnes persequentes ac procurantes extirpationem dictæ sectæ gaudere omnibus iuribus priuilegijs & indultis à Iure vel ab homine

ne peccatorum veniam concernentibus contra hæreticos insurgentibus, concessis, infectos aut labe dictarum hæreseum quomodocumq; omnes & singulas eiusdem Concilii auxiliis vel fauoribus existentes, ac eosdem defendentes vel receptantes, necnon victualia, species aromaticas & pannos, sal, pulueres, bombardas, plumbum, vel arma, siue instrumenta bellica, seu res alias quascumque eis adducentes, siue alia quæuis negotia vel commercia publice vel occulte facientes, cum eisdem eos etiam qui scienter per dominia terras, districtus, vel suæ ditioni subiecta prætermissa in toto vel in parte præfatis hæreticis adduci seu apportari vel subditos suos cum eis negotiari permiserint, pœnis & damnationibus contra hæreticos promulgatis, obnoxios fore, ac subditos, iurisdictionem, quorumcunque iudicum extirpationem hæreticæ prauitatis, priuilegiis exemptionibus immunitatibus, saluis conductibus, à quibuscumque personis Ecclesiasticis vel secularibus, etiam si Pontificali, Imperiali regali & ducali aut alia quacumque Ecclesiastica vel seculari præfulgeant dignitate concessis vel concedendis, non obstantibus quibuscumque. Insuper omnes Christianæ religionis Principes ac dominos tam Ecclesiasticos quam seculares hortatur, inuitat & monet per viscera misericordiæ Dei ad extirpationem tanti per Ecclesiam prædamnati erroris omni celeritate, si diuinam vltionem & pœnas iuris euitare voluerint, euigilent & intendant. Nihilominus disponens hæc sancta Synodus ante eius dissolutionem super huiusmodi decreti exequutione efficacius prouidere.

Ratificatio condemnationis factæ per Constantiense Concilium contra Petrum de Luna & aggrauatio contra succedentes & participantes.

ITem hæc sancta Synodus, sententiam damnationis & condemnationis in personam damnatæ memoriæ P. de Luna olim Benedicti XIII. in sua obedientia nuncupati, schismatici & hæretici pronunciati per sacrum Constantiense Concilium, & inhibitionem factam omnibus & singulis Christi fidelibus sub pœnis fautoriæ hæresis & schismatis ac priuationis omnium beneficiorum, dignitatum & honorum Ecclesiasticorum ac mundanorum, & alias pœnas iuris infligendo, prout in dicta sententia præfati Concilii, cuius totum tenorem hic haberi vult & habet pro sufficienter expresso latius continetur, ratam & gratam habens eiusque exequutionem continuationem continuare volens, decernit statuit & declarat, omnes & singulos post obitum dicti Petri de Luna continuantes seu perseuerantes in credulitate vel obseruantia erroris & schismatis eiusdem Petri, sic vt præmittitur damnati vel ius aliquod ab eo in eas directe vel per indirectum deriuasse aut deriuari potuisse, prætendentes seu in vicem eius succedentes, eorumque receptatores defensores & fautores cuiuscumque status præeminentiæ, vel conditionis existãt, etiam Pontificali Cardinalatus Imperiali vel Regali aut alia quacunque Ecclesiastica vel seculari præfulgeat dignitate, omnesque & singulos eiusdem Consilijs, auxilijs vel fauoribus assistentes vel receptantes,

necnon quemcumque victualia, species aromaticas, & pannos, sed & plumbum, pulueres, bombardas vel arma, seu instrumenta bellica, seu res alias qualcumque eis adducentes, siue alia quæcumque negotia, vel commercia publice vel occulte facientes cum eisdem, eos etiam qui scienter per dominia, terras, districtus vel loca suæ ditioni subjecta præmissa in toto vel in parte præfatis hæreticis adduci vel apportari vel subditos suos cum eis negotiari permiserint, fore obnoxios atq; ligatos pœnis & censuris in dicta sententia contentis cum etiam noui erroris inuentores non sint, alieno tamen facinori prædamnato suam communionem immiscuerunt, nullo eisdem exceptionis immunitatis, priuilegij, statuti vel cõsuetudinis præsidio suffragante, per hanc tamen approbationem & declarationem statutum siue decretum non intendit priuilegijs, habilitationibus, declarationibus quibuscunque personis per sanctissimum dominum nostrum Papam Martinum V. concessis & concedendis præiudicium generare seu in aliquo derogare.

Concessio Indulgentiarum persecutoribus Hæreticorum.

ITem quoniam propter negligentiam quorundam ordinariorum & inquisitorum deputatorum extirpationi hæreticæ prauitatis, in diuersis mundi partibus variæ hæreseum species pullularunt in grauem Dei offensam, fidei catholicæ detrimentum & multarũ animarum perditionis, volens hęc sancta Sy-

nodus remedium adhibere, statuit atq; mandat omnibus & singulis locorum ordinariis, ac inquisitoribus hæreticæ prauitatis vt timore, fauore, amore & odio quibuscumq; postpositis, iuxta iuris formam, solicite intendant inquisitioni & extirpationi hæreseum quarumcumque & quam primum eis constiterit in locis suæ iurisdictionis aliquos dicta labe infectos existere, eorum captioni & punitioni intendant secundum canonicas sanctiones quodq; vt fauoribus opportunis circa hoc eisdem ordinariis & inquisitionibus assistatur, constitutioni Bonifacij VIII. disponenti super inuestigatione, captione, custodia & punitione hæreticorum, fautorum fienda & procuranda per Dominos & rectores temporales locorum adesse cupiens, statuit hæc sancta Synodus quod quicumque capientes hæreticos & in potestatem ordinariorum vel inquisitorum hæreticæ prauitatis effectualiter ponentes, vel eos quos detinere seu capere non possent, de eorum territorijs omnes expellentes aut bannientes, seu etiam requisiti brachium seculare contra eos præstantes eam indulgentiam consequantur, quæ dari consueuit personaliter proficiscentibus in subsidium terræ sanctæ. Mandat etiam omnibus ad quos spectat deputare inquisitores hæreticæ prauitatis vt in deputatione seruetur Concilium Vienense ac in locis insignibus vel vbi frequentius pullularet hæresis quoscumque non deputent nisi magistros in sacra pagina, si tamen commode possint. Alioquin alios doctores & aptiores quos potuerint reperire, huiusmodi quoq; decretum, prima & quarta dominica quadragesima, in festo natiuitatis & resurrectionis Domini nostri

Iesu Christi, ordinarij in suis Ecclesijs principalibus, inquisitores vero præfati in Ecclesia insigni ciuitatis vel diocesis vbi magis viderint expedire quando populus conuenit ad diuina singulis annis perpetuo intelligibiliter publicare teneantur, & singulis dominicis diebus publice nunciare cãdelis accensis pariter & extinctis, & in terram proiectis campanisque pulsatis, omnes hæreticos credentes receptatores fautores & defensores eorumdẽ excommunicatos & tales ab omnibus euitari. Hanc autem publicationis formam quæ ad constitutiones præfatas VVuiclefuistarum & Hussitarum, & schismaticorum quousq; viguerit, hoc sancta Synodus obseruari decreuit. Quod si prædicti ordinarij vel inquisitores circa obseruantiam huiusmodi statuti se remissos ac negligentes reddiderint, pœnam suspensionis ab ingressu Ecclesiæ per quadrimestri temporis spatium eo ipso incurrant, ac in prouincialibus seu Synodalibus conciliis pro modo culpæ seu negligentiæ contra tales negligentes vltra prędictam pœnam prouideatur de remedio opportuno priuilegiis exemptionibus consuetudinibus & statutis contra præmissa disponentibus non obstantibus quibuscumque.

Statuta super materia reductionis Græcorum.

ITem in nonnullis generalium Conciliorum conuocationibus, Romani Pontifices, pro tempore existentes conati sunt Ecclesiam orientalem reducere ad vnionem vniuersalis Ecclesiæ in necessaria fide Iesu Christi Saluatoris : sanctissimusque dominus

noſter Papa Martinus V. paterno eius affectu compatiens & afferens, omnes errantes ad vnicum Chriſti ouile reducere perquirens, ſolicite nuncium proprium ſufficienti poteſtate munitum ad patriarcham & Imperatorem Conſtantinopolitanum deſtinando, vt vnioni & gremio ſanctæ Matris Eccleſiæ poſſent reincorporari, cuius nuncij expoſitione audita, imperator reſpondit prout in eiuſdem literis aurea bula im   latius continetur cuius tenor infra habetur. Ex quibus apparet cum ipſis talia, iſtis temporibus non poſſe vtiliter & fructuoſe pertractari. Quare hæc ſancta Synodus conſiderans reformationem Catholicæ Eccleſiæ neceſſariam fore, eis pro nunc non aliter expectatis decernit ad dictam reformationem fore procedendum, & cum ſe facultas obtulerit, vigilare diuina clementia ſinceroque cordis affectu pro viribus intendere eorum reductioni ad gremium fidei Catholicæ.

Hoc lecto oſtendebatur litera Patriarchæ Conſtantinopolitani, bulla aurea ſigillata & in Græco pariter & in latino, ſcripta: & primo legebatur Græcum per Ma.   vnum ſecretarium domini noſtri Papæ, & conſequenter latinum per dictum Ma.   Azel cuius tenor ſequitur.

Inſtrumentum relationis de ambaſiata facta ad Græcos ex parte D. Papæ, & continet nouem Concluſiones.

IN indiuiduæ ſanctæ Trinitatis nomine Amen à Chriſti natiuitate anno milleſimo quadringenteſimo vigeſimo ſecundo, indictione quinta decima

die xiiij. Nouembris Constantinopoli vrbe regia in præsentia domini Imperatoris Romeorum, præsentibus testibus infra scriptis, ad hæc omnia & singula vocatis & rogatis Reuerendissimus & integerrimus vir atque clementissimus sacræ Theologiæ professor Magister Anthonius Massanus, qui dicitur Orator & Nuncius Apostolicus in partibus Græciæ ad diem x. Septembris millesimi supradicti, Constantinopolim applicuit, qui maiori suæ honestati consulens diuertit in peram ad Conuentum ordinis fratrum minorum, statimque per reuerendos & honestissimos viros fratrem Gulielmum confessorem excelsæ & Christianissimæ Imperatricis, & Magistrum Ioannem præfati Oratoris socium. Et Serenissimo Principi domino Manuelli Dei gratia Romeorum Imperatori idem significauit, primo se esse nuncium Apostolicum missum ad suam Maiestatem Imperialem: deinde vbi & quo in loco eidem gerens morem secesserat. Tertio vero quandocumque sua Imperialis Maiestas pro eo mitteret ipse semper paratissimus esset. Cuiquidem domino Oratori Io. dominus Imperator per eosdem dominos venerabiles fratres ad suam serenitatem transmissos huiusmodi responsum dedit. Primum lætari se plurimum de ipsius aduentu, de loco autem in quo erat vehementer congratulari, & ita meliorem eligere non potuisset: domum vero quod prope diem pro eodem mittent quo voluntatem beatissimi summi pontificis audiret. Postea vero cum ad diem decimum sextum eiusdem Mensis Septembris ipse dominus Imperator misit idem reuerendissimus Pater dominus Nuncius Apo-

ſtolicus ad Imperiale palatium profectus eſt honori-
ficentiſſime aſſociatus & ab honorabili domino ba-
iulo Illuſtriſſimi Ducalis dominij Venetorum, & alia
multitudine nobilium copioſa tam Græcorum quam
Latinorum ibique facta Maieſtate Imperiali reueren-
tia debita, eidem bullas ſanctiſſimi in Chriſto Patris
& domini Martini diuina prouidentia Papæ V. pre-
fatus dominus Orator proprijs ipſis manibus por-
rexit, atque benedictione ſanctitatis appoſita aſſi-
gnata dixit habere ſe ex mandato Apoſtolicæ ipſius
ſanctitatis, & ſuæ ſerenitatis & reuerendiſſimo in
Chriſto Patri domino Patriarchæ nouem quæſtio-
nes exponere, quibus dominus Imperator reſpon-
dit ſuo loco & tempore ad illas exponendas iterum
ſe pro eodem domino Oratore miſſurum: ad diem
autem tertium Octobris cum idem Illuſtriſſimus Im-
perator Manuel mittere inſtituiſſet veluti antea dixe-
rat, vt ipſe vna cum domino Patriarcha eas nouem
concluſiones exponendas attenderet, grauiſſima in-
firmitate oppreſſus eſt & adeo oppreſſus repente, vt
& loquelam omnem, ac ſenſus omnes penitus ami-
ſerit. Quamobrem die decima eiuſdem menſis Octo-
bris, idem reuerendiſſimus dominus Orator & Nun-
cius Apoſtolicus, per ſupradictos fratres Gulielmum
confeſſorem, & magiſtrum Ioannem tranſmiſſos ad
Illuſtriſſimum Principem dominum Ioannem eius
Sereniſſimi domini Manuel Filium primogenitum
atque Romeorum Imperatorem in prædictis deſi-
gnatum, primo apud ipſius Maieſtatem condoluit
de aduerſa & valetudine excel-
ſiſſimi Patris ſui, deinde modeſtiſſime ac ipſi ſignifi-
cauit

cant quod legatio beatissimi summi Pontificis in longiusculum trahebatur. Ad diem vero decimam quintam eiusdem mensis Octobris, idem Illustrissimus dominus Ioannes Imperator Iunior, aduocato in suum Imperiale palatium præfato Reuerendissimo Patre Magistro Anthonio Massano, dignissimo Nuncio Apostolico, illam sacratissimam Pontificis summi legationem in nouem conclusiones distributam in secreto audiuit, reiectis ac remotis omnibus præter suorum aliquos. Quibusquidem nouem conclusionibus accuratissimè auditis post pleraque verba dixit vsque ad dies paucos, ad ea se responsurum quæ ipsi domino Oratori placita fierent. Vicesima autem die eiusdem mensis Octobris reuerendissimo in Christo Patre & domino domino Patriarchæ Constantinopolitano supradicto publicè in Ecclesia sancti Stephani coram suis metropolitanis Calogerijs & Præpadibus atque alijs multis tam Græcis quàm latinis hominibus, idē dominus Nuncius Apostolicus easdem nouem conclusiones exposuit, quibus & ipse Reuerendissimus quoque dominus Patriarcha vsque ad dies paucos responsurum affirmauit. Ipsæ vero conclusiones quas Illustrissimo domino Imperatori atque reuerendissimo in Christo Patri domino Patriachæ præfatus dominus Orator retulit, hæc habent de verbo ad verbum.

Sanctissimus & beatissimus qui habet cœleste arbitrium, qui est dominus in terris successor Petri, Christus domini, dominus vniuersi, regum Pater, orbis lumen, summus Pontifex Papa Martinus, diuina prouidentia Papa V. mandat mihi Magistro Antonio Massano ordinis minorum Oratori & suo nuncio in

partibus Græciæ hæc mora vobis reuerendo in Christo Patri & domino domino Ioseph Patriarchæ dignissimo Constantinopolitano, & Serenissimis Principibus Manueli & Ioanni Romeorum Imperatoribus paleologis nouem nunciare maximas sententias.

Quarum prima fundatur in domini nostri Papæ ad vnionem ardentissimo desiderio, cùm enim omne ex natura sua tendat ad vnionem, quia non vult totum à suis partibus separari, nec partes à suo toto vt vnio seruetur, postea quoniam virtus vnita fortior est dispersa: Sanctissimus dominus Papa non tantum desiderat vnionem ex natura, sed etiam vltra naturam inclinatam. Tantum optat ratione bonitatis pontificatus domini nostri, felicissimam videre diem illam Ecclesiarum Latinæ Græcæque vnionis, vt præter Deum nihil supra: Deinde intendit pro hac, totum Ecclesiæ Romanæ licitum iustum apponere atque honestum: & quod felicius hac in vita suæ sanctitati occurrat certe ei non venit in mentem: & totum Collegium dominorum Cardinalium omissis omnibus, quasi de re alia non pertractat quàm de ista sanctissima vnione. Sed quid dicam de domino Legato reuerendissimo Cardinali sancti Angeli qui vt inferius explanabo ad mortem se posuit in horrendo mari contra omne medicorum consilium, tam accenso harum Ecclesiarum Grecæ & Latinæ desiderio ardebat concludendi vnionem, vt ecce dicamus desiderio desiderauit Christi vicarius cum suis Cardinalibus hoc pascha vnionis, communionis, & pacis securè nobiscum Græcis vnica in Ecclesia Catholica & Apostolica rugam non habēte schisma neque dolos.

Secunda conclusio, in suum habet ius malis & pe-

riculis quæ ex hoc ſchiſmate prouenerunt hactenus, & quotidie proueniunt tam ſpiritualiter quàm temporaliter. Quæ lingua, Pater Patriarcha & Romeorum Imperator, ſufficit explicare ex hac peſtifera diuiſione ſanguinis effuſionem, hominum ſtragem, ſuccenſiones, furta, adulteria, homicidia & ſimilia mala ineffabilia. Propter hoc peſſimum malum Græcia nobilis, tam florida perdidit proprietatem dominij, ſecularem ſapientiam ac morum ſtrenuitatem, Principum nobilitatem, plenitudinem populorum, mercatorum affluentias, maris poteſtatem, in præſenti verò Græcia omnis amiſſa vtriuſque hominis pace guerris inimicorum crucis Chriſti vndique premitur & in ſeruitutem redigitur. Quid ſceleſtius dici poſſet? quam quod infideles, fideles Chriſtianos ſuppeditantes hac arma mouere cogant vt plurimum contra Chriſtianos? Quid inhoneſtius quàm vt pudicæ dominæ Græcorum, alias timore, nunc amore per viros ſuos nunc admittantur ad tortorum coniugium, imo per parentes ad diſpenſationem ſi diſpenſatio habet dici. Nos vtique Latinos abominantes & vocantes nos ſchillos francos cùm ſimus eiuſdem fontis renati baptiſmate, eiuſdemque cœleſtis patris filij atque hæredes & fratres. Sed quod deterius eſt, niſi iſta ceſſet ſciſſura, omnes nunc tam Tartaris quàm Turcis obedient, & renunciabunt Euangelio Chriſti, & iam ſerui fient Mahometis, ex carentia prædicatorum pacem, vnionem & ſalutẽ annunciantium eis. Sed circa periculum, ne pereat præſto ex toto Græciæ Monarchia irrecuperabiliter, dari forſan Concilium nulliter ſalubrius quàm ſe nobiſcum vnire charitatis vinculo, vt fiat velut antea vnũ

ouile, & vnus paſtor:& vt Filij Dei Græci qui ſunt aliqui in Græcia, aliqui in Armenia, aliqui in Syria, aliqui in Bulgaria, aliqui in Turchia &c. & congregentur in vnũ Eccleſiæ Romanæ conſenſum, aliàs omnia per brachiũ infidelium remedia periculoſa certe ſunt.

Tertia concluſio ſoluatur in requiſitione promiſſi: quoniam Reuerendus Pater & Dominus Epiſcopus Slomen. & Dominus Nicolaus Eudemon Ioannes, obtulerunt & dixerunt aperte, diſtricte & clare omni ſemota obſcuritate, Domino & Sanctiſſimo Papæ Martino V. voluntatem eſſe Patriarchæ Reuerendiſſimi Conſtantinopolitani, & Sereniſſimi Romanorũ Imperatorum, procurare ac curare ſine fraude & dolo ſanctiſſimam vnionem Eccleſiæ Græcorum, cum Eccleſia Latina, ſub illa fide quam Sancta Romana Eccleſia tenet & obedientia ad eandem Eccleſiã Romanam: vt intẽdit Dominus noſter Papa in ſuis bullis credentialibus ad vos Reuerendiſſimum Patriarcham & ad vos Sereniſſimos Imperatores, & ad præfatos veſtros, vt etiam teſtantur hoc literæ credentiæ Reuerendiſſ. Domini Legati ad eoſdem, ideo dominus noſter merito bonus vt paſtor requirit inuitat vos iuſtum ad promiſſum ſeruãdum in ſancta ſede Apoſtolica: *Diuina voce Græca ait Eccleſia: conſcientiæ noſtræ conuenit ſemper dare operam ne oues errantes culpa noſtra pereant de Eccleſia: & ſi præter intentum noſtrum Dominus Theodorus, & dictus Nicolaus oratores noſtri promiſerunt hæc ſupradicta modo prædicto oſtẽdetur euidenter Sanctitati Domini noſtri eos falsè expoſuiſſe voluntates noſtras, ne dubium remaneat aliqua in parte præfatorum. Veritas quidem non quærit angulos ſed prædicat in plateis, in publicum dicit quod*

narrat omni alechiæ iidem phobiæ &c.

Quarta conclusio creatione Legati firmitatem habet propter quæ præmissa tam mirifica Sanctissimus Dominus noster Papa illico Florentiæ creauit dictum Legatum ex latere & publicauit Reuerēdissimum in Christo Patrem Dominum Cardinalem Sancti Angeli, qui Dominus Cardinalis & Legatus propter nō nullas Ecclesiæ necessitates & suas peruenit ad Hispaniam de conscientia eiusdem Domini Nicolai Eudemon Ioannis, oratorum vestrorum eo quod tunc non erat tempus idoneum nauigandi ad Græciam, nec erant prærdinata quæ de necessitate videbantur ordinanda Constantinopoli pro Concilio fiendo, sine enim Concilio visum fuit Græcorum & Latinorum, præfatam vnionem sequi non posse: & ipsis satis erat ad hæc faciendum, fuit autem prædictus Dominus Cardinalis in Hispania, grauissima infirmitate detentus à qua nondum liberatus in maris periculo se posuit contra etiam salubre Concilium medicorum, vt ad implendum opus sui officij veniret, & vt non faceret voluntatem suam, sed voluntatem eius Patris Domini Papæ qui misit eum.

Quinta conclusio attenditur penes impedimenta ex quibus Legatus, & Dominus Cardinalis non iuit ad Græciam: cùm enim versus eandem se parasset ad iter, literæ superuenerunt Episcopi Theodori, necnon & aliorum multorum deportatæ per fratrem Macharium & alios nonnullos in quibus expressè continebantur ex sententia, quod congregatio pro Concilio fiendo Prælatorum Græcorum isto tempore fieri nō posset, propter inhumanissimam Turcorum guerrā, & transitum eorumdem ad partes Græciæ, ac etiam

in eisdem literis renunciatum est Constantinopoli esse nullum vestigium præparationis Concilij. Incassum ergo superuenisset Legatus ad impetratam imo perturbatam atque inconsideratam omnibus suis in partibus . . . prudentia enim si aut adiecto vltimo vult præceptum, iudicium medio, & primo Consiliũ: quorum prudentiæ actiuũ primus non est, secundus abest, tertius subest: venire ergo non debebat Dominus Legatus.

Locus obscurus.

Sexta conclusio vigorem habet in destinatione Nũcij Apostolici: quare nec longum iter diuturna mora Legati esset sine fructu si Dominus noster Papa habito maturo & digesto Concilio deliberauit promittere me Nuncium suum Apostolicum vt præordinarẽ congregationem prælatorum & Græcorum, quæ repræsentat totam ipsorum Ecclesiam ne in primũ inconueniens incidamus quando oratores Imperatoris Constantinopolis in Concilio Lugdunensi se Romanæ Ecclesiæ vniuerunt, & Credo in Deum prout eadem Ecclesia publicè decantarunt, nec tamen illi reductioni, vt patet Græcia stare voluit, asserens vt fertur sine cõmuni Concilio id actum esse. Expedit quidem hoc ad tollendum vetustissimum malum. Hoc sciã quatenus quo possum clarissimè informare Dominum nostrum Papam & Legatum scilicet quo tẽpore fieri debet istud Concilium, quo loco & ex quibus Græcorum prælatis: ad quem finem Conciliũ fateor intendit. Quia cuius finis bonis, ipsũ quoque bonũ est, & cuius finis malus, ipsum quoque malũ est. Si est disputatio plurimũ grandeuus, si de fide disputatio, procul à nobis: si ad conferendum per Doctores Græcos pariter & Latinos summam complacentiam ad *calauuite agathon.*

Septima conclusio roboratur in certitudine promissi: vnde quæro si vos Reuerēdissime Patriarcha & Serenissimi Imperatores intenditis realiter operari, quod vnio fiat sub fide quā Sacrosancta Romana Ecclesia tenet & seruat, & obedientiā ad eandē Romanā Ecclesiā, esto etiā quod alij Græci congregati in Concilio, quia non sint sub dominio vestro tēporali non, vellēt accedere. Istud idē Dominus Episcopus Theodorus, & Dominus Nicolaus Eudemon Ioannes obtulerunt Florentiæ pro parte Reuerendissimi Patriarchæ, & Serenissimi Imperatoris Manuelis, Sanctissimo Dño nostro Papæ, & Legato non quæstū ad intētionē promissionis Imperatoris & Patriarchę, sed quęstū ad verba promissio indiget vt fertur examinatione.

Octaua conclusio existit in oblatione Domini Legati, promittit enim certissime Illustrissimus dñs Cardinalis Sancti Angeli & Legatus ex latere in partibus Græciæ, vbi promissi recto animo & dicto instituto veniatis ad sæpe dictā Sanctissimā vnionē promptum adiutorium Regis Arragoniæ, Regis Castellæ, gloriosissimorū pro fidei triumpho, necnon & aliorū Principum, quamuis coacta Deo non placeant: hilarem enim datorem diligit *Theos*.

Nona conclusio terminatur in finali & sancto promisso sanctissimi domini nostri Papæ: Ego Nuncius Apostolicus Magister Antonius Massanus ordinis Minorum, palam coram omnibus promitto de mandato domini nostri Martini Papæ v. quod si prædicta vnio per Reuerendissimum dominum Patriarcham & Imperialem maiestatem vna cum modis supradictis fiat, quod sāctissimus dominus noster Papa presto mittet legatum absque mora retardationis cum prælatis & magistris ad hoc specialiter ordina-

tis vbi primo , ſicut præmiſi in ſexta concluſione ſciam tempus huius ſacratiſſimi Concilij & locum eiuſdem congregationis prelatorum Græcorum ſufficientem & idoneum, & quem finem intenditis eſſe nobìſcum in concilio & quomodo.

Diligentiæ pro reſponſione á Græcis habenda, & cauſa dilationis.

Poſt autem has nouem concluſiones , itaut ſcriptæ ſunt, diligenter expoſitas , idem Reuerendiſſimus Pater dominus Nuncius Apoſtolicus , Magiſter Antonius Maſſanus ad diem xxIIII. eiuſdem mẽſis Octobris eumdem Reuerendiſſimũ in Chriſto Patrẽ dominũ Patriarchã ſecundo conuenit& allocutus eſt ſuper Concluſionibus ſuper ſcriptis. Item & die xxvi. eiuſdem menſis præfatus dominus Nuncius Apoſtolicas ſupra nominatos fratres Gulielnum confeſſorem, & Ioannem ſocium ſuum ad eundem ſereniſſimum dominum Imperatorem dominum Ioannem miſit vt ſuæ maieſtati placeret reſponſionem ſibi dare adea quæ nomine beatiſſimi ſũmi Pontificis ſuæ Serenitati retulerat, die verò xxx. eiuſdem quoque menſis Octobris, iterum dominus Imperator apud eundem Reuerendum dominum Patriarcham fuit ad tractandũ & colloquendum de modó celebrandi Concilij. Calendis autem Nouẽbris idem ſereniſſimus dominus Imperator Ioannes miſit ad ipſum dominum Oratorem quendam ex nobilibus ſuis Catacíſmon ad dicẽdum ne miraretur, ſi tam cito minus reſponſum dabat quoniam multis & maximis negotijs bellicis in præſentiarum eſſet implicitus Deinde quoque ad diem tertium Nouẽbris dominus Nuncius Apoſtolicus miſit ad quendã Maieſtatis Imperialis Calogerũ

&

& ad Closeps, vt vellent Illustrissimum dominum Imperatorem ac Reuerendissimum dominum Patriarcham ad hanc vnionem sacratissimã excitare Ad diẽ verò XIIII. Nouẽbris præfatus dominus Nũcius Apostolicus responsionem habuit ad omnes supradictas Conclusiones, tam à Reuerendissimo domino Patriarcha, quàm ab Illustrissimo domino Imperatore supradicto, quoniam cùm firma ac solida in se esse asserat, idem dominus Nuncius Apostolicus hic annotari seu adscribi voluit. Scriptum & publicatũ Constatinopoli, quemadmodum retulerunt & suis sic missis testationibus aprobauerunt Venerabilis Frater Gulielmus Confessor supradictus, frater Petrus Capinus custos Constantinopolitanus, frater Ludouicus de Tarasio, frater Damianus de Venetiis, dominus Ioãnes Arispa, & frater Laurentius de Franciscis, testes ad hæc omnia & singula suprascripta vocati & rogati.

Et ego Frãciscus Philelphus ciuis Venetus publica & Imperiali auctoritate Notarius, & nostris in Venetorũ curia & Cõstantinopolitana Cãcellarius ex relatione & attestatione præfatorum testium supra scripta omnia & singula scripsi, compleui & publicaui.

Auscultatum & collationatũ cum originali per me Aimonem Gerbasij Episcopi Maurianensis literarum Apostolicarum de Curia & aliarum in Camera Apostolica registrari, solicitare registratori die XXVIII. Iulij Anni millesimi quadringentesimi vigesimi tertij de Episcopi prædicti manu propria.

Copia literarum responsionis Imperatoris Græcorum ad Papam Martinum V.

SAnctissimo in Christo Patri & Domino Dominõ

Martino ſacroſan. Romanæ Dei Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ ſũmo Pontifici digniſſimo, Ioannes in Chriſto Deo fidelis Imperator & moderator Romeorũ Paleologus ſemper Auguſtus, reuerentiam debitã & deuotã. Reuerendus vir Ambaſiator veſter Antonius Preſbyter, Monachus, Theologiæ Magiſter venit ad nos in gratia ſanctitatis veſtræ ferens ac accipi . . . . Cognouimus & ab ipſis & à veſtro Ambaſiatore quæcumque nobis ipſe dixit. Ad primos eius ſermones, qui fere in ſumma fuerũt quod ex parte mea dixit Nicolaus Eudemon, & Reuerendus Epiſcopus Olenis Theodorus, quod volumus vnionem ſimpliciter cum Romana Eccleſia: ſed quoniã reſpondimus ipſi Ambaſiatori ad verbũ, à quo ſanctitas veſtra de omnibus agnoſcet, affirmamus etiam per noſtras literas expreſsè, quod non ſolũ aliquid tale commiſimus ſed neque omnino vnquã ipſum in mente dicere habuimus: ſed quod ſcripſimus in literis noſtris iſtud & non aliud noſtri Ambaſiatores impoſitũ habuerunt implere & enucleare propriis ſermonibus, videlicet fieri Concilium vniuerſale ſecundum ordinẽ & conſuetudinem ſanctorum ſeptem vniuerſaliũ Conciliorũ, & quod conceſſerit Spiritus Sanctus ad pacẽ iſtud firmare & tenere. Circa ſermones autem ipſius Magiſtri Antonij Ambaſiatoris, poſt hoc quod quæſiuit agnoſcere locum & modũ & tempus Concilij, Reſpondemus de loco quidẽ Conſtantinopolim, cũ Imperium noſtrum in præſenti neque aptiorem aliũ locũ habeat, neque poſſemus ire aliò propter neceſſitatem. Verũ in qua magis nunc ſumus quã aliquando, & etiam propter neceſſitatem expenſarũ quibus

ipſum negotium indiget. De modo, non neceſſitaté ducimus eſſe omnes Sanctiſſimos Patriarchas, & omnes Epiſcopos Prouinciarum noſtrarũ intereſſe, Concilij autem huiuſmodi expenſas, omni præterito tempore faciebat Imperiũ, nunc auté ſimiliter eſſet opus: Imperiũ verò nunc non poteſt vllomodo nec facultatem habet ad id faciẽdum. Qua de cauſa Sanctitatem veſtram rogamus, vt circa hanc rẽ prouideatur ſufficienter. De tempore autem, optamus & deſideramus vt taliter eſſent res quo hodie, hoc diuinũ opus vnionis & nobis placitum, principiũ accipiet: Sed cũ ſint circa nos res tales quales vidit ſuis oculis Antonius, qui quaſi penitus deſtructis nobis omnibus ſunt ſub periculo gladij, & hæc ciuitas & omnia noſtra: & non eſt poſsibile congregare Epiſcopos ab Aſia neque ab Europa propter guerras infidelium. Dicimus quod Deo dante pacem & firmitatem rebus, ſtatim ſcribemus vobis, & apportatis noſtris literis ad vos, & ex vobis Ambaſiatoribus veſtris ſumen ibus cum exitu & expenſis circa Concilium faciendis ab illa die incipiente eo vſque ad finitum annum vt Concilium fiat. Verum hoc magnum deſiderium & ſingularem amorem quem habemus ad tale diuinum opus vnionis dicimus, & hoc quod etiam exiſtente guerra infidelium, ſi ſanctitas veſtra fecerit talem pro ſecuritate noſtrorum neceſſ riorum locorum, & feceritis excommunicationem terribilem & inſolubilem contra quoſcumque veſtros homines vt non relinquãt nos ſolos in guerra infidelium, & ipſi in pace ſint cum ipſis ſed auxilientur nobis contra infideles, ita quod ipſi infideles non habeant facultatem inferre cõtra nos

armatos naue ipsorum. Et hoc parcet nobis Reuerendissimus Cardinalis habens ex nobis generalem auctoritatem & vim super istis: placet nobis incipere vnionis opus ab ipsa die qua huc aduenerit prædictus Reuerendissimus Cardinalis, & tunc conueniente sacro Concilio secundum antiquum sanctorum vniuersalium septem præteritorum ordinem & consuetudinem: & veritate sine contentione quæsita, quicquid reuelatum fuerit inspirante Spiritu Sancto in hoc sancto Concilio vtrique parti placitum sit, & subsequatur omnis terminus mũdi: itaque fiat vniuersalis vnio & infrangibilis & firma Ecclesiarum. Datum in vrbe nostra Constantinopolitana Millesimo quadringentesimo vicesimo secundo, die Sabbathi quartadecima mẽsis Nouembris sub nostra Imperialis sigilli impressione, & nostra solita rubea subscriptione.

In nomine domini Amen. Tenore præsentis publici instrumenti cunctis pateat euidenter & sit notum quod Anno à Natiuitate eiusdem domini millesimo quadringẽtesimo vicesimo quarto indictione secunda, die vero Sabbati decimanona mensis Februarij hora tertiarum vel quasi Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini &c. *Vide reliqua in sessione prima Concilij Basiliensis.*

FINIS ACTORVM CONCLII Senensis.

PRO-

SEQVVNTVR ALIQVAE PROPOSItiones vtiles ad exterminationem presentis Schismatis per viam Concilij Generalis.

EX CODICE MANVSC.

PRIMA, in vnitate capitis Christi plena ac perfecta consistit vnitas corporis mystici totius Ecclesiæ Christianæ: iuxta illud Apostoli *Christus est caput Ecclesiæ*, & illud, *Omnes vnum corpus sumus in Christo.*

Secunda, licet Papa inquantum Christi Vicarius, quodam modo possit dici caput Ecclesiæ, tamen Ecclesiæ vnitas non necessario dependet aut originatur ab vnitate Papæ: patet ex prima parte: & etiam quia nullo existente Papa, semper Ecclesia remanet vna, iuxta illud in Canticis, *Vna est Columba mea*, & illud Symboli, *Vnam sanctam et Apostolicam Ecclesiam.*

Tertia, à Christo capite eius, corpus mysticũ, quod est Ecclesia, originaliter & immediatè potestatem habet & auctoritatem, vt ad suam vnitatem conseruandam, rite valeat seipsum ad generale concilium, ipsam representans, congregare: patet ex illo verbo Christi, *Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ego in medio illorum sum*; Vbi animaduertendum est, quod non dicit, *in nomine Petri*, vel *in nomine Papæ*, sed *in nomine meo*, dans intelligere quod vbicumque & à quocumque congregentur fideles, dum tamen hoc fiat in nomine suo, hoc est, in Christi fide, & pro Ecclesiæ suę salute ipse assistit eis tanquam ductor & infallibilis rector.

4. Non ſolum auctoritate Chriſti, ſed etiam communi iure naturali premiſſam auctoritatem habet corpus myſticum Eccleſiæ Dei, patet, quia quodlibet corpus naturale, naturaliter reſiſtit ſuæ diuiſioni, & detractioni, & ſi ſit corpus animatum naturaliter congregat omnia membra, omneſque vires ſuas ad conſeruandam ſuam vnitatem & repellendam ſuam diuiſionem: ſimili quoque modo eſt, quodlibet corpus ciuile ſeu ciuilis communitas vel politia rite ordinata; ideóque corpus ſpirituale ſeu myſticum Eccleſiæ Chriſtianæ quod ordinatiſſime compoſitum eſt, propter quod Eccleſiaſtica politia in Canticis deſcribitur, velut, *Caſtrorum acies ordinata*, ſimili iure vti poterit ad ſuam vnitatẽ conſeruandã & quamlibet ſchiſmaticam diuiſionem repellendam, tanquam ſuæ ordinatæ compoſitionis deſtructiuam.

5. Præmiſſa auctoritate & auctoritatiua poteſtate vſa fuit primitiua Eccleſia, Patet, quia in Actibus Apoſtolorum quatuor leguntur Concilia generalia congregata, & non habetur quod auctoritate Petri fuerint conuocata; ſed communi conſenſu Eccleſiæ, & in vno conſilio Hieroſolymis celebrato, non Petrus ſed Iacobus loci illius Epiſcopus legitur præfuiſſe & ſententiam protuliſſe.

Sexta, poſt incrementa naſcentis Eccleſiæ primitiuæ præmiſſa auctoritas & poteſtas congregandi generalia conſilia rationabiliter limitata fuit & reſtricta, ſic ſcilicet quod ſine auctoritate Papæ nulli liceret huiuſmodi concilia congregare. Patet ex iuribus communibus quæ habentur in decreto & decretalibus: ratio fuit vt honoraretur ſedes Apoſtolica & vt obuiaretur

hæreticis vel ſchiſmaticis, qui quandoque ad libitum [illegible] vocari per potentiam Principum ſecularium conu[illegible] & congregari procurabant ad ſuorum errorum fulcimentum.

Septima, limitatio ſeu reſtrictio non tollit, quin prędicta auctoritatiua poteſtas ſemper abſolutè remaneat in ipſa vniuerſali Eccleſia, patet, quia iura poſitiua non poſſunt ab Eccleſia abſolutè tollere illam poteſtatem quę ei competit diuino ac naturali iure.

8. Non obſtante limitatione ſeu reſtrictione præmiſſa in certis caſibus, Eccleſia ſiue auctoritate Papę poteſt generale concilium celebrare. Patet ex prædicta & etiam quia illud quod eſt in fauorem Eccleſię introductum, non eſt in eius damnum & graue periculum obſeruandum, ſed prędicta limitatio ſeu reſtrictio quę in fauorem Eccleſię iure poſitiuo legitur, introducta, vt dictum eſt, poſſet in certis caſibus eidem grauiſſime præiudicare, & ſpecialiter poſſunt tres caſus aſſignari. Primus eſt, ſi vacante ſede occurreret hæreſis vel alia Eccleſiæ perſecutio, cui eſſet per generale concilium obuiandum.. Secundus ſi in caſu neceſſitatis aut manifeſtę vtilitatis vocandi conſilium, Papa eſſet furioſus aut hęreticus, vel aliud, ad hęc inutilis aut inſufficiens, vel ſi ſuper hoc requiſitus, conſilium vocare recuſaret aut damnabiliter negligeret. Tertius, ſi plures eſſent de Papatu contendentes, itaque nulli eorum tota obediret Eccleſia, nec ad alicuius eorum aut amborum ſimul vocationem compareret: ſicut eſſe videtur in præſenti ſchiſmate: in his igitur aut ſimilibus caſibus clarè patet ex præmiſſis quod abſque auctoritate Papæ poſſet & deberet Eccleſia generale conſilium celebrare.

Nona, iura positiua quę communiter dicunt quod absque auctoritate Papæ non est fas generale consilium congregari, debent ciuiliter intelligi; scilicet quando est vnicus Papa concorditer ab Ecclesia receptus ad congregandum huiusmodi consilium occurrente euidenti vtilitate idoneus & paratus, patet ex prędictis & ex doctrina Aristotelis in Ethicis vbi loquitur de ἐπαρχία.

Decima, prosedando pręsenti schismate absque Papę auctoritate, imò ipso contradicente, potest auctoritate vniuersalis Ecclesię generale consilium congregari, & non solum per duos Cardinales conuocari, sed etiam in casu per quoscumque fideles, qui vel auctoritatiua potestate vel caritatiua monitione scirent & possent ad executionem tanti boni cooperari, patet ex pręmissis, & etiam quia in tanta necessitate omnes fideles & specialiter maiores & potentiores debent Ecclesię succurrere, & malo eius tam euidenti celerius occurrere, possent autem ad pręmissa rationes & auctoritates tam diuini quam humani iuris induci, sed bene affectatis ista sufficiant; & in fundamento prędicto possent super ędificari aliquę alię propositiones magis particulariter respicientes consilium nunc in ciuitate Pisana conuocatum quas dimitto, quia ita clarè sequntur ex pręmissis, vt eas non sit necessarium benè intelligentibus amplius declarare.

PRO-



PROMOTIONES

ET PROGRESSVS SACROSANCTI PISANI CONCILII MODERNI indicti & inchoati Anno Domini M. D. XI.

Constitutio Sacrosancti Constantiensis Concilij de tempore & modo celebrandi Concilij generalis Sessione XXXIX. *promulgata.*

SACROSANCTA Generalis Synodus Constantiensis&c. Frequens generalium conciliorum celebratio agri dominici cultura est præcipua, quæ vepres, spinas, & tribulos hęreseon, errorum, & schismatum extirpat: excessus corrigit, deformata reformat, & vineam domini ad frugem vberrimę fertilitatis adducit; Illorum vero neglectus præmissa disseminant atque fouent. Hæc præteritorum temporum recordatio, & præsentium consideratio, ante oculos nostros ponunt. Ea propter hoc edicto perpetuo sancimus, decernimus, & ordinamus, vt ammodo concilia generalia celebrentur: ita quod primum à fine huius concilij in quinquennium immediate sequens, secundum vero à fine illius immediate sequentis concilij in septennium, & deinceps de decennio in decennium perpetuo celebrentur

in locis quæ ſummus pontifex per menſem ante finẽ cuiuſlibet concilij approbante & conſentiente concilio, vel in eius defectum ipſum concilium deputare & aſſignare teneatur: vt ſic per quandam continuationem ſemper aut concilium vigeat: aut per termini pendentiam expectetur: quem terminum liceat ſummo Pontifici de fratrum ſuorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio ob emergentes forte caſus abbreuiare, ſed nullatenus prorogetur. Locum autem pro futuro celebrando concilio deputatum abſque euidenti neceſſitate non mutet. Sed ſi forte caſus aliquis occurret. quo neceſſarium videretur ipſum locum mutari, puta obſidionis, guerrarum, peſtis aut ſimilis: tunc liceat ſummo Pontifici de prædictorum fratrum ſuorum, aut duarum partium ipſorum conſenſu atque ſubſcriptione, alium locum prius deputato loco viciniorem & aptum, ſub eadem tamen natione, ſubrogare, niſi idem vel ſimile impedimentum per totam illam nationem vigeret: Tunc ad aliquem alium viciniorem locum alterius nationis aptum, Concilium poterit conuocari: ad quem prælati & alij qui ad concilium ſolent conuocari accedere teneantur, ac ſi à principio locus ille fuiſſet deputatus: quam tamen loci mutationem vel termini abbreuiationem per annum ante præfixum terminum teneatur ſummus Pontifex legitime & ſolenniter publicare & intimare, vt ad ipſum concilium celebrandum prædicti poſſint ſtatuto termino conuenire.

CONSTITVTIO SACRO-SANCTI *Basiliensis Concilij sessione XI. per Eugenium IV. Papam: vt eiusdem Concilij sessione XVI. constat, approbata: in qua superior Constantiensis Concilij constitutio exponitur & roboratur.*



SACROSANCTA generalis Synodus Basileensis in spiritu sancto legitime congregata vniuersalem Ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam. Quoniam *Frequens* generalium Conciliorum celebratio tanquam agri dominici præcipua cultura vniuersalem Ecclesiæ statum concernit: ideo summa cum diligentia intendendum est, vt cunctis obstaculis quæ tam salubrem institutionem impedire possent accuratè obuietur. Inhærens igitur hæc sancta Synodus ordinationi decreti Concilij Constantiensis, quod incipit, frequens, cupiensque ne scandala quæ, proh dolor! diebus nostris contigerunt, futuris temporibus in perniciem Ecclesiæ repullulent: statuit & decernit, vt Romanus Pontifex qui primus in vinea domini laborare, & alios suo exemplo ad laborandum trahere tenetur, per se vel Legatum de latere, aut Legatos eligendum vel eligendos de consilio & assensu duarum partium Cardinalium in Concilijs generalibus debeat interesse, necnon omnes & singulæ personæ Ecclesiasticæ, quæ de iure vel consuetudine in generalibus Concilijs adesse debent deinceps ad ipsa generalia concilia, tam vigore ipsius constitutionis. *Frequens* indicta, quam huius sacri Concilij Basiliensis, vel alterius futuri legiti-

me congregati auctoritate indicendæ sine alia vocatione venire personaliter astringantur, nisi legitimo detineantur impedimento, quo casu personas idoneas cum sufficienti mandato destinare teneantur. Quod si ipse Romanus Pontifex, & aliæ prędictæ personæ hoc facere neglexerint, aut ipsum concilium quoquomodo de facto impedire, mutare, prorogare, aut dissoluere operam dederint, & infra quatuor mẽses cũ reali satisfactione non resipuerint, extunc Romanus Pontifex à Papali, & prędictæ personæ à suarum dignitatum administratione sint ipso facto suspensi; quæ quidem Papalis administratio ad sacrum concilium ipso iure deuoluatur. Quod si pœnas prædictas per duos menses; post dictos quatuor animo sustinuerint indurato, contra tam Romanum Pontificem quam prædictas personas vsque ad priuationem inclusiue per concilium generale procedatur.

Statuit quoque hæc sancta Synodus vt non obstante quacumque etiam Romani Pontificis prohibitione omnibus cuiuscumque status & conditionis existant, etiam si sint sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, liberum sit ad generalia concilia proficisci: quodque ipse Romanus Pontifex ad ipsa concilia generalia accedere volentibus & pręsertim dictis Cardinalibus, licentiam, si petierint, impertire teneatur. Declarat quoque hæc sancta Synodus verba illa videlicet *nullatenus prorogetur*, in dicto decreto posita, ita prohibitiue intelligi, vt etiam per Papam prorogari non possit: quodque concilium actu congregatum dissolui, aut de loco ad locum mutari sine ipsius concilij expresso consensu per Romanum Pontificem nullatenus possit. Cassat insuper, irritat, &

annulat, si quid forsitan contra hæc, vel etiam in derogationem aut impedimentum ipsius Concilij generalis, personarum, & prælatorum, ac suppositorum eiusdem, per priuationem, translationem, censurásque Ecclesiasticas, vel aliter, quomodolibet in futurum contigerit attentari. *Et infra.*

Quod si casu aliquo contingat, eos qui Concilijs generalibus interesse tenentur, in principio temporis non aduenire, declarat non propterea dictam Concilij celebrandi facultatem expirare, sed vt quanto ocyùs commodè fieri poterit celebretur. Ne autem diu differri possit, statuit vt per viginti dies ante prædictum decennij tempus completum; vel aliud si forsan ex causa per Concilium præfigi contingat, Romanus Pontifex per se, vel Legatum aut Legatos suos, necnon Archiepiscopus, in cuius prouincia vel diœcesi fuerit Concilium celebrandum, & omnes prælati vicini, loco celebrationis Concilij, per quatuor dietas vulgares, cessante impedimento Canonico in proprijs personis, vel eo obsistente, per viros Idoneos ad hoc vicarios constitutos adesse teneantur, vt de loci dispositione, & alijs præparatorijs Concilij, valeant habere tractatum. Die autem inchoationis Concilij generalis præfinita, hi qui ibidem fuerint, Missam de sancto Spiritu solemniter celebrent, & Concilium ex eo die stabilitum & incoatum esse, efficaciter censeatur.

Vt præmissa vero facilius executioni demandentur, statuit ipsa sancta Synodus, quod electores Romani Pontificis ante ingressum conclauis iurare, deóque & Ecclesiæ promittere teneantur, Quod si contingat aliquem ex eis in Papam assumi, præmissa omnia decreta,

ſtatuta, & ordinata ſeruabit, & pro poſſe implere realiter, & cum effectu curabit. Adijcit quoque, vt quicumque in Romanum Pontificem futuris deinceps temporibus aſſumetur, inter alia quæ profiteri debet, iuxta decretum Concilij. Conſtanti. quod incipit. *Quanto Romanus Pontifex, &c.* Iuret etiam præſens decretum efficaciter obſeruare, quam quidem profeſſionem, teneatur poſtea in primo publico conſiſtorio de nouo facere, profiteaturque, ſi eorum quæ in hoc decreto continentur fuerit violator, nec non ratione cuiuſlibet notorij criminis Eccleſiam ſcandalizantis, iudicio generalis Concilij ſe eſſe ſubiectum. Hanc quoque profeſſionem, tam ipſe quam Collegium Cardinalium, inſerant literis, quas de noua aſſumptione Papæ per orbem, de more tranſmittent.

Vt autem tam ſalutaris ac neceſſarij decreti nullus poſſit ignorantiam prætendere, mandat hæc ſancta Synodus, in virtute ſanctæ obedientiæ omnibus metropolitanis Epiſcopis vt in Prouincialibus, & Synodalibus Concilij Prælatis Religionum in ſuis Capitulis generalibus, huiuſmodi decretum legi faciant & publicari. *Et infra.* Datum in ſeſſione publica eiuſdem ſanctæ Synodi, in Eccleſia maiori Baſilienſi ſolenniter celebrata V. Calend. Maij Anno à natiuitate domini milleſimo quingenteſimo tertio.

LITERAE APOSTOLICAE EVgenij Papæ IIII. quibus confirmatur sacrum Basiliense Concilium, ab initio vsque ad sessionem XVI. inclusiue & deinceps.

EVGENIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Dudum sacrum generale Concilium Basiliense per generalium Constant. & Senens. Conciliorum statuta, ordinationémque fœlicis recordationis Martini Papæ V. ac nostram, pro extirpatione hæreseum, pace populi Christiani, ac generali reformatione Ecclesiæ in capite & in membris, & pertinentibus ad ea legitime inchoatum: ex certis causis in aliis nostris literis expressis, de fratrum nostrorum sanctæ Romanę Ecclesiæ Cardinalium consilio & assensu dissoluimus. Verùm, cum ex dicta dissolutione, ortę sint graues dissentiones, & grauiores oriri possent, nihilque magis optemus quam quod prędicta sancta opera debitum sortiantur effectum, de consilio & assensu venerabilis fratris Iordani Episcopi Sabinensis: & dilectorum filiorum nostrorum Anthonij tt. Sancti Marcelli, Francisci tt. Sancti Clementis. Angeloti. tt. Sancti Marci presbyterorum, ac Lucidij sanctæ Marię in Cosmedin. Ardesini sanctorum Cosmę & Damiani Diaconorum, sanctę Romanę Ecclesię Cardinalium, decernimus & declaramus, pręfatum generale Concilium Basiliẽse, à tempore prædictæ inchoationis suę, legitime continuatum fuisse & esse: prosecutionemque

ſemper habuiſſe, continuari ac proſecutionem habere debere, ad prædicta, & pertinentia ad ea, perinde ac ſi nulla diſſolutio facta fuiſſet. Quinimo, præfatam diſſolutionem irritam & inanem de conſilio & aſſenſu ſimili declarãtes; ipſum Sacrum generale Concilium Baſilienſe, purè, ſimpliciter, & cum effectu, ac omni deuotione & fauore proſequimur, & proſequi intendimus. Pręterea, vt mentis noſtræ integritas, ac deuotio, quam ad vniuerſalem Eccleſiam, & ſacrum generale Concilium Baſilienſe gerimus, omnibus conſtet euidẽter, duas noſtras literas, pridem in palatio Apoſtolico promulgatas (Nam tertias quarum tenor de verbo ad verbum inferius deſcribitur: quę dicuntur incipere *Deus nouit*, cum à nobis aut de ſcitu noſtro nunquam emanarint, licet ſuperfluum videatur quod non extat reuocare, tamen quia petitum eſt, & ad cautelam, ſi vllo vnquam tempore apparerent, & alias quaſcumque, & quicquid per nos, aut noſtro nomine in præiudicium aut derogationem prædicti ſacri Concilij Baſilienſis, ſeu contra eius auctoritatem factum, & attentatum, ſeu aſſertum eſt) caſſamus, reuocamus, irritamus, & annullamus, nullumque & irritum fuiſſe & eſſe declaramus.

Item, reuocamus quoſcumque proceſſus, quarumcumque cenſurarum priuationum & ſuſpenſionum, factos contra ſuppoſita huius ſacri Concilij Baſilienſis, & adhærentes eidem: necnon omnia geſta & facta in præiudicium læſionem & derogationem eorumdem, eis non legitime citatis, nec legitimè defenſis, de quibuscumque dignitatibus, beneficiis, commendis, & officiis, etiamſi Cardinalatus, Patriarchatus, Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Abbatiæ &c. exiſtant, iuribus & bonis quibuſ-

buſcumque, & ſpecialiter contra Cardinales de Cypro Sancti Xiſti, & Firmanum, ac omnia in priſtinum ſtatum per præſentes reducimus, proinde ac ſi non emanaſſent cum clauſulis opportunis; mandantes ſub pœnis formidabilibus, omnibus qui de dictis dignitatibus beneficiis, commendis, & officiis, iuribus, & bonis ſe intromiſiſſent, vel ratione dictarum priuationum, ſeu noſtrarum ordinationum quarumcumque, ſe vellent intromittere, vt ab ipſa intromiſſione, & omni moleſtia penitus deſiſtant. Vtrum autem fuerit legitima citatio, & defenſio, ſtabitur iudicio ipſius ſacri Concilij.

Nos autem deinceps, à nouitatibus & grauaminibus ſeu præiudiciis inferendis ipſi ſacro Concilio, vel ſuppoſitis eius, & adhærentibus eidem, realiter & cum effectu deſiſtemus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis, declarationis, proſecutionis, intentionis, caſſationis, reuocationis, irritationis, annullationis, voluntatis, reductionis, & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ, apud ſanctum Petrum, anno dominicæ incarnationis mileſimo quadringenteſimo tertio. Calend. Ianuariis. Pontificatus noſtri anno tertio.

Ego Iordanus Epiſcopus Sabinēſis, manu propria ſubſcripſi.

Ego Anthonius tit. ſancti Marcelli, manu propria ſubſcripſi.

Ego Lucidius Cardinalis de Comite, manu propria ſubſcripſi.

PVBLICA CAPITVLA, VOTA, ET iuramenta sanctissimi domini nostri Iulij Papæ II. & Reuerendissimorum Dominorum S.R.E. Cardinalium, in eiusdem Pontificis creatione, de generali Concilio, infra tunc immediate sequens biennium indicendo & inchoando, & aliis pro libertate & Reformatione Ecclesiæ, ac sacri Collegij obseruandis institutis; in conclaui communiter per viam contractus edita, emissa, & præstita; quibus sacrum Pisanum Concilium modernum, ipsiusmet Romani Pontificis auctoritate necessariò fuisse edictum & congregatum, apertissimè constat.



IN NOMINE DOMINI. AMEN. Vniuersis præsens publicum instrumentum inspecturis, notum & euidens sit, quod Ann. à natiuitate Domini M.D. tertio, indictione VI. die Mercurij 1. Mensis Nouemb. qua celebratur festiuitas omnium Sanctorum, in mane, sede Apostolica per obitum fœlicis recordationis Pij Papæ III. vacante, Romæ apud Sanctum Petrum in palatio Apostolico, in notariorum testiumque infrascriptorum præsentia, Reuerendi in Christo patres ac Domini, Domini Episcopi, Presbyteri & Diaconi S.R.E. Cardinales infrascripti, existentes in conclaui, pro celebranda electione futuri Pontificis, induti croceis, & iam in vnum congregati, in capella sancti Nicolai, volentes procedere ad huiusmodi electionem, omnes in locis suis consederunt. Ipsorum autem Reuerend. Dominorum Cardi-

nalium nomina seu appellationes sunt hæc. O. Episcopus Sabinensis Cardinalis Neapolitanensis. Iul. Episcopus Hostiensis Cardinalis sancti Petri ad vincula. G. Episcopus Portuensis Cardinalis Portugalensis. Hieronymus Episcopus Prænestinsis. Cardinalis Rachanatensis L. Episcopus Albanensis Cardinalis Beneuentan. A. Episcopus Tusculanus Cardinalis sanctæ Praxedis Io. tituli sanctorum Nerei & Archilei, presbyter Cardinalis Alexandrinus B. tituli sanctæ Crucis in Hierusalem presbyter Cardinalis Saguntin. Io. tit. sanctæ Priscæ, presbyter Cardinalis Aggrigentin. D. tit. sancti Nicolai inter imagines, presbyter Cardinalis Grimannus G. tit. sancti Xisti, presbyter Card. Rothomagens. Ia. tit. sancti Clementis, presbyter Cardinalis Abortens. P. tit. sancti Cyriaci, presbyter Cardinalis Rheginus. F. tit. Sanctæ Ceciliæ, presb. Card. Cusentin. Io. tit. sanctæ Balbinę, presb. Card. Salernit. L. tit. sanctæ Agathæ, presb. Card. Caput Aquens. Ant. sanctę Anastasiæ, presb. Card. Comens. Io. tit. sancti vitalis, presb. Card. Bonon. Io. tit. sanctæ Mariæ trans Tyberim, presb. Card. Montis Regalis. F. tit. sanctorum Io. & Pauli, presb. Card. Surrentinens. F. tit. sanctæ Susannæ, presb. Card. Volaterran. N. tit. sanctæ Luciæ in septem soliis, presb. Card. de Flisco. F. tit. sanctorum Sergij & Bacchi, presb. Card. Legionens. Hadrianus tit. sancti Chrysogoni, presb. Card. Batoniens. Ia. tit. sancti Stephani in Celio monte, presb. Card. de casa noua. R. sancti Georgij ad velum aureum, Diaconus S. R. E. Camerarius. Io. sanctæ Mariæ in Acquiro, Diaconus Card. de Columna. As. Maria Sfortia, Vicecomes sancti Viti in macello martyrum, Diaconus Card. sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Vicecancellarius. Io. sanctæ Mariæ in

Dominica, Diaconus Card. de Medicis. F. S. Theodori Diaconus Card. de ſancto Seuerino Hip. ſanctæ Luciæ in ſilice, Diaconus Card. Eſtenſ. Iul. ſancti Angeli, Diaconus Card. Cæſarinus Alex. ſancti Euſtachij, Diaconus Cardin. Farneſius. L. S. Mariæ in Coſmedin. Diaconus Card. de Arragonia. Amanæus S. Nicolai in carcere Tulliano, Diaconus Cardinalis de Albreto. L. ſanctæ Mariæ in via lata, Diaconus Cardinalis Borgia. M. ſanctæ Mariæ in porticu, Diaconus Cardinalis Cornelius & Fran. ſanctæ Sabinæ Diaconus Cardinalis Eluenſ. quibus Reuerendiſſimis Dominis Cardinalibus ſedentibus, Ego Ioannes Burchardus Decanus Baſilienſis, dictæ ſedis protonotarius, & magiſter Ceremoniarum capellæ Apoſtolicæ, tenens in manibus meis duos quinterniones, alta & intelligibili voce dixi in hanc ſententiam.

Reuerendiſſimi domini, hæc ſunt capitula publica & priuata, quæ paulo ante ordinata fuerunt per Reuerendiſſimas dominationes veſtras, ſuper regimine & adminiſtratione futuri Pontificis: propterea, ſi placet iurare de obſeruando continentiam huiuſmodi Capitulorum Reuerendiſſimæ dominationes veſtræ iurent: & pro parte eorumdem Reuerendiſſimorum Cardinalium reſponſum fuit, quod parati erant iurare, volebantque vt aliqui notarij eſſent de tali iuramento rogati & nominati: fuimus & rogati à præfatis Reuerendiſſimis Dominis Cardinalibus, venerabiles viri domini Hadrianus de Caprinis Viterbienſis, Garſias Fernandi de Bobadilia Salmãtinenſ. Diœc. & Raymundus de Raymundis, Cremon. Diœc. clerici; & ego vt de dicto iuramento vnum vel plura conficerem, & quilibet noſtrum conficeret inſtrumentum & inſtrumenta. Tum ego accepi

librum Euangeliorum, & incipiens à Reuerendiſſimo Domino Cardinale Neapolitanenſi decano ſacri Collegij, & gradatim vadens ad quemlibet de prænominatis reuerendiſſimis dominis, recepi à ſingulis ipſorum iuramentum, de ſeruandis dictis Capitulis, iuxta eorum continentiam & tenorem, & omnes & ſinguli ex præfatis Reuerendiſſimis Dominis Cardinalibus, corporaliter tangentes ſacram ſcripturam, ſic iurauerunt, nobis, quatuor notariis & teſtibus infraſcriptis videntibus, audientibus, & intelligentibus: quo iuramento per ſingulos præfatos Reuerendiſſimos dominos Cardinales præſtito, de mandato eorumdem Reuerendiſſimorum Dominorum Cardinalium, receſſimus de dicta capella, & modico interuallo videlicet vnius horæ vel circa intermiſſo, fuimus rurſus ad dictam capellam vocati: in qua reperimus reuerendiſſimum dominum Iulianum olim Eſpicopum Hoſtienſem, Cardinalem ſancti Petri ad vincula, qui paulo ante ſederat in ordine Cardinalium ſecundus, ſedere ad quandam tabulam, tanquam Papam; iam enim fuerat electus Papa nobis abſentibus, & elegerat ſeu aſſumpſerat ſibi nomen Iulius Papa II. cui ego porrexi dictos duos quaterniones, publica & priuata capitula continentes, quos ſanctitas ſua manu propria ſubſcripſit & ſignauit: & dum ipſe Pontifex dicta capitula ſubſcriberet, reuerendiſſimus dominus R. ſancti Georgi ad velum aureum, Diaconus Cardinalis S. R. E. Camerarius præfatus, ibi aſtans alta & intelligibili voce dixit. Et ego tanquam Camerarius ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, requiro vos notarios, & quemlibet veſtrum ac teſtes rogatos, quod ſanctiſſimus dominus noſter Dominus Iulius Papa ſecundus, ſubſcribat tanquam Pa-

pa dicta Capitula publica & priuata, quæ paulo ante inter nos omnes Cardinales primò fuerunt ordinata, deinde iurata. Tenor vero omnium & singulorum Capitulorum publicorum, de quibus supra fit mentio, sequitur & est talis.

INFRA SCRIPTA SVNT CAPItula publica, inter summum Pontificem futurum, & reuerendissimos dominos Cardinales, vnanimiter & concorditer ordinata, pro defensione fidei, libertate, reformationéque Ecclesiæ in capite & in membris B.



Os omnes & singuli S. R. E. Cardinales infra scripti, pro bono & fœlici regimine, atque conseruatione status vniuersalis Ecclesiæ, iuramus & vouemus Deo omnipotenti, & sanctis Apostolis Petro & Paulo, atque omnibus sanctis Ecclesiæ suæ sanctæ, promittimus: quod si aliquis ex nobis electus fuerit in Papã, statim post electionem de se celebratam, iurabit & vouebit purè & simpliciter, & bona fide, seruare & seruari facere, ac adimplere cum effectu, omnia & singula infrascripta capitula, necnon facere rogari, tres notarios de eisdémque capitulis, dare cedulas eorum, & publicas bullas, prout in capitulis priuatis est expressum B.

In primis iurabit & promittet, quod adueniente casu necessitatis subueniendi fidelibus Christianis, &c. vbi sequuntur multa probata capitula: quæ cum ad pręsentem materiam non attineant, breuitatis causa omit-

tuntur, deinde ſubditur.

Item, quod nulli Regi, principi, aut domino, aut communitati non ſubditæ, mouebit guerras, aut cum eis ligam faciet, ad inferendum alicui guerram, ſine conſenſu expreſſo duarum ex tribus partium dominorum Cardinalium, præſtando per Ballotas, vt infra B.

Item, promittet & iurabit ſeruare, quod cauſas conſiſtoriales, abſque voto maioris partis præfatorum dominorum Cardinalium non expediet, & quod in cauſis maioribus, ſignanter in creatione Cardinalium, & proceſſu faciendo contra eos, in priuationibus, vel translationibus Epiſcoporum, ipſis inuitis, in conſtitutione legatorum de latere, & Capitanei generalis ac Gonfalonerij Romanæ Eccleſiæ, & reductione cenſuum eiuſdem, in liga, pace, & bello, extra terras Eccleſiæ, & nouorum officiorum inſtitutione, generali quoque impoſitione decimarum, ſuffragia, & vota Cardinalium dari debeant per ballotas albas & nigras: aliter facta in contrarium ipſo iure ſint nulla, & habeantur pro infectis. Liceat tamen cuilibet Cardinali perſuadere ſeu harengare, quod ſibi melius videbitur, votum tamen non niſi per ballotas datum intelligatur. B.

Item, promittet & iurabit, quod Cardinalibus per eum creandis (exiſtente numero viginti Cardinalium antiquorum) non aperiet os in tribus cauſis, videlicet in creatione aliorum Cardinalium, alienatione ſeu infeudatione terrarum Eccleſiæ, & in non obſeruatione horum capitulorum. Si vero infra numerum viginti Cardinales antiquiores exiſtant, tunc Cardinales per eum creandi, vſque ad impletionem dicti numeri, ſecundum tempus ſuæ creationis inter cæteros antiquos Cardina-

les, ad dicta suffragia admittantur: in quibus tunc eis os apertum esse declarabit. B.

Item, quia ad pacem Christianorum & Ecclesiæ reformationem ac reductionem multarum exactionum; expeditionem quoque contra infideles, plurimum conuenit generale concilium celerius congregari: promittet, iurabit, & vouebit intra biennium, à creatione sua, illud indicere & cum effectu incipere, in loco libero & tuto determinando per eum, & duas patres reuerendissimorum dominorum Cardinalium per ballotas nisi euidentissimum impedimentum obstiterit, quod à duabus partibus dominorum Cardinalium per suffragia ballotarum iudicetur. B.

Item, quod Cardinales per eum creandi præsentes in curia, teneantur iurare huiusmodi capitula, alias non admittantur ad participia capelli, nec ad alios honores & priuilegia Cardinalium. B.

Item, quod omnia & singula ratificabit & approbabit ante publicationem electionis suæ, mediante promissione, voto, & iuramento suo, ac subscriptione sua in hanc formam scilicet,

Ego. N. electus in summum Pontificem, promissa omnia & singula promitto, voueo, & iuro obseruare, adimplere, in omnibus & per omnia, purè, simpliciter, & bona fide, realiter, & cum effectu periurij & anathematis: à quibus, nec me ipsum absoluam: nec absolutionem alicui committam ita me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia: Et similiter etiam iurabit aliis modis & formis infrascriptis B.

VOTVM

VOTVM ET IVRAMENTVM facta à Cardinalibus super præmissis.

NOs omnes & singuli sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, congregati Romæ in palatio Apostolico, pro electione Romani Pontificis futuri in conclaui ante altare: in quo Missa communis celebrari consueuit, supra dicta capitula inter nos vnanimiter & concorditer ordinata, *pro defensione Catholicæ fidei, & erectione Ecclesiasticæ libertatis, pro reformatione Ecclesiæ in capite & in membris, ac vinculo charitatis & pacis inter summum Pontificem & fratres eius* S.R.E. Cardinales confirmando, vouemus Deo & eius matri Mariæ virgini gloriosæ, & beatis Apostolis Petro & Paulo, totique cœlesti Curiæ, Iurantes ad sancta Dei Euangelia corporaliter per nos tacta, & alter alteri, ac etiam notariis publicis infrascriptis, tanquam personis legitimis, nomine sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac sacri Collegij nostri, ac omnium quorum interest stipulantibus, quod quicumque nostrum qui fuerit assumptus ad apicem Apostolatus, omni dolo, fraude, & machinatione cessantibus, & omni prorsus exceptione semota seruabit, & adimplebit omnia, & singula, in dictis capitulis contenta: nec illis, aut eorum alicui contraueniet directè, vel indirectè, publicè vel occultè: quodque post electionem, aut ante publicationem, omnia & singula prædicta confirmabit & approbabit authentico modo, & de nouo puram promissionem faciet, etiam per viam con-

tractus, in omnibus & per omnia, coram omnibus nobis,& notariis, ac testibus cum subscriptione manus propriæ: *Simili voto, iuramento, obligatione, & stipulatione, promittet ipse qui ex nobis electus fuerit, à prædictis promissione, voto, & obligatione, & iuramenti præstatione, & eius obseruatione, ac omnibus & singulis in dictis Capitulis contentis, absolutionem non petere, nec sibi concedi facere, aut concessa vti, nec ipsa potestate per ipsum eligendum alteri data, se faciet absolui seu, etiam secum in aliquo dispensari. Quod si forsan (quod absit) aliquis nostrum ad Pontificatum electus, vt præfertur, prædictis aut prædictorum alicui contraueniat, tanquam transgressor voti, ac fidei præstitæ, ac periurus, tanquam etiam perturbator, & scandalizator Ecclesiæ, & totius Christianitatis habeatur, & reputetur: & ex nunc, dat & concedit facultatem & potestatem duabus partibus Collegij, congregandi Concilium generale; cuius sententiæ (in incursu pœnarum supradictarum, & aliarum de iure) propter prædictorum publicam, & libertatem sacri Collegij respicientium transgressionem infligendarum, se subijcit & submittit.* Et insuper, nos omnes Cardinales promittimus & iuramus ac vouemus si in aliquibus ex supradictis publicam vtilitatem tangentibus, & libertatem sacri Collegij consenserimus, futuro Pontifici volenti in aliquo illis contrauenire (nisi de consensu spontaneo, & libero duarum partium, ex nobis per Ballotas determinando) fructibus & emolumentis Capelli & aliorum fructuum Ecclesiarum, monasteriorum, & beneficiorum nostrorum priuati censeamur, non expectata alia sententiâ; qui fructus Capelli, retineantur per Camerarium sacri Collegij, & accrescant aliis Cardinalibus obseruantibus iure ipso B.

Item, quod de omnibus rogetur notarius, qui stipu-

let omnia & singula capitula, nomine S.R.E. & sacri Collegij Cardinalium; & de eis instrumentum facere, & publicare teneatur, schedulaque præsens, vel schedulæ similes fiendę, subscriptione & sigillo annulari futuri Pontificis muniendæ, habeant vim bullæ in casu, quo ad triduum post coronationem suam non dederit sacro Collegio sex bullas, secundum tenorem suprascriptorum Capitulorum, prout in capitulo primo continetur. B.

Quæ quidem Capitula, omissis hic subscriptionibus reuerendissimorum dominorum Cardinalium, qui in dicto conclaui interfuerunt, & illa subscripserunt, per sanctissimum in Christo patrem & dominum nostrum, dominum Iulium II. electum in summum Pontificem, manu propria subscripta fuerunt, sub his verbis,

---

SVBSCRIPTIO, VOTVM, ET iuramentum domini Julij Papæ II. circa præmissa,

Ego Julius II. electus in summum Pontificem, præmissa omnia & singula, promitto, iuro, & voueo obseruare, & adimplere in omnibus, & per omnia, purè & simpliciter, & bona fide, realiter, & cum effectu, & sub pœna periurij & Anathematis, à quibus nec me ipsum absoluam, nec alicui absolutionem committam, ita me Deus adiuuet & hæc sancta Dei Euangelia.


Cta fuerunt hæc Romæ, in palatio & Capella, anno, indictione, mense, die, & hora suprascriptis: præsentibus ibidem reuerendo in Christo patre Domino Ventura Episcopo Massan. Sacrista dictæ ca-

pellæ, ac egregiis viris, dominis Paulo de Planca, Iustino de Carosis, Alphonso Ricenate Aduocatis consistorialibus, & Dionęo de Marano, scriptore literarum Apostolicarum testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Et ego Ioannes Burchardus, Decanus Basiliensis, sedis Apostolicæ protonotarius, & Clericus Ceremoniarum Capellę, ac pręmissis omnibus & singulis, dum sic vt præmittitur fierēt & agerentur, vna cum prænominatis Notariis & testibus, præsens interfui: ac ea omnia & singula sic fieri vidi, & audiui. Et ideo hoc publicum instrumentum, manu alterius fideliter scriptum, exinde confeci, subscripsi, publicaui, & in hanc publicam formam redegi, ac signo & nomine meis solitis & consuetis signaui, in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum rogatus & requisitus.

INCIPIT CONVOCATIO CONcilij Pisani, sub Domino Iulio II. Pontifice Maximo.



IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, patris & filij & spiritus sancti Amen.

Nouerint vniuersi & singuli, præsentes lecturi visuri pariter & audituri, quod anno à natiuitate Domini M.D.XI. indictione XIIII. die Veneris XVI. mensis Maij, Pontificatus vero sanctissimi domini nostri Domini Iulij diuina prouidentia Papæ II. anno VIII. co-

ram nobis notariis ac testibus infrascriptis Mediolani in domo residentiæ reuerendissimi domini Cardinalis Narbon. In regione portæ Ticinensis, parochiæ san-Georgij in palatio, post missam spiritussancti, inpræsentia reuerendissimi domini B. Episcopi Sabinensis Cardinalis sanctæ Crucis. G. Episcopi Prænestini præfati Cardinalis Narbon. & F. Cusentini tit. sanctorum Nerei & Archillei Presbyteri Card. constituti, nobiles viri domini Comes Hieronymus Nogarolus, Antonius de Capitibus vaccæ, & Ludouicus Faella, omnes equites, & sacratissimi ac serenissimi Domini Maximiliani Ro. E. Imperatoris semper Augusti Consiliarij, & ad infrascripta Procuratores & Procuratoriis nominibus: necnon spectabiles Iurisconsulti domini Io. Biragus, Franciscus de Vaccis, & Baltasar Platus Christianissimi ac serenissimi domini Ludouici Francorum Regis ac Ducis Mediolani similiter procuratores, & procuratoriis nominibus, duo mandata præfatorum principum suorum: & primo procuratores Cæsarei præfati suum præsentarunt in publica & authentica forma sigilli Imperialis appensione munitum, tenoris infrascripti.

EDICTVM MAXIMILIANI *Imperatoris.*


AXIMILIANVS, diuina fauente clementia electus Rom. Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Dalmaciæ, Croaciæ, &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Braban-

tiæ,&c. Comes Palatinus, &c. Conſpicientes immenſas calamitates quas vniuerſa reſpublica Christiana & ipſa noſtra ſancta mater Eccleſia vbique patitur, ex quo & decrementum orthodoxæ fidei, & incrementum omnium malorum ſubſequitur, & in dies maior confuſio in omnibus rebus ac bella inteſtina inter Chriſtianos oriuntur, & effuſio ſanguinis Chriſtiani, ad quæ cum non videamus aliud remedium, quam quod iuxta ſanctorum patrum inſtituta, Concilium & congregatio vniuerſalis fierent, vt ibidem communi Concilio poſſit omnibus commode prouideri: expectantes igitur dictum Concilium debere indici & conuocari per beatitudinem Pontificis, & reuerendiſſimorum dominorum S. R. E. Cardinalium, ac alios prælatos, iuxta ordinationem Concilij Conſtantienſ. & votum ac debitum eorumdem, ceſſantibus ipſis (ne & nos ab omnipotenti Deo negligentiæ redarguamur) noluimus nos ceſſare: quum illis negligentibus, nos tanquam Imperator & eiuſdem ſanctę matris Eccleſię aduocatus & protector, & quantum in nobis eſt ſubuenire his tantis neceſſitatibus teneamur. Ideo obuiare tot inconuenientibus, ſicut tenemur, cupientes etiam ſanctæ matri Eccleſiæ opem ferre, confiſi de fide, prudentia, dexteritate, & rerum gerendarum experientia magnificorum & honorabilium Don Ferdinandi Tochi ex deſpotibus Artha: & Cephaleæ, Mathæi Kuen Vicecancellarij in Iſpurgk Viti de Furſt Comitis, Hieronymi Nogaroli, Antonij de capitibus Vaccæ, & Ludouici Faelæ Conſiliariorum fidelium nobis dilectorum, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac animo deliberato, & omni meliori modo, via, iure, forma, & cauſa, quibus melius

possumus, & debemus, ipsos omnes & partem eorum & quemlibet ex eis insolidum, constituimus, fecimus, creauimus, & nominauimus, ac tenore præsentium constituimus, facimus, creamus, ordinamus, & nominamus nuncios nostros, & negotiorum infrascriptorum gestores generales: ac procuratores speciales ita tamen, quod generalitas specialitati non deroget, nec è conuerso, & quod vnus ipsorum inceperit alter eorum prosequi, mediare, & finire valeat, & quod non sit melior conditio primitus occupantis: nec deterior subsequentis, spiritualiter & expresse, ad requirendum nostro nomine, & cum ea qua decet reuerentia instandum, & procurandum apud beatitudinem Pontificis, & R. D. Cardinales vt sua Sanctitas, de illorum consilio, conuocare & indicere velit Concilium generale vniuersalis Ecclesiæ, in loco conuenienti & tuto: ac intra breuius tempus, quod fieri possit, iuxta constitutionem Concilij Constantiens. spiritualis iuramenti, & voti suæ Sanctitatis: & beatitudine sua id negligente, vel tardante, item apud R. Dominos Card. instare, vt ipsi hoc Concilium conuocent & indicent: & casu, quo eadem beatitudo Pontificis, & R. Domini Card. dictum Concilium congregare recusarent, vel differrent, aut locum tutum & conuenientem non assignarent, ad faciendum protestationes notorias, & conuocationem aut indictionem generalis Concilij, simul cum procuratoribus, vel procuratore serenissimi Principis Domini Ludouici Francorum Regis consanguinei, & fratris nostri charissimi, & reliquorum qui huic intimationi adhærere voluerint: dãtes & concedentes eisdem procuratoribus nostris, quod si cõstaret eis de non

tuto accessu vel alias legitimè suspicarentur de personali eorum comparitione coram Beatitudine sua, & R. D. Card. talem actum possint, per Edictũ, vel affixionem in aliquo loco conuenienti facere, ita quod verissimiliter possit peruenire ad notitiam suæ Sanctitatis, & ipsorum R.D. Cardinalium & cæterorum, etiam hoc omni meliori forma, viâ & modo possibilibus, supplentes omnes & singulos defectus tam iuris quàm facti, qui in præmissis aliquo modo interuenire potuerunt, promittentes quoque, quod nos omnia & singula acta, tractata, & gesta, per dictos Procuratores nostros, vel partem eorum, aut vnum ex eis, rata, grata, & firma tenebimus, & seruabimus, harum testimonio literarum sigilli nostri appensione munitarum. Datum in oppido nostro Triburgi, die XVI. mensis Ianuarij, Anno domini millesimo quingentesimo vndecimo, Regnorum nostrorum Ro. XXV. Hungariæ vero XXI.

Ad mandatum Cæsareæ Maiestatis proprium.

Quo lecto, Procuratores Christianissimi Regis Francorum, similiter mandatum suum legendum exhibuerunt, in authentica forma & sigillo regali munitum, tenoris infrascripti.

EDICTUM REGIS GALLIARUM.



VDOVICUS Dei gratia Francorum Rex, Dux Mediolani &c. Notum facimus omnibus & singulis præsentibus & futuris, quod cum maiores nostri semper non solum fautores & auxiliatores, verùm

rùm & peruigiles propugnatores & defenſores acerrimi ac conſtantiſſimi Chriſtianæ fidei & S.R.E. In arduis quibuſcumque extiterint, nullis parcendo laboribus & periculis: nos veſtigiis maiorum noſtrorum inhærentes, & conſiderantes quantam reipublicæ Chriſtianæ vtilitatem generalia Concilia attulerint, quantumque detrimenti ex eorum intermiſsione vniuerſalis Eccleſia acceperit: quodque in præſentia magna adeſt neceſſitas ipſius Concilij generalis vniuerſalis Eccleſiæ congregandi, pro extirpatione hæreſeum, ſchiſmatum, ac diuiſionum in diuerſis mundi partibus, ac pro reformatione morum Eccleſiæ; & nimium ſcandalizantium notoriorum continuorum & incorrigibilium tam in capite quam in membris criminum euerſione; pro pace Chriſtianorum ſtabilienda, & bello contra infideles procurando. Quumque tempus decẽnij poſt vltimum vniuerſale Concilium iamdudũ ſit effluxum, & ſaluberrima decretali conſtitutione Eccleſiæ, in ſacratiſsimo Conſtantienſi Concilio edita, quæ incipit, *Frequens*, ſingulis decenniis vniuerſale Concilium ſit congregandum, quod vnicum remedium, ab vniuerſali Eccleſia inuentum, & ſancitum eſt, pro medela omnium morborum Eccleſiæ, & ſummus Ro. Pontifex cui primo curæ eſſe deberet, illud conuocare hoc tanto tempore neglexerit, (maxime cum iurauerit & vouerit poſt biennium à creatione ſua illud tenere) & non ſolum negligens, ſed & voti & iuramenti huius transgreſſor, illud non tenuerit, tempuſque interpellet pro homine, & nunquam ſua auctoritate aut voluntate futurum Concilium credatur celebrandum: cumque de eius criminibus notoriis, vniuerſam Eccleſiam ſcandalizantibus, &

de quibus est incorrigibilis etiam agatur, iuxtaque Canonicas sanctiones, & sacri Basiliensis decreta Concilij, ad eum hoc casu conuocatio Concilij non attineat, diuisumque etiam sit R. D. Cardinalium Collegium, & hi qui cum S.D.N. moram trahunt, vel quia non sunt liberi, aut alia ex causa, non existimentur conuocationi huiusmodi velle assistere: pluresque R.D. Cardinales, qui à Curia Romana legitimis ex causis sunt absentes, & in Mediolano congregati huiusmodi congregationem Concilij efflagitent, & enixe deposcant: nos pro debito quo obligamur Christo domino Redemptori nostro, sponte ex nostra certa scientia, animoque deliberato, omnibus melioribus, iure, viâ, modo, causâ, & formâ, quibus melius & efficacius possumus & debemus, dilectos nostros Magistrum Ioannem de Birago iuris vtriusque doctorem, ac procuratorem nostrum fiscalem in ducatu nostro Mediolani: & Balthasarem Platum pariter procuratorem nostrum fiscalem: necnon magistrum Franciscum de Vaccis Aduocatum nostrum, omnes doctores & Consiliarios nostros, constituimus, creamus, & soléniter ordinamus indubitatos procuratores nostros generales, & nuncios speciales, & eorum quemlibet in solidum, absentes tanquam præsentes; ita tamen quod specialitas generalitati non deroget, nec è conuerso, & quod vnus eorum inceperit, alter ipsorum mediare, prosequi, atque terminare, & ad effectum perducere valeat & finire, ita quod non sit melior conditio primitus occupantis, nec deterior subsequentis; ad nomine nostro tantum, seu vna cum charissimo fratre nostro Maximiliano sacratissimo Ro. Imperatore electo, necnon cum R. D. Cardinalibus. Multis in Lombardia degentibus,

aut cum aliis principibus, Cardinalibus, & prælatis, qui in hac conuocatione nobiſcum adhærere voluerint, aut altero ex ipſis per ſe, ſeu ſimul, coniunctim vel diuiſim; & prout meliùs, decentiùs, & conuenientiùs fore videbitur indicendum, ſeu conuocandum generale Concilium, ſeu aſſiſtendum illi, ſeu illis, & cuilibet ſupradictorum, qui illud indicendum & conuocandum eſſe exiſtimauerint, ſeu procurauerint, in loco tuto, & honeſto, anno, menſe, & die quibus videbitur, ſicut præfatis noſtris Procuratoribus, ſeu eorum alteri, aut ipſi ſacratiſſimo Imperatori fratri noſtro, ſeu dictis R. Cardinalibus, eorum cuilibet, qui Concilium ipſum conuocandum procurauerit, melius videbitur: necnon per ſe ſimul, vel diuiſim & vt ſupra ad intimandum, notificandum, & inſinuandum eiuſmodi deliberationem, ipſi S. D. N. Ipſumque monendum, hortandum, & rogandum, & eidem humiliter ſupplicandum, quatenus in dicto loco, vt ſupra eligendo, tempore, anno, & menſe quibus ſupra, ipſi Concilio per ſe, ſeu legatos ſuos ſpeciales, intereſſe, & cum eis dominis Principibus, Cardinalibus, & Prælatis quibus ipſa deliberatio Intimabitur, conuenire velit: necnon admonendum & hortandum R. D. Cardin. Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, ac principes vniuerſalis Eccleſiæ, ac omnes habentes facultatem conſulendi, & definiendi in Conciliis generalibus, & venire ſolitos, & obligatos ad vniuerſale Concilium per ſe, aut per ſolemnes oratores, ſeu Procuratores (ſi perſonaliter intereſſe non poterint) ad Concilium ipſum, loco & tempore quibus ſupra, accedant; procuraturi quantum in eiſ eſt honorem Dei, Eccleſiæ ſplendorem, pacem Chriſtianorum, & bellum

contra infideles, necnon coniunctim vel diuisim monendum, hortandum, & requirendum S.D.N. & R.D. Cardinales, vt à tribus, quæ maxime possent congregationem huiusmodi impedire dignetur abstinere, videlicet à creatione nouorum Cardinalium, & à publicatione creatorum (si qui sunt creati) & processu contra antiquos Cardinales ex iustis causis absentes, aliosque prælatos, & personas Ecclesiasticas, quæ ad ipsum Concilium accesserint, seu accedere voluerint, & ab impediendo congregationem huiusmodi Concilij, directè vel indirectè, palam vel occultè, quouis quæsito colore, & ab alienatione feudorum & terrarum S. R. E. alioquin protestandum de nullitate actus, & quod nos processum seu processus contra memoratos, seu eorum alterum factos, seu per eum, aut mandato suo faciendos (quod non credimus) alienationem terrarum & feudorum huiusmodi, ac creationem Cardinalium, si quam forte fieri contingeret, creatorumque si qui sunt publicationem, pro nulla, & nullis haberi ac nullius valoris roboris, ac momenti esse existimabimus, ac per Concilium ipsum seu futurum Rom. Pontificem, annullari, cassari, & irritari procurabimus: & quia tutum non esset ipsis oratoribus, Nũciis, & Procuratoribus, dictam protestationem, intimationem, & conuocationem in pręsentia S.D.N. facere, quia S. R. E. Cardinales, confratres suos, carceribus mancipare, Oratoresque principum Christianorum, vi capere, & funis ictibus torquere, carceribus, aliisque tormentis macerare non erubescit; ideo decreuimus, per affixionem monitionis huiusmodi (quam ipsi Procuratores nostri facere duxerint) in valuis aliquarum Ecclesiarum, & aliis locis propinquis, ex qui-

bus verissimiliter ad notitiam Sanctitatis suæ, & R. D. Cardinalium, & aliorum Prælatorum, venire poterit (quam vim publici edicti habere decernimus) eos perinde arctari, & ad veniendum obligatos esse, ac si personaliter fuisset illis intimata, ac exhibita ipsa monitio: cum non sit verissimile ipsis fore incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur. Vnum quoque vel plures Procuratorem seu Procuratores, loco ipsius & cuiuslibet ipsorum, cum simili aut limitata potestate substituendum, eosque reuocandum, & onus Procurationis eiusmodi, se reassumendum toties quoties opus fuerit, & ipsis vel eorum alteri videbitur expedire (præsenti procuratorio nihilominus in suo robore duraturo) & generaliter ad faciendum, dicendum, agendum, gerendum & procurandum omnia & singula, quæ in præmissis & circa ea necessaria fuerint, seu quomodolibet oportuna, & quæ nos ipsi facere possemus, si præmissis & cuilibet præmissorum præsentes personaliter essemus, etiamsi mandatum exigeretur magis speciale &c. ac quorumdam verbo ad verbum expressa, & indiuidua hic esset facienda mentio specialis. Promittentes in verbo regio, nos rata & firma habituros omnia & singula, quæ in prędictis & eorum circumstantiis ac dependentiis, per præfatos nostros Procuratores, & Oratores, & eorũ quemlibet acta, gesta, & facta fuerint. In quorum fidem & testimonium, has præsentes manu nostra propria subscripsimus, & sigilli nostri appensione muniri fecimus. Datum Blesis, die XV. mensis Febuarij, Anno à natiuitate Domini M.D.XI. regni vero nostri decimo tertio. LOYS. Per Regem Mediolani Ducem.

COTEREAV.

Quibus mandatis lectis, videntes R. Domini Cardinales præfati, vtriusque Principis Procuratores, ad ea quę in mandatis continebantur exequenda, sufficienti facultate munitos, petierunt primo à Procuratoribus Cæsareis prænominatis vt vellent ore tenus sacratissimi domini Cæsaris mentem super hoc & mandata ipsis à Maiestate sua Cæs. tradita aperire. Tunc assurgens nobilis dominus Comes Hieronymus Nogarolus, petita à reuerendissimis dominis Cardinalibus præfatis & Collegis suis, quorum etiam nomine loquebatur licentiâ, hæc vel similia verba proposuit videlicet, *Quod cum sacratissimo domino suo non esset aliqua spes per medium summi moderni Pontificis, nec R. D. S.R.E. Cardinalium apud Sanctitatem suam moram trahentium, debere congregari generale Concilium vniuersalis Ecclesiæ, pro pace Christianorum, bello contra infideles, & reformatione morum Ecclesiæ & extirpatione hæreseum, ac errorum: nec eis etiam esset tutum hoc in præsentia à summo Pontifice exquirere, ideo videntes Ecclesiæ maximam necessitatem, & memores præcepti Concilij Constantiensis, de tenendo generali Concilio singulis decenniis, recurrebant ad ipsos dominos Card. in insubria congregatos, quos intelligebant zelo Dei & Ecclesiæ sanctæ feruentes, desiderantesque restitutionem pristini splendoris ipsius, & vt iuxta antiqua tempora & consuetudinem superiorum patrum, ad medicinam omnium morborum Ecclesiæ, & orbis deueniatur (generale videlicet Cōcilium) Idcirco quantum melius iure poterant, & debebant, requirebant eorū D.R. & alios S.R.E. Car. quos intelligebant in hac causa eis adhærentes, vt dignarentur intendere conuocationi & congregationi generalis Concilij vniuersalis Ecclesiæ, in quo, vt & officio quo Ecclesiæ tenerentur satisfacerent, &*

ſacratiſſimo D. Cæſari, ac Chriſtianiſſimo Regi Francorum chariſſimo fratri eius maxime complacerent, ipſi quoque parati erant ſimiliter cum eis, prout iure melius poterant, conuocationem etiam huiuſmodi Concilij facere, & intimare, & de hoc requirebant notarios & teſtes præſentes de teſtimonio, & inſtrumentis, &c.

Expoſito hoc maieſtatis Cæſ. ſanctiſſimo propoſito, ſpectabilis iuriſconſultus dominus Io. Biragus, Chriſtianiſſimi D. Ludouici Regis Francorum Procurator nomine ſuo, & Collegarum, accepta à reuerendiſſimis dominis Cardinalibus dicendi licentiâ, hæc vel ſimilia verba propoſuit: *quod in exponenda principis ſui Chriſtianiſſimi mente, & commiſſionibus eis verbis & ſententiis vtebatur quibus vſus eſt Procurator prænominatus Cæſareus, quorum repetitio quia futura eſſet tædioſa, propter breuitatem omittebatur. Vnde ſolummodo dixit Chriſtianiſſimum dominum Regem motum cauſis eiſdem quibus ſacratiſſimus dominus Cæſar mouebatur, eiuſdemque eſſe, cum maieſtate ſua Cæſarea, in conuocatione hac ſancta, & notoria Concilij generalis vniuerſalis Eccleſiæ, propoſiti: & propterea hortabatur & requirebat D. Card. Reuerendiſſimos, vt vellent huiuſmodi conuocationi pro definitione cauſarum à Procuratore Cæſareo nominatarum intendere, quam conuocationem ipſe etiam erat cum D. ipſis reuerendiſſ. & ſacratiſſimo domino Cæſare, prout iure melius poterat facturus, & intimaturus.*

Tunc R. D. Cardinales præfatau dita conformitate horum principum Chriſtianitatiis circa ſanctiſſimum hoc propoſitum concurrentium expetentes ſimilem aliorum eſſe mentem, & timentes in dilatione aliquod periculum, modicum ad partem ſecedentes, eadem ho-

ra per organum Reuerendiss. Domini B. Cardinalis sanctæ Crucis responderunt præfatis vtriusque principis Procuratoribus, habentes gratias Deo omnipotenti, quod tam firmum & generosum animum inspirauerit sacratissimo domino Max. E. Ro. Imperatori, semper Augusto; & Christianissimo domino Ludouico Regi Francorum, & eundem sperabant aliis Christianis Principibus inspirari, & communicari debere: & ipsismet principibus agebant gratias ingentes, quod memores essent officij sui, & conseruationis, ac splendoris Ecclesiæ.

Ad hunc tamen actum conuocationis Concilij, pro quo potissimum ad insubriam secesserant, tria petebant à suis nobilitatibus & magnificentiis, vt ea procuratorio nomine suorum principum promitterent seruare, & realiter tenere.

Primò, quod promitterent nomine Imperatoris & Regis, in euentum conuocationis Concilij generalis, quod eorum Maiestates realiter & cum effectu erunt fautores dicti Concilij, & membrorum eiusdem: & cum omnibus viribus eos iuuabunt, & custodient, vsque ad vltimam Concilij definitionem.

Secundò, quod nunquam erunt in voto nec consentient aliorum sententiæ, in dissolutione aut translatione dicti Concilij, sine consensu maioris partis congregandorum in eo.

Tertiò, quod procurabunt quantum in eis erit, dictum Concilium esse liberum, tutum, & securum, & ad nullius confusionem (nisi secundum iustitiæ terminos) & quod in eo teneatur forma Concilij Constantiensis. Et quamuis ipsi domini Cardinales à principibus ipsis plura

plura essent petituri, pro directione dicti Concilij, quia tamen ad illa non videbatur mandatum oratorum se extendere, petebant solum hæc tria, sine quibus & oratorum requisitio, & Cardinalium conuocatio, irrita videretur.

Tunc domini Commissarij, & Procuratores Cæsarei, & Regij, responderunt se verè intellexisse mentem sacratissimi Cæsaris, & Christianissimi Regis, esse inclinatissimam ad veram vniuersalis Ecclesiæ directionem, in dicto Concilio, & cum ista tria sint annexa, & necessaria eorum menti & effectui, & comprehendantur sub requisitione & mandatis eorumdem, ideo pure, realiter, & bona fide, nomine & auctoritate dominorum suorum principalium præfatorum, ista tria suntp ollici-ti, & promiserunt in verbo fidei & veritatis, Principum eorumdem.

Deinde, Reuerendiss. domini Cardin. habita promissione ista, modicum secedentes, communicato consilio, ne incurrerent maledictum illius qui opus Dei tractat negligenter, per organum Reuerendissimi Domini B. Episcopi Sabinens. Cardinalis Sanctæ Crucis, Patriarchæ Hierosolymitani, accepto themate.

CONFIRMA hoc Deus quod operatus es in nobis, à templo sancto tuo, quod est in Hierusalem, tibi offerent reges munera: Psal. LXVII. vbi notata inspiratione ipsorum dominorum Cardinalium, & Principum, circa splendorem & directionem Ecclesiæ, quæ inspiratio effectiuè à triumphante Hierusalem dependebat, & obiectiue militantem respiciebat, & cum factores operum semper illa ament, & conseruari ac confirmari procurent, credebat hoc diuinum opus à Domino cōfirmandum, à quo

mirabiliter procedebat, & tantæ Maiestatis & vtilitatis erat: & hoc continebat prima pars illius versiculi (orationem videlicet pro cõfirmatione istius sanctissimæ inspirationis, pro qua nomine vniuersalis Ecclesiæ cũ Dauid ab omnibus esset orandum) & in secunda parte versiculi, pro isto diuino opere, notabatur gratiarum actio, quę fiebat cum omni genere munerum, & signanter per Principes Ecclesiæ, & orbis: quorum potissima cura esse debet ista publica & diuina (tanquam Deo propinquiores, & immediatores) curare, & nullum maius munus esse poterat offerendum Deo, quàm ista fides, & deuotio principum & ipsorum Reuerendiss. D. Cardinalium, qui reiectis multis promissionibus, spretisque multis minis, & periculis postpositis, tam feruenter, tam solidè, hanc Dei inspirationem suis actionibus adiuuabant.

Inuocato igitur nomine Dei omnipotentis, ista inspirantis, cum auxilio sancti spiritus, quem Dominus promisit Ecclesiæ assistentem, visis prius mandatis infrascriptorum aliorum reuerendiss. D. Cardinalium, ad conuocationem Concilij generalis vniuersalis Ecclesiæ, sub vna schedula, quam exhibuerunt, suis & nomine omnium Cardinalium, quorum habentur mandata, aliorumque D. Cardinalium, & aliorum adhærere volentium, deuenerunt sub his verbis videlicet.

CONVOCATIO GENERALIS CONCILij ex parte Cardinalium, quæ vna cum sequenti conuocatione principum (vt præhabita diligenti informatione ex authenticis relationibus probatum est, & notorium existit) per omnes quatuor nationes diuulgata & publicata fuit.



ENORE præsentis schedulæ aut instrumenti, cunctis pateat euidenter, & sit notum, quod anno à natiuitate Domini M.D.XI. Indictione quartadecima, die vero Veneris XVI. mensis Maij, Pontificatus sanctissimi domini nostri Domini Iulij, diuina prouidentia Papæ II. anno octauo: Constituti coram nobis notariis publicis, & testibus infrascriptis, reuerendissimi in Christo patres & domini, Domini B. Episcopus Sabinens. & G. Episcopus Prænestinus & F. tt. Sanctorum Nerei & Achillei Cusentinus, S.R.E. Cardinales, suis nominibus, & pro sex aliis dominis Cardinal. sufficiens mandatum habentes, pro aliis eis adhærentibus, & adhærere volentibus dixerunt, & proposuerunt sequentia verba, videlicet quod considerantes quantam reipublicæ Christianæ vtilitatem Concilia generalia vniuersalis Ecclesiæ attulerint, quantumque detrimenti ex eorum intermissione Christiana resp. sit passa, cumque impræsentiarum conspiciant clare, magnam instare necessitatem vniuersalis Concilij congregandi pro vera pace Christianorum fundanda, & sufficienti bello contra infideles stabiliendo: necnon potissimè

pro reformatione morum vniuersalis Ecclesiæ in capite & in membris plurimum collapsorum, ac emendatione criminum grauissimorum notoriorum, continuorum, ac incorrigibilium vniuersalem Ecclesiam scandalizantium, quorum omnium Ecclesiæ morborum salutaris & vnica medicina congregatio vniuersalis Concilij semper fuit habita: quumque tempus decennij post vltimum vniuersale Concilium iamdudum sit effluxum, & saluberrima decretali Constantiensi constitutione edita, quæ incipit *Frequens*, singulis decenniis vniuersale Concilium congregari debeat, & sanctissimus dominus noster Dominus Iulius Papa II. cui primo curæ esse deberet illud conuocandi, tanto tempore hoc neglexerit, maximè cum vouerit & iurauerit post biennium à creatione sua illud tenere, & nedum negligens in præcepto Ecclesiæ, & Concilij, sed & voti, & iuramenti huiusmodi transgressor illud non tenuerit, tempusque interpellet pro homine, cumque nunquam sua authoritate aut voluntate futurum Concilium credatur celebrandum: & cum de grauibus Ecclesiæ scandalis in capite agendum sit, quo casu, iuxta patrum sanctiones, & ipsius sacri Constantiensis Concilij decreta, ad summum Pontificem congregatio Concilij non attinet: sed secundo loco, ad reuerendissimos D. Card. qui Pontifici, in eiusmodi sua negligentia non adhæserint: in similibus casibus, conuocatio Concilij spectat, non ad eos qui sunt participes continuæ negligentiæ eius: zelo domus Dei, quo nos maximè accendimur, post Missam sancti Spiritus inuocato, ac reformationem Ecclesiæ in capite & in membris vehementer efflagitantes, & deposcentes ex nostra certa scientia: & spontanea voluntate

quantum iure melius possumus, & debemus, nomine sacri R. D. Card. Collegij, quod in nobis repræsentatur, in hoc casu iure & etiam particulariter nomine nostro, & aliorum Cardinalium, quorum habemus mandata, & aliorum Card. & Prælatorum nobis adhærentium, & adhærere volentium: vna cum Consiliariis & Procuratoribus sacratissimi domini Maximiliani electi Ro. Imperatoris semper Augusti; & Christianissimi domini Ludouici Francorum Regis, Ducis Mediolani, cæterisque nobis in hoc adhærentibus, & adhærere volentibus, Concilium generale vniuersalis Ecclesiæ indicimus & conuocamus, & quantum in nobis est effectualiter congregari monemus, & hortamur futurum, in ciuitate Pisana, & inchoandum in Calendis Septemb. proximè futuri & ibi continuandum & terminandum, vsque ad definitionem superiorum causarum: nisi de consensu maioris partis congregandorum in Concilio aliqua legitima causa ad alium locum cõmodiorem transferendum sit. Quapropter cum omni reuerentia, humilitate, ac instantia, sanctissimum dominum nostrum Iulium Papam secundum supplicamus, & per viscera misericordiæ Dei nostri hortamur, ac requirimus, vt huic congregationi Concilij, pro dictis causis, assentire dignetur, & illud personaliter, vel per suos legatos honorare & confirmare: Similiter & R. D. S. R. E. Card. Patriarchas, Archiepis. Epis. Reges, Principes & Potentatus, ac communitates, & Collegia, vniuersitatesque studiorum generalium, ac Religionum generales, & magistros, necnon omnes alios Ecclesię Pręlatos, & in Cõciliis generalibus, auctoritatem definiendi aut consulendi habentes, & ad Cõcilium de iure aut cõsuetudine venire solitos, &

obligatos, conuocamus & requirimus: vt per ſe, vel ſolemnes oratores, vel Procuratores (ſi commodè, perſonaliter intereſſe non poterunt ad Concilium ipſum, loco & tempore quibus ſupra (accedere dignentur, procuraturi quantum in eis erit, vt Concilium ſit liberum, tutum & ſecurum, & in eo iuxta formam Conſtantienſis Synodi procedatur ad honorem Dei, & Eccleſiæ ſplendorem, pacem Chriſtianorum, & infidelium expugnationem, quod nos S.R.E. Cardinales pro viribus offerimus Deo & Eccleſiæ effectualiter procuraturos, & pro viribus facturos. Quare ſanctiſſimum dominum noſtrum, & Reuerendiſſimos dominos Cardinales, iuxta formam aliorum Conciliorum, enixè ſuplicamus & hortamur, vt à quatuor cauſis quæ maximè poſſent huiuſmodi ſanctam congregationem impedire, ex nunc abſtinere dignentur, videlicet à creatione nouorum Cardinalium & à publicatione creatorum (ſi qui forſan ſunt) & proceſſu contra antiquos Cardinales, alioſque prælatos, & perſonas ad Concilium ipſum accedere volentes, & illi prout decet conſentientes, necnon ab impediendo huiuſmodi conuocationem Concilij directe, vel indirecte, publicè vel occultè, quouis quæſito colore, & ab alienatione feudorum ſeu terrarum S.R.E. In quibus omnibus cauſis, cum omni humilitate proteſtamur de nullitate actus (niſi à Sanctiſſimo domino noſtro in dicto Concilio huiuſmodi fieri contingeret) & aliter facta vel facienda irrita haberi, ac per Concilium ſeu prout iuris fuit annullari, & caſſari debere proteſtamur & requirimus. Inſuper vos omnes R.D. Cardinales, & Prælatos, Principeſque, ac dominos temporales, & perſonas alias, cuiuſcumque ſtatus, gradus,

conditionis, vel præeminentiæ existant, hortamur, & monemus, quatenus huiusmodi bono proposito nostro annuere, oportunosque fauores præbere, & à quibuscumque molestationibus, & impedimentis, ac prohibitionibus, contra venientes & venire volentes, ad dictum generale Concilium, quomodocumque, & qualitercumque directe, vel indirecte, siue alio quouis quæsito colore, vel ingenio, publice vel occulte desistant, atque desistere velint & debeant; & ab omnibus censuris, cuiuscumque qualitatis (prætextu huiusmodi congregationis sacri Concilij) abstineant. Et si secus super his, à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter fieri vel attentari contigerit, protestamur de nullitate taliter gerendorum, & de omni remedio habendo, in dicto generali Concilio, vt talia irrita, & nulla declarentur, & de omnibus aliis remediis nobis competentibus, maximè ex forma dictæ Synodi Constantiensis, prout coram notabilibus personis, notariis, & testibus, etiam in scripturis pro nobis adhærentibus, ac volentibus adhærere protestati fuimus, & reclamauimus, prout etiam tenore præsentium protestamur, & prouocamus. Et quia tutum non est nobis dictam conuocationem Concilij, ac protestationem in præsentia sanctissimi domini nostri facere, qui S.R.E. Card. fratres suos & Ecclesiæ vniuersalis principes carceribus mancipari, & eis minari fecit, oratoresque principum contra ius gentium detineri: Ideo decreuimus per affixionem huiusmodi schedulæ, siue instrumenti conuocationis, monitionis, & protestationis, in valuis Ecclesiarum Mutinensis Rhegiens. & Parmens. (ex quibus verissimiliter ad notitiam sanctitatis suæ, & reuerentiam D. Cardinalium,

ac Principum Christianorum, & aliorum Prælatorum venire poterit (quamvim publici edicti habere petimus) perinde arctare ad veniendum ad Concilium supra requisitos, & monitos, ac si personaliter illis intimata fuisset ipsa conuocatio, monitio, & protestatio: cum non sit verissimile, ipsis fore incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Alioquin dictis Calendis Septembris aduenientibus, & etiam elapsis, in dicta Ciuitate Pisana, vel alio loco, in quo, vt præfertur, de consensu maioris partis congregandorum, transferri contigerit, ad celebrationem & perfectionem dicti generalis Concilij gradatim & successiue procedemus, & procedetur vnà cum illis reuerendiss. D. Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac dominis, aliisque vt supra citandis, qui nobiscum in dicto generali Concilio conuenerint, iuxta statuta & decreta in dicto Concilio Constantiensi: aliorum, sic vt supra requirendorum & citandorum absentiâ, seu negligentiâ, aut contumaciâ, in aliquo non obstante, eisque propter hoc vlteriùs non citatis vel monitis. De cuius præsentis instrumenti, huiusmodi conuocationem, monitionem, protestationem, & decreta in se continentis, in locis prædictis & aliis vbi expediens fuerit publicatione, præsentatione, & in valuis prædictis affixione, & dimissione cuilibet huius instrumenti latori, nuncio, in hac parte nostro, cum iuramento aut instrumento publico, manu notarij publici confecto, plenam dabimus fidem. Quia vero fidelibus, non est tam de solicita intentione quacumque fidendum, quàm de instantia orationis humilis & deuotæ sperandum: *cum non simus sufficientes etiam cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis sed sufficientia*

nostra

nostra, iuxta verbum Apostoli, *ex Deo sit*, ideo omnium vestrum charitates precamur in Domino, quatenus & per vos, & per fideles vestræ solicitudini commissos, humiles preces fundantur ad dominum, & deuotis orationibus insistatur, vt ipse qui concordiam operatur in sublimibus, dignetur efficere, vt debita huius sanctæ nostræ deliberationis, & conuocationis prouisio & executio, concors, & celer, ac canonica subsequatur, vt Ecclesiæ salus exigit, & totius orbis pax, & vtilitas desiderat, & exposcit. Et nouissime vos R. D. Archiepiscopos hortamur in Domino, ne in tempore huiusmodi conuocationis sitis deficientes, sed interim suffraganeos vestros, exemptos, & non exemptos, ac alias notabiles personas prouinciarum vestrarum requiratis, vt in tempore ac loco designatis, absque dilatione, etiam cum deliberationibus, & auisamentis vestris, & suis circa fidem, pacem, & mores fidelium instructi compareatis, & compareant, quasi coram Domino rationem vestræ villicationis reddituri. De quibus omnibus prædicti R. D. S. R.E. Cardinales petierunt à nobis notariis infrascriptis, vnum vel plura instrumentum atque instrumenta fieri, atque confici debere. Acta fuerunt hæc Mediolani in domo modernæ residentiæ prædicti reuerendissimi D. Cardinalis Episcopi Prænestini, sita in porta Ticinensi, parrochiæ Sancti Georgi in palatio, sub anno, indictione, die, mense, & Pontificatu quibus supra, præsentibus ibidem illustribus dominis Carolo Iafredo, Præsidente reuerendissimi Senatus Regij Mediolani, & Galeatio Vicecomite milite, & Senatore regio, testibus idoneis ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Nomina autem R.D. Cardinalium, à quibus & quorum mandato huiusmodi conuocatio facta fuit sequuntur.

Bernardinus Episcopus Sabinensis, Cardinalis sanctæ Crucis. Guillermus Episcopus Prænestinus, Cardinalis Narbonensis, Philippus Episcopus Tusculanus, Cardinalis Cœnomanensis, Franciscus tt. sanctorum Nerei & Archilei, Cusentinus. Hadrianus tt. sancti Chrysogoni, de Corneto: Renatus tt. sanctæ Sabinæ, Baiocensis. Carolus tt. sancti Viti in Marcello de Finario, presbyteri Cardinales, necnon Dominus Federic. sancti Angeli de Sancto Seuerino, ac Dominus Hypolitus sanctæ Luciæ in silice Estensis S.R.E. Diaconi Cardinales.

Ego Gentilis ex gentilibus Fulginas, publicus Apostolica auctoritate notarius, de præmissis rogatus, hanc schedulam seu instrumentum fideliter impressum subscripsi & publicaui signo meo apposito consueto in fidem præmissorum rogatus & requisitus.

Ego Petrus Rebe, Clericus Heduensis diocesis, auctoritate Apostolica notarius publicus, de præmissis rogatus, hanc schedulam siue instrumentum fideliter impressum vna cum prænominato notario subscripsi, & publicaui, signoque meo manuali signaui, in testimonium præmissorum.

CONVOCATIO GENERALIS CONcilij ex parte Principum.



TENORE præsentis schedulæ seu instrumenti, cunctis pateat euidenter & sit notum, quod anno à natiuitate Domini M.D.XI. indictione XIIII. die vero Veneris XVI. mensis Maij, Pontificatus S. D. N. Domini Iulij diuina prouidentia Papæ II. anno VIII. constituti coram nobis notariis publicis, & testibus infrascriptis, nobiles viri domini Comes Hieronymus Nogarolus, Anto. de Capitibus vaccæ, & Ludouicus Faella omnes equites sacratissimi ac Serenissimi Domini Maximiliani Rom. electi Imperatoris semper Augusti Procuratores, necnon spectabiles Iurisconsulti Do. Io. Biragus, Franciscus de Vaccis, & Balthasar Platus Christianissimi & serenissimi Domini Ludouici Francorum Regis, & ducis Mediolani similiter Procuratores, & procuratoriis nominibus ad infrascripta sufficienti mandato suorum principalium muniti, proposuerunt & dixerunt sequentia verba, videlicet, quod cum Imperatores Romani & Francorum Reges fuerint semper fautores constantissimi Christianæ fidei, & S. R. E. & propugnatores indefessi ac defensores acerrimi contra omnia catholicæ fidei & Ecclesiæ Romanæ obstacula ac scandala, nullis laboribus, nullisque periculis in illarum extirpatione parcentes: & sacratissimi moderni Ro. Imperator, & Francorum Rex supra nominati domini nobis obseruandissimi, officij sui prædi-

cti non immemores, sed maiorum suorum inhærendo vestigiis, & considerantes, quantam Reipublicæ Christianæ vtilitatem generalia Concilia vniuersalis Ecclesiæ attulerint, quantumque detrimenti ex eorum intermissione Christiana respublica sit passa, quamque impræsentiarum clare conspiciant, magnam instare necessitatem vniuersalis Concilij congregandi, pro vera pace Christianorum fundanda, & sufficienti bello contra infideles stabiliendo, & pro extirpatione hæreseum, & errorum, in diuersis mundi partibus, superiorum negligentiâ pullulantium: & similiter schismatum ac diuisionum; nec non potissimè, pro reformatione morum vniuersalis Ecclesiæ in capite & in membris, plurimum collapsorum, ac emendatione criminum grauissimorum, notoriorum, continuorum, aut incorrigibilium, vniuersalem Ecclesiam scandalizantium: quorum omnium Ecclesiæ morborum, salutaris & vnica medicina, congregatio vniuersalis Concilij semper est habita: quumque tempus decennij, post vltimum vniuersale Concilium, iamdudum sit effluxum, & saluberrima decretali constitutione vniuersalis Ecclesiæ irreuocabili ac irreuocata in sacratissimo Constantiensi Concilio edita, quæ incipit *Frequens*, singulis decenniis vniuersale Concilium congregari debeat: & summus Romanus Pontifex modernus, cui primò curæ esse deberet, illud conuocandi, tanto tempore hoc neglexerit, maximè cum iurauerit & vouerit post biennium à creatione sua illud tenere debere: & nedum negligens in pręcepto Ecclesiæ & Concilij, sed & voti & iuramenti huiusmodi transgressor, illud non tenuerit: tempusque interpellet pro homine, quum nunquam sua auctoritate aut volun-

tate futurum Concilium credatur celebrandum, cumque de grauibus Ecclesiæ scandalis in capite agendum sit: quo casu iuxta patrum sanctiones, & ipsius sacri Constant. Concilij decreta, ad summum Pontificem, Concilij conuocatio non attineat, & R. D. S. R. E. Cardinales, ad quos secundo loco in similibus casibus conuocatio Concilij spectaret, diuisi videantur; & hi qui cum summo Pontifice moram trahunt, vel quia verè non sunt liberi, aut forsan ex negligentiâ, vel alia ex causâ non existimentur conuocationi huiusmodi pro nunc velle assistere, seu assentire, pluresque R. D. Card. qui à Curiâ Romana legitimis ex causis sunt absentes, & aliqui eorum in Lombardia congregati, huiusmodi conuocationem Concilij pro superioribus causis, sicuti zelatores domus Dei cordialiter efflagitent, & enixe deposcãt, quod etiam à nobis Procuratoribus instanter requisiti conuocauerũt, & indixerunt. *Pro debito* ergo, quo principes nostri supradicti Christo domino Creatori & redemptori tenentur, ac splendori sanctissimæ sponsæ suæ Romanæ & vniuersalis Ecclesiæ, ac paci & incremento fidei obligantur, eorum auctoritate & mandato, & de eorum certa scientia, & spõtanea voluntate, quantum iure melius possumus & debemus, nomine supradictorum dominorum Concilium generale vniuersalis Ecclesiæ indicimus, & conuocamus, & quantum in nobis est effectualiter congregari monemus, & hortamur futurum, in ciuitate Pisana, ad Calendas Septembris proxime futuri, inibi inchoandum, continuandum, ac terminandum, vsque ad definitionem superiorum causarum, nisi de consensu maioris partis congregandorum in concilio, alia legitima causa ad alium locum commo-

diorem transferendum ſit. Quapropter cum omni reuerentia & humilitate ac inſtantia S.D.N. Iulium Papam II. nomine quo ſupra, ſupplicamus, & per viſcera miſericordiæ Dei noſtri requirimus, vt huic vocationi Concilij, pro dictis cauſis aſſentire dignetur, & illud perſonaliter vel per legatos ſuos honorare, & confirmare: ſimiliter & R. D. S. R. E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Reges, & Principes, & potentatus, necnon alios Eccleſiæ prælatos, communitates, & vniuerſitates ſtudiorum generalium, Collegia ac Religionum generales, & magiſtros, & in Conciliis generalibus auctoritatem definiendi aut conſulendi habentes, & ad Concilium de iure venire ſolitos, & obligatos conuocamus; & requirimus vt per ſe, vel per ſolemnes oratores vel procuratores (ſi commode perſonaliter intereſſe non poterunt) ad Concilium ipſum, loco & tempore quibus ſupra, accedere dignentur: procuraturi quantum in eis erit, vt Concilium ſit liberum, tutum, & ſecurum, & in eo iuxta formam Conſtantienſis Synodi procedatur, ad honorem Dei, & Eccleſiæ ſplendorem, pacem Chriſtianorum, & expugnationem infidelium, quod obſeruandiſſimi ipſi noſtri principes, & domini nobis metuendiſſimi, pro viribus ſuis offerunt Deo & Eccleſiæ ſe effectualiter procuraturos & facturos, necnon eorum nomine & auctoritate S. D. N. & R. D. Cardinalium iuxta formam aliorum Conciliorum hortamur, & requirimus, vt à quatuor cauſis, quæ maximè poſſent huiuſmodi ſanctam congregationem impedire, abſtinere etiam dignentur, videlicet à creatione nouorum Cardinalium, & à publicatione creatorum (ſi qui forſan ſunt) & proceſſu contra antiquos Cardinales, alioſque

prælatos, & perſonas ad Concilium ipſum accedere volentes,& illi prout decet conſentientes, necnon ab impediendo huiuſmodi conuocationem Concilij directe vel indirecte, publice vel occultè quouis quæſito colore, & ab alienatione feudorum ſeu terrarum S.R.E. in quibus omnibus cauſis, proteſtantur domini nobis obſeruandiſſimi principales, de nullitate actus (niſi à S.D. N. in dicto Concilio huiuſmodi fierent) & aliter facta, vel facienda,irrita haberi, ac per Concilium ipſum annullari, & caſſari debere proteſtantur, & requirunt. Et quia tutum non eſſet nobis Procuratoribus dictam conuocationem Concilij & proteſtationem in præſentia S. D.N.facere,qui S.R.E.Card.fratres ſuos & Eccleſię vniuerſalis principes carceribus aliquando mancipandos minari fecit, Oratoreſque principum contra ius gentium detineri, prout notorium eſt, & pro notorio allegatur ; ideo decreuimus, per affixionem huiuſmodi ſchedulæ ſiue inſtrumenti conuocationis, monitionis, ſeu proteſtationis huiuſmodi,in valuis EccleſiarumMutinenſis, Rhegienſis & Parmenſis (ex quibus veriſimiliter ad notitiam ſanctitatis ſuæ & R.D. Cardinalium ac principum Chriſtianorum & aliorum prælatorum venire poterit quam vim publici edicti habere petimus & principales domini nobis obſeruandiſſimi habere decreuerunt & voluerunt) perinde arctare ad veniendum ad Concilium ſupra requiſitos, & monitos, ac ſi perſonaliter illis fuiſſet intimata, vel exhibita ipſa conuocatio, monitio, & proteſtatio: quum non ſit veriſſimile, ipſis fore incognitum vel occultum,quod tam patenter omnibus publicatur. De quibus omnibus dicti domini Conſiliarij, Commiſſarij & Procuratores, petierunt à

nobis notariis infrascriptis vnum vel plura instrumentum vel instrumenta fieri atque confici debere. Acta fuerunt hæc Mediolani in domibus habitationis modernæ residentiæ R. D. domini G. Episcopi Cardinalis Prænestini, sitis in porta Ticinensi, parrochiæ S. G. in palatio, sub anno, indictione, die mense & Pontificatu quibus supra, præsentibus ibidem illust. Dominis Galeatio Vicecomite milite magnifico I. V. D. Domino Hieronymo Morono, filio quondam D. Io. Re. Senatoris Mediolani; magnifico D. Bernard. Guacio, filio quondam D. Anto. Prætor. Papiæ. & D. Benedicto Abriono, filio quondam Domini Christ. Vicario D. Capitanei iustitiæ Mediolani, ac domino Princiuallo de Monte Regio, Secretario Mediolani, testibus idoneis ad præmissa vocatis, & specialiter rogatis.

Ego Gentilis ex gentilibus Fulginas, publicus Apostolica auctoritate notarius, de præmissis rogatus, hanc schedulam seu instrumentum fideliter impressum subscripsi, & publicaui signo meo apposito, consueto, in fidem præmissorum rogatus & requisitus.

Ego Petrus Rebe, Clericus Heduens. Diocesis, auctoritate Apostolica Notarius publicus, de præmissis rogatus, hanc schedulam siue instrumentum fideliter impressum, vna cum prænominato Notario subscripsi, & publicaui, signoque meo manuali signaui, in testimonium præmissorum.

SERENISSIMI ROMANORVM IMperatoris electi Maximiliani semper Augusti Epistolæ, quibus prælibata generalis Concilij indictio recipitur & approbatur.

A tergo

Reuerendissimis in Christo patribus dominis Cardinalibus Mediolani constitutis amicis charissimis.



AXIMILIANVS, diuinâ fauente clementia electus Rom. Imperator semper Augustus, &c. Reuerendissimi patres, amici charissimi salutem, cum incremento omnis boni, accepimus complures literas V. Reuerendiss. D. quibus nobis significant, quomodo vna cum nostris, & serenissimi Regis Franciæ fratris nostri charissimi procuratoribus, indixerunt Concilium, & cum eisdem literis suis accepimus schedulas eiusmodi denunciationis, & copias literarum datarum, ad serenissimum Regem Arragonum fratrem nostrum charissimum, quæ omnia nobis summopere placuerunt, & ea approbamus, sicuti aliquanto latiùs scribimus procuratoribus nostris, ibidem apud D. V. Reuerendiss. existentibus, & quoniam iam primo rediit ad nos venerabilis Mathæus Episcopus Gurgens. Princeps & Consiliarius noster deuotus dilectus, intellecto ab eo successu omnium rerum, latius scribemus D. V. Reuerendiss. & eisdem Procuratoribus nostris, quibus circa omnia resolute mentem nostram significabimus, quæ erit ad omnimodam

prosecutionem huiusmodi Concilij, ad laudem Dei, & incrementum suæ sanctæ fidei, & confusionem hostium eius, datum in oppido Muldorff. die quinta mensis Iulij, Anno Domini M.D.XI. Regni nostri Romani XXVI. Per Regem. Ad mandatum Cæs. Maiestatis proprium, Iacobi. de Bannissis.

A TERGO

Nobilibus, fidelibus, nobis dilectis Consiliariis, & Commissariis nostris Mediolani.



MAXIMILIANVS, diuina fauente clementia E. Ro. Imperator semper Augustus, &c. Nobiles, fideles, dilecti, accepimus literas vestras, die XVI. Et postea die XXIII. præteritis, & ex illis intelleximus tractata per vos nomine nostro, cum Reuerendiss. D. Card. Mediolani existentibus, ac venerabili Episcopo Parisiensi in causa Concilij vniuersalis Ecclesiæ, cuius indictionis schedulas ad nos transmissas, pariter percepimus, simulque ordinem & modum seruatum ad illud indicendum, quæ nobis omnia valde placuerunt, nec satis probare & laudare possumus prudentiam & dexteritatem vestram, quam adhibuistis in explicando tanto negotio, quodque in omnibus secuti fueritis consilium præfati Episcopi Parisiensis, vt vobis erat iniunctum, gratum habuimus.

Volumus insuper, & ita vobis committimus, vt à R. D. Cardinalibus præfatis, & ab aliis quibus vobis videbitur, exactam capiatis informationem, & vos ipsi, iu-

dicium vestrum nobis perscribatis, de omnibus quæ videntur esse per nos agenda in prosecutione dicti Concilij, quæ & quales literæ per orbem Christianum scribendæ, & ad quos, quóue pacto sit à nobis procedendum, tam in hoc principio quam in progressu, & quomodo cum Papa progredi debeamus, redigatisque omnium opinionem, & consilium de omnibus in scriptis, per bonum ordinem, vt iuxta illum procedere habeamus, sicut nostra est intentio. Literas etiam per nos vt supra scribendas, curetis ab eis formari (licet nos aliquas scripserimus & emiserimus) in eam quam voluerint sententiam, ad nosque mittetis, vt iuxta formulam expediri facere ea valeamus, ad quoscumque opus fuerit. Sed ante omnia, agetis nostro nomine gratias R. D. Cardinalibus, quod ad nostram requisitionem & exhortationem tam promptè & voluntarie reipublicæ Christianæ & vniuersalis Ecclesiæ periclitantis causam amplexi fuerint, denuo hortando eos, vt quo animo inceperunt, sic velint prosequi, pollicendo nos eis fautores, & auxiliatores constantissimos, vsque ad finalem Concilij terminationem, de qua, Deo dante speramus eos meritum apud Deum & laudem apud homines reportaturos, manebitisque Mediolani, apud reuerendiss. D. eorum & præfatum Parisiensem, quandiu ipsi necesse duxerint vos ibi esse, pro rebus dicti Concilij, in quibus vos ea prudentia & fide semper gubernabitis, quam de vobis præsumimus: pro certo habentes nos benemeritorum vestrorum memoriam, & rationem habituros. Agetis insuper gratias præfato Parisiensi Episcopo nomine nostro, de bona intelligentia habita in proximo tractatu, cum venerabili Episcopo Gurgensi, principe & Consi-

liario nostro deuoto dilecto, & de bonis ac sinceris officiis, & operibus quæ præstitit in communibus rebus nostris, & serenissimi Regis sui, respiciendo honorem & vtilitatem nostram æque ac præfati regis sui, sicuti à præfato Gurgensi nobis scriptum est, & postea relatum, ostendendo nos eorum memores futuros, ac gratos, vbicumque contigerit nos aliquid posse efficere, quod ad dignitatem & commodum pertineat. Rediit iam ad nos idem Gurgensis, qui inter alia retulit nobis singularem prudentiam vestram, qua cum omni fide & affectu erga nos, astitistis sibi in negotiis nostris, quod & si iampridem pro comperto habeamus, gratum tamen multum fuit, id ab eodem Gurgensi intelligere, hortamurque vos vt sicuti nobis certò persuademus, ita continuè persistere velitis in omnibus rebus nostris, & nos condignam rationem habituri sumus virtutum & meritorum vestrorum. Datum in oppido Muldorff. V. die mensis Iunij, anno Domini M. D. XI. Regni nostri Romani XXVI.


IACOBVS DE BANNISSIS.

CHRISTIANISSIMI FRANCORVM

Regis D. Ludouici Epistolæ quibus eadem indictio approbatur & acceptatur.

A tergo

Reuerendissimis in Christo patribus, & dominis sanctæ Crucis, Narbonensi, & Cusent. S.R.E. Cardinalibus, fratribus nostris charissimis.



EVERENDISSIMI in Christo patres, & fratres nostri charissimi, recepimus literas quibus nos certioratis de indictione sacri Concilij, facta per D.V. reuerendiss. vna cum Procuratoribus serenissimi Rom. Imperatoris E. semper Augusti, fratris & consanguinei nostri honorandi, & nostris, accepimusque schedulas dictæ indictionis, quas cum nobis plurimum placuerint alacri animo approbamus. Vt autem prælibatæ D.V. reuerendiss. intelligant quanti facimus huiusmodi indictum Concilium, optemusque illud ad laudem & seruitium omnipotentis Dei, vtilitatemque reformationem, & exaltationem Ecclesiæ sanctæ, ac confusionem inimicorum eius, debitum sortiri effectum, elegimus copiosum numerum Prælatorum, Theologorum, & iurisperitorum, de almis Vniuersitatibus Galliarum, ad eumdem, & assistendum in ipso sancto Concilio nomine Gallicanæ Ecclesiæ. Nos quoque pro ipso sacrosancto Concilio, omnes necessarias prouisiones, pro virili nostra ministrare curabimus, sicuti à præsentium tabellario & nuncio nostro diffusuis intelli-

gere' poteritis. Valeant D. V. reuerendiss. quas Deus omnipotens assiduè custodiat. Datum Valentiæ, die XVIII. Iulij M.D.XI.

LOYS.

ROBERTET.

INSTRVMENTVM PROCVRATIONIS & commissionis, datæ à reuerendiss. Cardinalibus sacri Pisani Concilij, indictoribus, reuerendiss. patribus D. Zachariæ Ferrerio, Subasiensi, Abbati Vicentino, sacræ Theologiæ ac V. I. Doct. Antonio de Andræa Apostolico protonotario, & Iacobo Galand Locharum Archipresbytero, quatenus ob legitima impedimenta, eorumdem reuerendiss. Indictorum, vice & nomine acturi, quæ ad sacri ipsius Concilij exordia pertinebant Pisis in Septembribus Calendis comparerent.



N NOMINE DOMINI AMEN. Anno à natiuitate eiusdem M.D. XI. Indictione XIIII. die Lunæ XXV. mensis Augusti Pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri Domini Iulij diuina prouidentia Papæ II. anno VIII. Cum XVI. die mensis Maij proxime decursi, reuerendissimi in Christo patres & domini Domini Bern. Episcopus Sabin. sanctæ Crucis in Hierusalem. Guill. Episcopus Prænestin. Narbonen. & Franciscus tt. sanctorum Nerei & Archillei Cusantium presbyter S. R.E. Cardinalis, ex iustissimis, & necessariis, tunc expressis causis, eorum propriis nominibus, & tanquam mandata sufficientia habentes à non-

nullis aliis R.D.eiuſdem S.R.E. Cardinalibus etiam nomine aliorum adhærere volentium, Concilium vniuerſale indixerint inchoãdum in ciuitate Piſana in Calendis Septembris, tunc & nunc proxime futuri, & ibidem continuandum, vſque ad definitionem in ipſo Concilio proponendarum cauſarum, & etiam tunc expreſſarum, iuxta formam ſacratiſſimi Conſtantienſis Concilij, prout publicis inſtrumentis per notarios confectis latius continetur. Cumque à prælibato S.D.N. & Apoſtolica ſede, (vt à nonnullis aſſeritur) quædam contra præfatum indictum generale Concilium emanauerint, in quibus tamen omnibus & ſingulis præfatos R.D. Cardinales adhibita fuit opportuna prouocatio, & debita prouiſio, nuperque & diebus proxime præteritis inſtante tempore comparendi, in prælibato Piſano Concilio, iuxta formam indictionis & conuocationis, quædam vrgentiſſimæ cauſæ & legitima impedimenta de nouo emerſerint, inter quæ nondum perfectè habitus à Florentinis dominis quibus immediate ſubeſt Piſana ciuitas ſaluus conductus continebatur, ob quam rationẽ ipſius generalis Conſilij reſidentia tuta libera ac ſecura in eadem Piſana ciuitate adhuc collocari minime poterat, præfati R.D. Cardinales indictores, per publicum inſtrumentum, proteſtati ſunt terminum dictæ conuocationis & inchoationis tanquam iure & legitime impeditis, non debere currere, quo vſque eam ſecuritatem loci plene aſſequerentur, & memorata impedimenta ceſſarent. Hinc eſt quod præfati R.D.D.B.C.& F. Cardinales antedicti, eorum propriis nominibus, & etiam tanquam Procuratores, & mandatarij quorumdam aliorum Reuerendiſſ. dominorum S.R.E. Cardinalium, à quibus ſufficientia

mandata faciendi infra ſcripta habent, necnon nomine & vice, & ad partem & vtilitatem aliorum dictæ S.R.E. Cardinalium, ac prælatorum, & aliarum perſonarum prænominato Concilio, & illius proſecutioni ac definitioni adhærere volentium conuocati, & congregati: in mei Notarij perſonæ publicæ ſtipulantis nomine, quorum intereſt & teſtium infraſcriptotum, ad hoc vocatorum ſpecialiter, & rogatorum præſentia, non valentes iuxta ſupraſcripta impedimenta de præſenti ad dictam ciuitatem Piſanam accedere, ne ob eorum non acceſſum & præſentiam in dictis inſtantibus Calendis Septembribus & proxime ſubſequentibus diebus de aliqua mora vel negligentia imputari poſſit, omnibus melioribus modo, iure, via, cauſa, & forma, quibus melius & validius de iure potuerunt, & poſſunt, etiam ad partem & vtilitatem & pro vera directione & proſecútione præfati indicti Concilij Piſani, non reuocando propterea aliquos procuratores per reuerendiſſ. D. S. tam ſimul quam ſeparatim hactenus quomodolibet conſtitutos, ſed eos potius confirmando, voluntariè, ſponte, & ex eorum, cuiuſlibet eorum ſuis & dictis nominibus, certa ſcientia, animoque quieto, & deliberato, fecerunt, conſtituerunt, creauerunt, & ſolenniter ordinauerunt, faciuntque, conſtituunt, creant, & ſolenniter ordinant, ſuos, ſuis & dictis nominibus, certos legatos, Commiſſarios, nuncios, Procuratores, actores, factores, & negotiorum ſuorum, ac indicti Concilij Piſani ad infraſcripta geſtores ſpeciales, & generales (ita tamen quod ſpecialitas generalitati non deroget, nec contra) & quicquid melius dici & eſſe poteſt, ita tamen quod occupantis non ſit melior conditio,

tio, & quicquid vnus eorum inceperit, alter prosequi mediare, & finire valeat, videlicet Reuerendissimos patres Dominos Zachariam Ferrerium Subasiens. Abbatem Vicentinum, sacræ Theologiæ, & geminæ censuræ doctorem Anto. de Andræa de Montepessulano, Protonotarium Apostolicum; & Iacobum Galand, Locharum Archipresbyterum in Ecclesia Turonensi, absentes tanquam præsentes, & quemlibet eorum in solidum, tanquam optime instructos & informatos de gerendis in celebratione & prosecutione prælibati indicti Concilij, & de quorum fide sapientia & dexteritate explorata, probatio habetur specialiter, & expresse ad procuratorio nomine præfatorum R.D. Cardinalium constituentium, & dictis nominibus immemoratis, instantibus Calendis Septembribus, & postea successiue comparendum, & se præsentandum in dicta ciuitate Pisana, & huiusmodi sacrum Concilium præparandum, & disponendum, atque si necessarium & commodum fuerit, incipiendum cum quibuscumque prælatis, ad illud venientibus, & præsertim cum Procuratore aut Procuratoribus serenissimi D.D. Max. E. Ro. Imperatoris semper Augusti, ac Christianissimi D.D. Ludouici Francorum Regis, ipsius sacri Concilij promotorum, & defensorum, seu alterius eorum, ad assistendum eorumdem seu alterius eorum nomine, in dicto Concilio potestatem habentibus, aliisque reuerendissimis dominis Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prælatis, Capitulis, Vniuersitatibus, Ordinibus, Collegiis, siue eorumdem & singulorum procuratoribus, & aliis personis quibuscumque, ad generalia Concilia accedere consuetis, in præfato indicto Pisano Con-

cilio comparentibus, & interuenientibus, ibidemque gradatim & successiue, quousque antedicti R. D. Cardinales constituentes, realem præsentiam in eodem Concilio exhibuerint, necessaria & vtilia quæcumque & qualiacumque, pro directione, incoatione, prosecutione, & definitione dicti Concilij præparandum, tractandum, ventilandum, & concludendum, atque causam dilati accessus, eorumdem R. D. Cardinalium exponendum, allegandum, & si necesse erit excusandum, ibidemque si opus fuerit, memorata supplicationum, prouocationum, appellationum, & protestationum, ac quęcumque alia instrumenta literas scripturas & munimenta ad incoationem prosecutionem & definitionem pręfati indicti Concilij Pisani, quomodolibet oportuna, & necessaria producendum, & exhibendum, illaque & illas, ac quæcumque alia, quibuscumque personæ & personis, communi Collegio & Vniuersitati intimandum, & notificandum, & si necesse fuerit supplicationes, prouocationes, appellationes, & protestationes huiusmodi, de nouo tam ex causis iam subortis ibidem expressis, quam ex aliis orientibus, coram quibuscumque iudicibus, seu probis & honestis personis, & alias, vbi expediens fuerit, & prout iuris fuerit interponendum, & faciendum, instrumentaque prædictæ indictionis, & causas in eis instrumentis expressas, & in dicto Concilio proponendas, vice & nomine præfatorum R. D. Cardinalium constituentium, & dictis nominibus, vsque ad eorum aduentum, in eodem Concilio cognoscendum, & tractandum dictum indictum Concilium, ad optandum desiderium, & iuxta formam dicti Concilij Constantiens. inuocato auxilio spiritus

ſancti, dirigendum & pertractandum, alioſque ad Concilium ipſum, tam de iure quam ex forma dicti Concilij Conſtantienſis venire habentes, cuiuſcumque ſtatus, dignitatis, conditionis, & præeminentiæ exiſtant, & quacumque præfulgeant dignitate, etiam ſub pœnis, & cenſuris Eccleſiaſticis, & in præſenti negotio, quæ tam ex forma iuris, quam dicti Conſtantienſis Synodi, fieri & promulgari poterunt faciendum, & promulgandum, atque monendum & requirendum, ad faciendum, gerendum, & exercendum, ſibi reſpectiue incumbentia, vſque ad ipſius indicti Concilij finalem deciſionem incluſiue: & generaliter omnia alia & ſingula, præmiſſis & circa præmiſſa quomodolibet opportuna, & notoria, & quæ occurrerint fienda, quantum ad præfatos Reuerendiſſimos D. Cardinales, ſuis, & dictis nominibus attinet faciendum, procurandum, & exercendum, etiamſi talia forent, quæ mandatum exigerent plus ſpeciale, quam præſentibus eſt expreſſum. Et quæ ipſi R. D. Cardinales conſtituentes, ſuis & dictis nominibus facerent, & facere poſſent, ſi præmiſſis omnibus & ſingulis ac dependentibus emergentibus annexis & connexis, ab eis perſonaliter intereſſent. Dantes & concedentes pręfati R. D. Cardinales conſtituentes, ſuis & dictis nominibus dictis, D. Procuratoribus ſuis, vt ſupra conſtitutis, & cuilibet eorum in ſolidum, plenum, liberum, largum, generale, ſpecialeque mandatum, cum plena, libera, larga, generali, ſpecialique adminiſtratione, in prædictis & circa prædicta, & quolibet prædictorum, promittentes præfati R. D. Cardinales conſtituentes, ſuis & dictis nominibus præfatis dominis procuratoribus ſuis, & cuilibet ipſorum in ſolidum, vt

ſupra obligando ſeſe, ſuis & dictis nominibus, ac omnia ſua ſuis & dictis nominibus, bona, & iura mobilia, & immobilia, præſentia; & futura pignori, mihi notario infraſcripto publicæ perſonæ ſtipulanti, & recipienti nomine & vice, & ad partem & vtilitatem cuiuſlibet perſonæ, cuius intereſt ſeu intereſſe poteſt & poterit, quomodolibet in futurum ſeſe ſuis & dictis nominibus ſemper & omni tempore ratum gratum & firmum habere, & tenere, quicquid præfati domini procuratores ſui in ſolis vt ſupra dixerint, & geſſerint, & fecerint in prædictis & circa prædicta quodlibet prædictorum. Et volentes præfati R.D. Cardinales conſtituentes, ſuis & dictis nominibus releuare præfatos dominos procuratores ſuos, vt ſupra conſtitutos, ab omni onere ſatisdationis, cauerunt de rato habendo, & iudicio ſiſti, & iudicato ſoluendo, & inde per omnia fideiuſſerunt ipſimet præfati R.D. Cardinales conſti tuentes, ſuis & dictis nominibus prout ſupra. Actum Mediolani in ædibus habitationis Reuerendiſſ. in Chriſto Patris D. D. B. Epiſcopi Sabinenſis, Cardinalis ſanctæ Crucis prænominati, ſitis in parrochia ſancti Thomæ contratæ portæ, ſub anno, indictione, menſe, die, & pontificatu quibus ſupra, ibidem præſentibus, reuerendo in Chriſto patre Domino Stephano Poncherio Pariſienſi Epiſcopo, & mag. viro D. Iaſte Caroli, Delphinatus præſide, ac Mediolani Vicecancellario, teſtibus idoneis, ad præmiſſa ſpecialiter vocatis & rogatis.

Ego Petrus Rebe, Clericus Heduenſ. diœceſis publicus, Apoſtolica auctoritate notarius, de præſenti inſtrumento commiſſionis, legationis, & procurationis, rogatus ſic vt præmittitur fieri & dici, vidi præſens & audiui,

ipſumque inſtrumentum alterius manu ſcriptum confeci, & propria manu ſubſcripſi, ſigno que meo conſueto muniui; in fidem & teſtimonium omnium, & ſingulorum præmiſſorum.

INSTRVMENTVM COMPARITIOnis reuerendorum patrum, dominorum Zachariæ Ferrerij, Subaſienſ. Abbatis; Anthonij de Andræa, protonotarij Apoſtolici; & Iacobi Galand, Locharum Archipreſbyteri, nomine & vice reuerendiſſimorum Cardinalium in Calendis Septembribus, in ciuitate Piſarum, in quo fundamenta & rationes indictionis ſacri Piſani Concilij moderni ſummarie recitantur.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI AMEN. Anno à natiuitate eiuſdem M. D. XI. indictione quintadecima, die vero Lunæ, prima menſis Septembris, Pontificatus vero ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri, Domini Iulij diuina prouidentia Papæ ſecundi, anno octauo: Piſis in Cathedrali Eccleſia, coram me Notario & teſtibus infraſcriptis, conſtituti reuerendi in Chriſto Patres domini Zacharias Ferrerius ſacræ Theologiæ & iuris vtriuſque Doctor, Abbas Subaſienſis: Antonius de Andræa de Montepeſſulano protonotarius Apoſtolicus, & Iacobus Galand Locharum Archipreſbyter in Turonenſi Eccleſia cum expreſſo ad infraſcripta mandato reuerendiſſimorum in Chriſto patrum & dominorum, Domini Bernardini Caruaïal

Sabinensis, sanctæ Crucis in Hierusalem; Guillelmi Prænestini, Narbonens. Episcoporum, ac Francisci tituli sanctorum Nerei & Archillei Cusentini presbyteri S. R. E. Cardinalium, aliorumque reuerendissimorum Cardinalium in his quæ sequuntur procuratoria habentium præmissa; iam de mane Missa sancti Spiritus paracleti, letaniisque & aliis piis orationibus de eodem sancto Spiritu pro Ecclesia Catholica, & præfato sanctissimo domino nostro Papa deuotissimè tunc peractis, de scabello in quo ante maius altare profundissimè genu flexi manebant surrexerunt, & facies ad circumstantes conuerterunt. Prælibatusque D. Zacharias, duobus aliis memoratis dominis Collegis annuentibus, assumpto themate *Noua ego annuntio Esaiæ* 42. Sermonem edidit, in quo infra posita dixit & affirmauit. Cum per constitutionem quæ incipit *Frequens*, sacrosancti Constantiensis Concilij approbatissimi, teneatur maximus Pontifex pro extirpatione hæreseum, errorum, ac schismatum, vniuersæque Ecclesiæ, tam in capite quam in membris reformatione, singulis decenniis generale celebrare Concilium, ipsumque decennij terminum, dicta constitutione teste, nullatenus prorogare possit; modernusque Pontifex, nullum vnquam (nisi à duabus dominorum Cardinalium partibus per secretorum suffragia votorum) approbatum allegaturus impedimentum, omnipotenti omnium authori Deo, beatæ virgini, diuis Petro & Paulo Apostolis, ac vniuersæ triumphanti & militanti Ecclesiæ, ad illud conuocandum & celebrandum, infra biennium à sua creatione solemnibus voto & iuramento se astrinxerit, in negligentiamque, defectum, ac dilationem tanti negotij, totius Chri-

ſtianæ reipublicę ſcandalizatorem, & vniuerſi Eccleſiaſtici ſtatus perturbatorem ſe haberi debere declarauerit & obligauerit, reuerendiſſimiſque dominis Cardinalibus, conuocandi eo caſu quamprimum opportuna adeſſet facultas, celebrandique huiuſmodi generale Concilium (quod ex tunc approbabat & confirmabat, eiuſque ſententię ſe ſupponebat) nedum omnimodam conceſſerit auctoritatem, verum & communi eorumdem aſſenſu, ſub eo ipſo, & nulla expectata ſententia incurrendarum pœnarum priuationis Cardinalatus, omniumque aliarum quarumcumque dignitatum, ac fructuum diſcrimine, paribus voti & iuramenti vinculis (per viam contractus) eoſdem arctauerit, & de omnibus & ſingulis per publica inſtrumenta, & conclauis Capitula, ipſius Pontificis propriâ manu ſubſcripta expreſſius conſtet: Quumque ſupra memoratę conſtitutionis *Frequens*, abſque vllius generalis Concilij celebratu, per ſummorum Pontificum neglectus, à multis annis effluxum decennium, Apoſtolicam Eccleſiam (quod non ſine graui dolore recoli poteſt) tam in capite quam in membris, in maxima conſtituerit deformationis calamitate; à prętatique moderni Pontificis promotione itidem, ſine aliqua Catholica ſynodo, in diuina ac cōtinua negligentia (quę etiam interpretatiuum contemptum continere videtur) per ſex fere annos tranſactum biennium, deſtitutam pene omni illuſtrium morum decore Chriſtianam religionem, in id (quod fari pudet) liquenter adduxerit, vt iam in malorum omnium profunda trahatur. Et cumpropter pręſentium, imminentiumque inter Chriſtianos Princeps bellorum tumultus ſedandos, Eccleſiaſticarum iuriſdictionum adeptiones fiendas, &

ſanctę terrę, ac quatuor de infidelium manibus Patriarchalium Eccleſiarum recuperationem habendam, hęreſes, errores, & ſchiſmata eliminanda, atque reformationem vniuerſalis Eccleſię in capite & in membris promouendam, eiuſdem Eccleſię ſingulare pręceptum, ipſa euidens & ſumma neceſſitas, Pontificis Cardinaliúmque commune votum, commune iuramentum, in quibus, in eorum præiudicium quibus ius acquiſitum eſt, cum & caſus pœnalis exiſtat, nulla moræ purgatio canonica æquitate admittitur, decennióque ac biennio elapſis, cæterorum dominorum Cardinalium, apud eumdem Pontificem exiſtentium, ſeu timor, ſeu negligentia, ad abſentem Reuerendiſſimorum Cardinalium portionem (quamuis minorem) tanquam ad liberam, diligentem, & ſaniorem, iuxta canonicas ſanctiones, conuocandi generale Concilium, plenum ius & auctoritatem deuoluerint; prænominatos ideo reuerendiſſimos patres B. Sabin. ſanctæ Crucis G. Præneſtinum Epiſcopos, ac F. Cuſentium preſbyterum S. R. E. Cardinales, cum nonnullorum aliorum mandatis Cardinalium, ſereniſſimo electo Rom. Imperatore Maximiliano ſemper Auguſto, Chriſtianiſſimoque Francorum Rege Ludouico, per ſpeciales nuncios & legatos, Procuratores, ac ſingularia mandata quæ habentur, cum omni inſtantia requirentibus in menſe Maij proximè præteriti M. D. XI. œcumenicum legitimè conuocaſſe Concilium præſentibus Septembris Calendis in hac Piſarum ciuitate in domino inchoandum. Et cum Piſanum hoc ſit verum vnicum, ac legitimum hac acta præuentione deuolutaque auctoritate, Concilium (quod quidem per alterius aſſerti Concilij Lateranenſis conuocationem idem ſummus

ſummus Pontifex iuxta patrum decreta) nec diſſoluere, nec transferre, nec impedire, nec diminuere quopiam modo potuit aut poteſt; eas fore prędictorum reuerendiſſimorum Cardinalium ac ſacratiſſimorum Principum mentes, eas ſententias, ea inſtituta, vt id recte ac rite indictum & ad hanc Piſanam ciuitatem conuocatum generale Concilium actu congregetur, inchoetur, & ad debitam proſecutionem ac fœlicem in domino conſummationem diuinis auſpiciis deducatur. Et quoniam præfati reuerendiſſimi eiuſdem ſancti Concilij indictores ſeu indictionis executores, (cum adhærentibus reuerendiſſimis Cardinalibus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prælatis, Principibuſque, ac generalibus Vniuerſitatibus, vel eorum & earum Procuratoribus, diuinique & humani iuris Doctoribus) ob nonnullas vrgentiſſimas rationabileſque cauſas quæ de nouo emerſerunt, & de quibus publicum extat inſtrumentum, in præſentibus Calendis Septembribus in hac Piſana ciuitate (inchoandi Concilij gratiâ) perſonaliter adeſſe non poterant, ad accipiendum tenendumque huius ciuitatis locum pro ipſo ſancto Concilio, ad venientes Prælatos ſuſcipiendum, & ad alia oportuna (pro ipſius generalis Concilij inchoatione eorumdem Patrum vice) exequendum, ſe cum præfatis duobus dominis Collegis miſſum, & ipſos duos dominos Collegas cum eo miſſos omnes quidem in ſolidum à dictis reuerendiſſimis Patribus & eiſdem adhærentibus nuncium procuratorem & executorem, nuncioſque procuratores & executores, ſeque cum eiſdem dominis Collegis & ipſi in ſolidum cum eo ad pręmiſſa omnia exequendum omnibus modo & via quibus me-

lius de iure possunt & debent in pręsenti determinata Septembrium Calendarum die nomine & speciali mandato dictorum Reuerendissimorum Cardinalium & eisdem in hoc adhærentium & adhærere volentium personaliter & realiter in præsentibus ciuitate & cathedrali Ecclesia Pisanis comparuisse. Petiitque & rogauit reuerendus in Christo pater Dominus Zacharias Abbas Subasiensis vna cum ambobus dominis Collegis præfatis D. Anthonio de Andræa Apostolico protonotario & Domino Iacobo Galand Locharum Archipresbytero, de eorumdem præsentiali personali ac reali ad præmissa comparitione, & de omnibus antedictis à me notario infrascripto publicum confici instrumentum. Actum Pisis in Cathedrali Ecclesia, sub anno, indictione, die, mense & Pontificatu quibus supra, præsentibus ibidem nobilibus viris Francisco Filio magnifici Petri Nero nomine excelsæ reipublicæ Florentinæ Pisis Gubernatoris ac præfecti, Dominico de Iuniis, Dominico Mathæi de Carisanis, Carolo de Biliotis, & Alexandro Philippi de Rayneriis ciuibus Florentinis testibus idoneis, ad præmissa vocatis, specialiterque rogatis.

Ego Egidius Pelé clericus Turonensis publicus Apostolica auctoritate notarius, præmissis omnibus & singulis dum sic agerentur & dicerentur personaliter interfui, præsensque instrumentum fideliter confectum subscripsi & publicaui consuetumque signum meum apposui in pręmissorum fidem rogatus & requisitus.

REVERENDISSIMORVM CARDI- nalium ſacri Piſani Concilij moderni indictorum reſponſio data Reuerendo Epiſcopo Alexandrino Nuncio ſacri Cardinei Collegij Romæ exiſtentis.

REVERENDISSIMI in Chriſto patres, & domini, Domini S. R. E. Cardinales, in inſubria pro libertate ſpiritualitate & pace vniuerſalis Eccleſiæ congregati, reuerend. in Chriſto patri domino Alexandro Epiſcopo Alexandrino nuncio & Commiſſario ſacri Collegij R. D. Cardinalium apud S. D. N. reſidentium, ſalutem & proſperitatem. Accepimus à paternitate V. literas & inſtructiones ſacri Collegij reuerendiſſimorum dominorum Cardinalium ex vrbe, VI. Auguſti datas, quę quamuis multum tarde nobis propter infirmitatem veſtram ſint redditę, & nunc illis propter abſentiam aliquorum dominorum cum quibus communicandę erant, non poſſimus integre reſpondere, propter temporis tamen anguſtiam & inſtantiam tam circa Concilium Piſanum quam circa monitiones S. D. N. quas vago relatu audiuimus, vt ex nobis appareat quod cum effectu deſideramus reformationi bono & paci Eccleſię conſulere (cuius procurandę gratia ad tempus à Rom. Curia ſeceſſimus) vobis pauca aliqua dicemus, & deinde communicato conſilio cum aliis reuerendiſſimis dominis Cardinalibus, & cum ſereniſſimis dominis Principibus reſpondebimus plenius ſanctiſſi-

mo domino noſtro, & D. reuerendiſſimis Cardinalibus, circa literas quas multimoda relatione audiuimus contra nos datas, cum humilitate tamen & veritate à nobis prodibit reſponſum.

In primis ergo commendabitis nos humillimis dominationibus ſuis reuerendiſſimis quarum conſpectu libero & tuto mirum in modum frui deſideramus, illis etiam habebitis innumeras gratias pro officio charitatis ſuæ per paternitatem veſtram nobis oſtenſo & verbis ſignificato; quamuis multum doluerimus dominationes ſuas reuerendiſſimas præſtitiſſe aſſenſum vel conſilium (ſi ita fuit) in tam grauiſſimis monitionibus & cenſuris contra nos, vt fertur, prolatis, ſignanter etiam vocando nos cum cenſuris ad locum nobis notorie non tutum, de quo expreſſiſſime proteſtati ſumus & proteſtamus, vt vniuerſus orbis iſtius rei veritatem intelligat; præſertim quia ſecuritatem noſtram & libertatem ac ſpiritualitatem & reformationem Eccleſiæ (iuxta eius præceptum & votum ac iuramentum commune) procurauerimus. Non enim aliud nos præcipue ad ſecedendum induxit. Et Deum hominesque teſtamur, & quamuis per alteras literas ignis, & per alteras aqua, nobis proponantur, viuæ tamen & animatæ legi ac præceptioni per vos explicatæ attendentes, dicimus.

In primis nos hactenus manſiſſe & manere, & ſi per errorem aliquorum non ſtat ſemper manere velle in ſancta & bona obedientia S.D.N.Papæ, & bona fraternitate & filiatione reuerendiſſimorum dominorum Cardinalium, de quo proteſtamur; niſi quod iuxta doctrinam Innocentij IV. præceptiones Apoſtolicæ, de notorio periculo ſalutis æternæ vel corporalis auttur-

bationis vel decolorationis ſtatus vniuerſalis Eccleſiæ, & vnde multa mala ventura eſſent, audiri quidem poſſunt, ſicut à domino dicta, ſed non impleri vel admitti. Quinimo poſſunt & debent declinari & ab illis prouocari; qualis nobis eſt hæc præceptio comparitionis perſonalis in vrbe quæ notorie nobis induceret vitæ periculum & timorem iuſtiſſimum in quoſcumque conſtantiſſimos viros cadentem, quibuſcumque ſaluis conductibus aſſocietur, iuxta experta ſuperiorum, & prout notorium eſt. Plures ſane reuerendiſſimi domini Cardinales & etiam ſanctiſſimus dominus noſter in minoribus multo tempore fuerunt abſentes, forte minoribus de cauſis quam nos, nec ſimile aliquid factum eſt contra eos, ſed nos de bono opere grauius lapidamur: & iſte aſſenſus dominationum ſuarum reuerendiſſimarum, ſi libere præſtitus eſt, maximè apud Deum & homines dolentes nos reddit, quia aliquis noſtrum alio tempore numquam ſimile patrari conſenſit contra reuerendiſſimos dominos nunc in Rom. Curia reſidentes, & tunc abſentes.

Item ſignificabitis, quod nos pro maximis & neceſſariis cauſis ſecuritatis vitæ & libertatis noſtræ ac reformatione Eccleſiæ ex Florentia diſceſſimus, non vt malum aliquod, ſed grande bonum Eccleſiæ afferremus, quod per noſtros Commiſſarios ex Florentia ſanctiſſimo D. N. & dominationibus ſuis reuerendiſſimis apud Bononiam tunc reſidentibus ſignificauimus, qui Commiſſarij vel auditi non fuerunt vel territi, & re infecta male expediti ſine reſponſo receſſerunt. Nec vnquam integre pauca per aliquos ex noſtris petita pro ſecuritate reſidentiæ noſtræ obtineri potuerunt.

Item ſignificabitis, nos cum multorum ſapientum conſilio pro certo tenere indictionem Concilij Piſani per nos & Principes factam ex præcepto vniuerſalis Eccleſiæ, voto & iuramento S.D.N. & noſtro, ad veritatem non ad blanditionem intellectus, & pro ſcandalis Eccleſiæ ſedandis, & ex pręterita notoria tam longa inexcuſabilique negligentia, & textu Euangelij *Dic Eccleſiæ*, iuxta ſynodalem interpretationem intellecto, iuſtiſſimam fuiſſe & eſſe, & iuriſdictionem conuocandi Synodum fuiſſe & eſſe hac vice iuris miniſterio deuolutam ad indictores Piſani Concilij quod Principes viribus omnibus proſequi intendebant, & nunc cęrte proſequentur.

Nos tamen voluimus illis coniungi, ne Eccleſiaſticæ Ariſtocraticę in huiuſmodi indictione Concilij per omnium negligentiam ius periret; & ne ſpiritum per omnia ſpiritualeſque mores videremur extinguere, & ſecularibus Principibus admonitionem ſpiritualem ex toto relinquere, etiam vt in concordando pacifico vno Concilio partes noſtras melius poſſemus explicare. Et credebamus certe ſanctiſſimum dominum noſtrum & reuerendiſſimos dominos aliter nobis reſponſuros quam fecerunt: cum noſtri nos officij memores ſanctitatem eius & Cardinalium dominationes reuerendiſſimas (ſicut Petrum Paulus de obſeruatione Concilij Hieroſolymitani admonuerat) rogauerimus: quam admonitionem libenter Petrus admiſit, imo illas Pauli Epiſtolas in quibus hoc contineri ſciebat, Paulumque ſuis Epiſtolis canonicis commendauit. Nobis tamen cum omni exprobratione reſpondetur non ſecus ac ſi iam Pontificem, quod abſit, ſuſpenderimus. Illis enim verbis reſponſio-

nes illæ & etiam monitiones cum eiſdem terminis componuntur quibus Eugenius IV. reſpondit Patribus Baſileę poſt ſententiam ſuę priuationis, & electionem Fœlicis. Nos tamen nihil tale hactenus cogitauimus, ſed ſimpliciter de Concilio tenendo admonuimus. Quia tamen videmus ex prima & ſimplici huiuſmodi noſtra admonitione Concilij, plurimum commoueri Sanctiſſimum D.N. (quod certe non deberet) nos enim nullo Eccleſiam aut ſanctitatem eius damno proſequi intendimus, quinimo vnitatem, libertatem, & ſpiritualitatem, ac vtilitatem & conſeruationem iurium Eccleſiæ cum bona Sanctitatis eius & ſacri Collegij gratiâ procurauimus & procuramus pro magna in eius Sanctitatem veneratione & reuerendiſſimos dominos obſeruantia (præſertim hac charitate perſpecta quam erga nos dominationes ſuæ reuerendiſſimæ cum paternitate veſtra oſtenderunt) & propter iuſtificationem maiorem noſtram, ad veſtram quoque meditationem attendentes, in Piſano Concilio in rebus tangentibus S. D. N. & Ro. Curiam ad aliquod tempus temperabimus, dummodo ipſe dominus noſter medio ſacri Collegij omnes has præceptiones perſonalis comparitionis & noſtræ ceſſationis à Concilio auferat, vel ad minus ſuſpendat vſque ad tempus quo de loco tuto & neutrali œcumenici Concilij cum ipſo S. D. N. & omnibus quos iſta tangit materia, in breui cum bona reſolutione conſulatur. Locus enim Vrbis Romæ in hac rerum occurrentia liber & tutus non eſt, nobis ſignanter & aliis oratoribus Principum & nationibus, qui huiuſmodi indictionibus promotores extiterunt, tam propter arces quam propter gentes & Capitaneos aſſuetos libertatem Cardinalium

& aliorum Prælatorum facile violare. Patres enim in Concilio vndequaque debent esse liberi ad hoc quod Spiritu sancto regantur, Apostolo referente. *Ubi spiritus domini ibi libertas*: & in congregationibus Ecclesiæ Spiritum sanctum directorem esse Euangelij textus edocet. In loco ergo communi & libero ac securo deputando cum quiete & pace, omni passione semota libertati, spiritualitati, ac reformationi Ecclesiæ & Christianorum paci ac infidelium bello, necnon Sanctissimi D.N. gloriæ, obedientiæ, & tranquillitati, solide, efficaciter, & realiter cum Spiritus sancti assistentiâ attendetur: quod vniuersæ Christianæ reip. gratissimum futurum speramus. Et nos nihil aliud petiuimus vnquam nec petimus. Et cum hoc beatitudini suæ perpetuam seruitutem seruiemus in debita obedientia & reuerentia. Et credimus reuerendissimos dominos Cardinales bona mente incedentes, prorsus in hoc nobiscum conuenturos, nec petituros à nobis aut assensuros peti quæ sine periculo interitus vtriusque vitæ præstare non possumus. Et iam necesse erit ex vtraque indictione Concilij vel vtrumque teneri (quod hæresim saperet) quum Ecclesia vniuersalis sit vna, vel alterum concordari. Cum enim à tot annis nulla fuerint Concilia generalia, & si quandoque aliqua congregata fuerunt, quæ à centum annis quasi fuerunt quinque, videlicet Pisanum, Constantiense, Senense, Basiliense, & Florentinum, multis tamen impedimentis & cauillationibus in illis procuratis, Ecclesia cum effectu reformata non fuit: & omni die ager dominicus spinis & tribulis obsitus, in immensum excreuit, adeo vt opporteat illum necessario per Concilium purgari. Si enim cum hac duplici indictione Concilij,

Nota quibus modis Ecclesiæ reformatio impedita fuerit.

cilij,

nullus effectus liberi & generalis Concilij ad bonum Ecclesiæ [ad minus de reformationibus, pace, & bello futuris] sequeretur; populus Christianus nos omnes deceptores crederet, & mirum in modum seculares Principes contra omnes nos insurgerent. Hæc ergo est via pacis Ecclesiæ & honoris S. D. N. & sacri Collegij, & nostri, quam nos libenter offerimus & datam amplectemur, & cum alijs Principibus & dominis illam tractare (modo sanctissimus dominus noster & reuerendissimi domini idem effectualiter sentiant, & quæ hic dicuntur adimpleantur) pro viribus pollicemur.

Nihilominus tamen, per hanc sedulam nostram ad maiorem cautelam de non tuto accessu nostro & nimia breuitate tẽporis ac eius causis notorijs, quantum de iure possumus & debemus protestamur & prouocamus, & de nullitate aut iniustitia dictarum præceptionum, (præcedente nostra indictione, & alijs prouocationibus legalibus quas pro repetitis habemus & quas diuersis locis & temporibus fecimus & nunc facimus) reclamamus in his scriptis.

Reliqua prudentiæ vestræ relinquẽtur & domino Ioan. Baptistæ de Theodoricis Doctori, ac Francisco de Treio Commissarijs nostris, quos ad conspectum prędictorum Reuerẽdiss. D. Cardinalium simul vobiscum vel cum Secretario vestro & nostris responsis transmittimus, vt intellecto responso, eiusdem Collegij secundum illud nos dirigamus. Datum in Burgo Sãcti Donnini nullius diœcesis die xj. mensis Septembris, anno à Natiuitate Domini M. D. XI. Pontificatus Sanctissimi domini nostri Papæ Iulij II. an-

no octauo.

B. Cardinalis Sanctæ Crucis. G. Card. Narbonens. F. Card. Cusentinus, Sigillum sanctæ Crucis, Sigillum Narbonens. Sigillum Cusentini.

COPIA MANDATI D. IOHAN. BAptistæ de Theodoricis Doctori, & Francisco de Treio Romam proficiscentibus à reuerendissimis dominis Cardinalibus in Insubria pro bono Ecclesię congregatis traditi.



N nomine Domini Amen. Per hoc præsens publicum instrumentum cunctis pateat euidéter & sit notum, quod anno à Natiuitate eiusdem domini nostri Iesu Christi M.D. XI. Indictione xv. die vero xij. mensis Septembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris ac domini nostri Domini Iulij diuina prouidentia Papæ II. anno viij. In mei Notarij publici & testium infrascriptorum ad hęc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia personaliter cóstituti, Reuerendissimi in Christo Patres ac Domini D. Bernardinus Sabinens. Gulliel. Prænestinus Episcopi, & F. tt. Sanctorum Nerei & Archilei presbyter, S. R. E. Cardinales principales & principaliter pro seipsis (citra tamen reuocationem quorumcumque procuratorum suorũ per eos quomodolibet hactenus constitutorum) omnibus melioribus modo, via, iure, causa, & forma quibus magis & melius potuerunt & debuerunt, fecerunt, constituerunt & solenniter ordinarunt suos veros, certos,

& indubitatos Procuratores, factores, actores, & negotiorum suorum infrascriptorum gestores ac nuncios speciales & generales (ita tamen quod specialitas generalitati non deroget, nec è contra, & quod vn⁹ incœperit alter mediare, terminare, & finire possit & valeat) & quemlibet eorum in solidum, videlicet egregios viros D. Ioan. Baptistam de Theodoricis medicum ciuem Rom. & Franciscum de Treio Clericum Placentinum præsentes, & onus procurationis huiusmodi in se sponte suscipientes, ad ipsorum R. D. Cardinalium constituentium nomine, & pro eis coram S. D. N. Iulio Papa secundo, aut sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium collegio & eorum quolibet de per se: ac coram quocunque alio iudice seu Commissario Ecclesiastico vel seculari dato seu dando, & quacunque alia persona quauis dignitate & facultate munita comparendum & excusandum eos, ac protestandum de non tuto eorum accessu pro nunc ad Rom. Curiam ex causis euidentissimis ac notorijs, & à pręcepto comparitionis personalis seu cessationis à Concilio, prouocandum seu supplicandum ad eundem S. D. N. melius informandum, & sacrum Collegium R. D. Cardinalium consilia, iuxta, vota & iuramenta conclauis per ballotas in similibus causis dare debentium: & ad eum vel ad eos ad quos de iure melius possunt & debent, & cum instantia rogandum & procurãdum, vt huiusmodi pręcepta comparitionis personalis in Vrbe & dictę cessationis à prosecutione Concilij pro bono ac pace & Reformatione vniuersalis Ecclesiæ tollantur aut suspendantur vsque ad tempus vnius

neutralis & pacifici loci pro Consilio œcumenico celebrando designandi & communiter acceptādi, necnon ad tractandum de ipso loco (ipsis tamen constituentibus reseruata conclusione) & quidquid circa huiusmodi suspensionem quacumque via facere ipsimet Cardinales possent & deberent, omne id dictis Cōmissarijs & procuratoribus committunt & concedunt atque mandant. In quorum omnium & singulorum fidem pręsentes litteras instrumentum publicum in se continentes fieri fecerunt, & per me infrascriptum Notarium subscribi & signari iusserunt. Actum in Burgo Sancti Donnini nullius diœc. anno, die, mense, Indictione, Pontificatu quibus supra: præsentibus ibidem domino Martio Ahnaleu Clerico Cæsar. Augustens. Dio. & Gundisaluo de Montaluo Clerico Salamantium Dio. testibus ad pręmissa vocatis specialiter atque rogatis.

Ego Paulus de Citadinis Ciuis & Clericus Mediolanen. I. V. D. & Apostolica Imperialique auctoritate Notarius de præsenti instrumento procurę rogatus fui: eaque die fieri, vidi & audiui ac in notam sumpsi. Ideo hoc præsens publicum instrumentum manu alterius fideliter scriptum subscripsi, signoque & nomine meis solitis & consuetis signaui in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum requisitus.

ACCESSVS PROCVRATORVM ad Vrbem & tradita ab ſacro Collegio eiſdem reſponſio.



NTEDICTI vero Procuratores Romam accedentes S. D. N. & Sacro reuerendiſſimorum Cardinalium Collegio, nomine prælibatorum reuerendiſſimorum Cardinalium ſacri Piſani Concilij Indictorum, omnimodam concordiam, vnionem & obedientiam ampliſſime obtulerunt (dum tamen de loco communi, neutrali & ſecuro pro generali celebrando Concilio ageretur) quoniam abſque ipſius celebratu, iuxta ſemel omnipotenti domino vna cum Ipſo Pontifice emiſſa vota in conclaui & exhibita iuramenta Catholicæque Eccleſiæ præceptum & euidentiſſimam neceſſitatem, ad Pontificis mentem reduci cum ſerenitate conſcientiæ nullomodo poterant. Romana enim vrbs eiſdem & compluribus alijs ſuſpectiſſima habetur. Verum ab eodem Sanctiſſimo domino noſtro tam humilibus propoſitione & oblatione reiectis, eiſdem procuratoribus ab ſacro Reuerendiſſimorum Cardinalium Collegio reſponſum eſt, nihil aliud potuiſſe in fulminato proceſſu indicti Concilij occaſione ipſorum & interuentu ab ipſo Pontifice maximo obtineri, niſi ſupra aſſignatum terminum octo dierum dilationem: rogabantque vt à dicto Concilio celebrando ipſi reuerendiſſimi indictores omnino deſiſterent. Eam ob cauſam prælibati reuerendiſſ. Domini Cardinales Sacri

Concilij indictores operæpretium existimantes magis obedire Deo quam hominibus, ad sanctum Synodale eis ab eodem altissimo inspiratum, à diuinoque & humano iure demandatum opus exequendum se accinxere, & priusquàm è sancti Donnini burgo Pisas pergerent, communicato Concilio passim diuulgatis sanctissimi domini nostri contra ipsum Sacrosanctum Pisanum Concilium literis per viam Apologię sapienter & copiose responderunt.

ACTA ET DECRETA SACROSANctæ secundę generalis Pisanæ Synodi: prout per Protonotarios & Notarios summarie scripta reperiuntur.

IN NOMINE Domini nostri Iesu Christi. Amen. Anno à Natiuitate eiusdem M.D.XI. Indictione xv. die Sabathi prima mẽsis Nouembris, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris ac Domini nostri domini Iulij diuina prouidentia Papæ II. anno viij. inchoatum est sacrum Pisanum Concilium secundum.

SANE EO ANNO à nonnullis reuerendissimis religiosissimisq; dominis Cardinalibus ob Ecclesiastica præcepta, ob vna cũ præfato Pontifice maximo emissa vota & præstita iuramenta, ob denique summam & euidentem deformationem & Ecclesiæ necessitatem Serenissimo Domino Maxi-

miliano electo Rom. Imperatore semper Augusto: & Christianissimo Francorum Rege Domino Ludouico requirentibus ad Pisanam ciuitatem Calend. Septemb. congregandi œcumenici Concilij die Veneris xvj. Maij Mediolani est promulgata indictio. Cum vero legitimis vrgentioribusque causis præpediti cogerentur prælibati Domini Cardinales Pisas protelare accessum, speciales eo nuncios & procuratores destinarunt Reuerēdos patres dominos Zachariam Ferrerium Abbatem Subasiens. diuini & humani iuris Doctorem: Anthonium de Andręa Apostolicum Protonotarium, & Iacobum Galand Locharum Archipresbyterum religione & prouidentia insignes viros, qui eorumdem vice statuto termino comparerent, opportuna Synodo prepararent, aduentantesq; Conciliares Patres grate & studiose colligerent. Die Iouis demum xxx. Octobris inchoandi eius Concilij gratia ingressi sunt Pisas Reuerendissimi in Christo patres domini Bernardinus Caruaïal Episcopus Sabin. S. R. E. Cardinalis sanctæ Crucis Patriarcha Hierosolymitanus, & Guillelmus Briçonetus Episcopus Prænestinus S. R. E. Card. Narbonensis, & Renatus de Prie, S. R. E. tt. Sanctæ Sabinæ presbyter Cardinalis Baiocens., & Amanæus sancti Nicolai in carcere Tulliano S. R. E. Diaconus Cardinalis de Albreto cum mandatis ad hoc procuratorijs aliquorum Reuerendissimorum Cardinalium absentium, videlicet Reuerendissimi in Christo patris Domini Philippi de Lucemburgo Episcopi Tusculani Cardinalis Cœnomanensis, & Reuerendiss. In Christo patris Domini Francisci Borgia titulo Sanctorum

Nerei & Archilei Presbyteri Cardinalis Cusentini, ac Reuerendissimi in Christo patris Domini Federici Sancti Angeli Diaconi Cardinalis Sanseuerini: Item & nonnulli reuerendi domini Prælati, Archiepiscopi, Episcopi, & Abbates, videlicet Domini Franciscus de Rohano Archiepiscopus Lugdunensis & Galliarum Primas: Tristandus Salazar, Archiepiscopus Senonensis: Guillelmus Briçonetus Lodouens. Ioannes de Vesee Agatens. Petrus de Sassierges Lucionens. Franciscus de Stagno Ruthenens. Guillelmus Pelœni Magalonens. Ioannes de Venur Lexiouiẽsis, Franciscus Halimite Ambianensis, Ioannes de Popeto Cabilonensis, Anthonius de Stagno Engolismens. Dionysius Briçonetus Tholonens. Petrus Raymundus de Guercio Electens. Ludouicus Hebert Abrincens. Claudius de Longouico Matisconens. Focaldus de Bonaualle Lemouicens. Episcopi: Iacobus de Pontescisso Cisterciensis generalis, Petrus Gouffier sancti Dionysij in Francia, Ioannes Oliuerius sancti Medardi Suessionens. Zacharias Ferrerius Subasiens. Iacobus de Bachimont sancti Euodij de Brana Præmonstratens. Abbates: Philippus Decius, Hieronymus Buticella, Franciscus Bultrasius, & Ambrosius Zancha Doctores iuris & Christianissimi Francorum Regis ad dictam Pisanam Synodum destinati Procuratores: Gotofredus Boussard Cancellarius Parisiensis, Guillelmus de Quercu, Martialis Gàllicerus Archidiaconus Meldensis, Simon Iaqueti Magistri & Doctores, Oratores, & Procuratores almæ Vniuersitatis Parisiẽsis. Ioannes de Fraxino I. vtriusque Doctor. Archidiaconus Tholosanus & Orator ac Procurator

rator Tholosanæ Vniuersitatis: Nicolaus Chalmot vtriusque iuris Doctor, Orator & Vicecancellarius Vniuersitatis Pictauiensis. Ioannes de Rebiaco Decretorum Doctor Vicarius & Procurator Abbatis & totius Cluniacensis ordinis. Nicolaus Clerici, Anthonius Seurre, & Robertus de Orto Theologię Doctores Parisienses. Nicolaus de Nossay Archidiaconus Lexouiensis vtriusq; iuris Doctor, alijque diuinarum & humanarum rerum viri peritissimi in copioso numero, qui suis & principalium suorum ac aliorum eisdem adherentium seu adhęrere volentium nominibus, omnibus modo, iure & forma quibus melius potuerunt & debuerunt in domino congregati, pro fœlici exordio dicti sacri & œcumenici Concilij in die festo omnium Sanctorum in diui Archangeli Michaelis templo ordinis Camaldulensis, vbi Reuerendiss. D. Cardinalis sanctæ Crucis hospitabatur, diuina celebrari statuerunt; ibique pro extirpatione hæresum, schismatum, & errorum, reformationeq; vniuersalis Ecclesiæ, ac pace fidelium, belloque contra infideles disponendo pro recuperatione quoque Patriarchalium quatuor Ecclesiarum promouenda (iuxta Ecclesiæ præcepta, votaque & iuramenta præfata, ingentemque ac imminentem Concilij necessitatem) ipsam sacrosanctam Pisanam vniuersalem Synodum ad laudem sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus sancti, solenniter inchoarunt.

MODVS SERVATVS IN INITIO *sancti Pisani Concilij secundi.*



OB ipsum autem omnium Sanctorum diem festum diuina dispésatione tunc occurrentem, vt quando incipiebant Patres sanctificare militantis Ecclesiæ membra, memoriam triumphantis recolerent concionis, illique tantum operis commissum exhiberent, quod & in initio Constantiensis Synodi legitur diuina prouidentia contigisse: reuerendissimis dominis Cardinalibus, reuerendis Archiepiscopis, Abbatibus, Prælatis, alijsque Procuratoribus, religiosisque & secularibus viris in copioso numero deuote astantibus, Reuerendissimus in Christo pater dominus Dominus Renatus de Priett. sanctæ Sabinæ presbyter Cardinalis Baiocensis de eodem die Missarum solennia celebrauit, prælibatusque reuerendus pater dominus Zacharias Ferrerius Abbas Subasiensis diuini & humani iuris doctor inter ipsa Missarum solennia assumpto themate, *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.* Math. 5. de materia generalis Concilij ad ipsam sacrosanctam Synodum sermonem habuit, in quo omne sancti operis initium grauissimis semper difficultatibus varijsque impugnationibus concuti necesse fore, omnesq; qui pie in Christo viuere satagunt, iuxta Apostoli dicta, persecutiones perpeti manifestissimis rationibus diuinisque auctoritatibus demonstrauit. Inter cætera proponebat Christianæ Religionis ortum à paucis

processisse, à multis (prȩsertim à sacerdotibus & mundi potentatibus) aduersa pertulisse, tantoque maiori cremento ad instar palmæ surrexisse, & tanquam paruum lapidem in montem magnum euasisse: quanto maiora expertus est bellorum certamina. Idemque antiquis Concilijs vniuersalibus quæ ad Ecclesiæ Reformationem sunt introducta semper accidisse exploratum iri commemorabat, vt tanquam aurum in fornace probarentur, & essent vti argẽtum examinatum & purgatum septuplum. Sicque omnes octo beatitudines quæ in eodem Euangelio recitãtur, ad eiusdem sacri Concilij indictores reducens, sermonem in eis conclusit verbis: *Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis.* Expletis diuinis, productæ sunt literæ edicti conuocationis ipsius sacri Concilij, à reuerendissimis Cardinalibus alias emanatæ. Conuocatæ quoque sunt relationes, executiones, protestationes, & appellationes per publica instrumenta, ad iustificationem indictionis & conuocationis prȩfati sacri Cõcilij Pisani. His autem, vt prȩmittitur, exactis, Reuerendissimus in Christo Pater dominus Franciscus de Rohano Archiepiscopus Lugdunensis in eminenti suggesto residens, alta & intelligibili voce legit scedulam intimationis primæ futuræ sessionis in hæc verba,

Scedula intimationis primæ Sessionis.



D laudem Omnipotentis Dei, exaltationemque Catholicæ fidei, tranquilitatem & pacem Christianæ religionis, reformationemque vniuersalis Ecclesiæ sanctæ Dei, de mandato Patrum sacrosanctæ huius Pisanæ Synodi, intimatur omnibus & singulis ipsi sacro Cócilio interesse debentibus, quod die Mercurij proxime futuri, qui erit quintus ipsius mensis Nouembris hora tertiarum, in Cathedrali Pisana Ecclesia celebrabitur prima sessio generalis istius sanctę Synodi. Quare debétes comparere, nisi legitime impediti, sub pœnis iuris compareant. Datum Pisis die Sabbathi prima Nouembris, anno à Natiuitate Domini M. D. XI. indictione xv. Pontificatus sanctissimi in Christo patris Domini Iulij Papæ II. anno octauo, sub sigillis quatuor Cardinalium quibus nunc Synodus pro suo sigillo vtitur. Præsens vero scedula postea affixa fuit valuis dicti templi sancti Michaëlis.

Hæc autem gesta sunt in pręsentia Illustrissimi domini Odeti de Fuxo, domini de Lautrech, pro Serenissimo domino Ludouico Francorum Rege Christianissimo locum tenentis, & magnificorum dominorum Philippi Decij, Francisci Pultrasij, Ambrosij Zanchæ Iurisconsultorum, eiusdemque Christianissimi Regis in eodem Concilio Procuratorum, nobiliumque ac strenuorum equestris ordinis virorum Iacobi de Colindi Parisiensis Præpositi, Anthonij de Foyeta aliorumque plurimorum dominorum: de

& ſuper quibus omnibus & ſingulis ſupraſcriptis Ioannes Ambroſius Bultraſius iuris vtriuſque doctor præpoſitus Sancti Saluatoris de Berzanore Mediolanenſis diœceſ. ipſius ſacri Concilij Fiſcalis Procurator, alta & intelligibili voce per Protonotarios & Notarios petijt & rogauit fieri publicum inſtrumentum, ſeu inſtrumenta ad perpetuam rei memoriam.

PRIMA SESSIO.

IN NOMINE Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Patris, Filij, & Spiritus ſancti. Amen. Die Mercurij quinta, menſis Nouemb. Anno, Indictione & Pōtificatu quibus ſupra, hora tertiarum, pro prima Seſſione aſſignata & per ſuperius poſitam ſcedulam intimata, vt per inſtrumentum receptum per dominum Paulum de Citadinis iuris vtriuſque Doctorem expreſſius conſtat, Reuerendiſſimi in Chriſto Patres domini Cardinales, & Reuerendi domini Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Prælati, Regijque ac Prælatorum ac Vniuerſitatum Procuratores antedicti, in ſacroſancta Piſana Synodo memorata congregati, in cathedrali dictæ ciuitatis Eccleſiæ ad infraſcripta concorditer conuenerunt. Ibique per Reuerendiſſimum in Chriſto patrem ac dominum Dominum Bernardinum Caruaïal Epiſcopum Sabinenſem S. R. E. Cardinalem Sanctæ Crucis, Patriarcham Ieroſolymitanum celebrata Miſſa ſolenni de Spiritu ſancto, cantatiſque letanijs, & prę-

missis alijs deuotis Orationibus, prout in ordinatione sacri Constátiensis Concilij, Sessione vltima, continetur, pronunciato quoque Euangelio: *Vos estis sal terræ.* Math. 5. quod in Officio Confessoris, Pontificis, legi consueuit, sedentibus omnibus præfatis Reuerendissimis Cardinalibus, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus in Pontificalibus indumentis, habitus est sermo per eundem Reuerendissimum dominũ Cardinalem Sanctæ Crucis celebrãtem, assumpto themate: *Deus qui glorificatur in Concilio Sanctorum magnus & terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt.* Psal. 88. à quo expositum est eumdem versiculum, omnes causas, substantiam & definitionem generalium Conciliorum in se diuinitus continere: efficientem videlicet, quum dicit *Deus*: finalem, cum dicit *glorificatur*: formalem, cum dicit *in Concilio Sanctorum*: materialem & obiectiuam in verbis *magnus & terribilis*: vt sit magnus in virtutib9, pace & Reformatione; quas mediante Synodo inducit: terribilis in expurgatione hęresum & errorum, in vltione criminum & scandalorum, in infidelium profligatione, quæ per Synodos & generalia Concilia ipse summus opifex mirifice operatur. Hæc enim sunt & esse debent farrago, materia & obiectum cuiuslibet œcumenici Concilij. Tangebatur etiam proprietas Concilij quæ est veritas infallibilis sententiarum in fide & necessarijs humanę saluti, ibi *in circuitu eius*. Quod & sequens versus magis explicat dicens. *Et veritas tua in circuitu tuo.* Exhortatus est omnes Conciliares patres ad mentis munditiam & carnis continentiam, ad assiduas Orationes, ad diuinum cultum propensius exoluendum: ad in-

ſiſtendumq; doctrinæ & meditationi ſuper his, quæ fidem, pacem & mores Eccleſiæ concernunt. Admonuit quoque Prælatos omnes & Sacerdotes ad Miſſarum frequentem celebrationem, cæteroſque vniuerſos qui Chriſti nomine cenſentur, vt ad obtinendam optatam tantę rei conſummationem ieiunijs, eleemoſynis, alijſque pijs operibus diligenter inſiſterent, quatenus ex eorumdem deuoto affectu, veraque animi humilitate placatus omnipotens author, fœlicem exitum huic ſanctæ congregationi concedere dignaretur. Obſecrauit inſuper omnes in Domino ad manſuetudinem, pacem, & concordiam ſeruandam. Finito autem ſermone cantatoque Hymno: *Veni creator Spiritus*, ab omnibus Prælatis, reuerendus in Christo Pater dominus Guillelmus Lodouenſ. Epiſcopus, ex mandato Patrum eminentem vmbonem conſcendit, altaque & intelligibili voce diſtincte & aperte pronunciauit infraſcripta decreta, Canones, ſeu conſtitutiones ad perpetuam rei memoriam: quorum tenor eſt talis.

DECRETA PRIMÆ SESSIONIS
Sacroſanctæ Piſanæ Synodi.

SACROSANCTA generalis Synodus Piſana ad reformationem Catholicę, Eccleſiæ tam in capite, quam in mẽbris, pacem omnium Chriſtianorum, bellum contra infideles aſſumendum, extinguendaque ſchiſmata, hæreſes & er-

rores, in Spiritu sancto legitime congregata, vniuersalem Ecclesiam repræsentans, omnibus modo, via, & forma, quibus melius potuit & potest, decernit, ordinat, definit & declarat infrascripta.

Primò indictionem præsentis Concilij Pisani, literasque & scedulas de ipsius conuocatione ob generalis Reformationis Ecclesiæ Dei tam in capite quam in membris euidentissimam necessitatem, & alias causas in eis contentas rite & recte ac legitime processisse: ipsamque ciuitatem Pisarum ad ipsum sacrum Concilium celebrandum plurimis ex causis legitime fore delectam, commodam, & aptam, nisi postquam Pisas aduenerunt Patres (ob Romanæ propinquitatem vrbis) cœperunt non ab re suspicari ab his qui sacro Concilio non fauent (potissimumq; rem Conciliarem præ omnibus tutari tenerentur) extrinsece perturbationis molestias excitari, suppletque hęc sancta Synodus & certa scientia & iuris auctoritate omnem defectum, siquis forte in prędictis fuisse aut esse videatur.

Decernit quoque & declarat omnia & singula tam per sanctissimum Dominum Papam quam per alios quosuis prætextu conuocationis dicti Concilij dependentiumque & connexorum facta, ordinata, attentata, & attentanda, siue per interdicta aliasue censuras & priuationes vel inhabilitationes etiam Consistoriales, de personis Reuerendissimorum dominorum Cardinalium, dignitatibus, Ecclesijs, monasterijs, beneficijs, pensionibusq;, ac iuribus eorumdem, siue aliter quomodocumque in præiudicium dictæ sanctæ Synodi omniumq; & singulorum eiusdem

dem indictorum, suppositorum, fautorum, auxiliatorum, & quouis modo adhærentium, ac quandocumque adhęsurorum, nulla irrita & inania fuisse ac fore; illisque vti notorię nullis, irritis, & erroneis nullatenus deferendum. Nam vt Vrbanus Pontifex rescripsit, *quod Dominus, vel Apostoli, vel sancti Patres statuerunt, debet Romanus Pontifex ad animam vsque & sanguinem confirmare. Alioquin non sententiam dare sed errare conuincitur*: quæ tamen, quatenus de facto processerunt, vel postmodum processerint ex nunc, cassat, irritat, & reuocat.

BENEFICIATI IN CONCILIO existentes recipiant fructus beneficiorum.

LAVDABILIBVS præterea antiquorum Conciliorum constitutionibus adhęrendo, decretum Constantiensis Concilij in decima nona Sessione ad eorum fauorem qui generalibus Concilijs vacant editum ad vnguem vt iacet approbat, & confirmat, ac vt confirmationis vis manifestior fiat, decreti ipsius tenorem subijci iussit de verbo ad verbum, & est talis.

Quum absentes, causâ reipublicæ Ecclesiasticæ, personę in Ecclesijs in quibus beneficiatæ sunt pręsentes merito reputentur, ideo vt omnes & singuli beneficiati huic sacro Concilio pręsentes, & qui ad illud pro tempore accesserint, commodius ipsi Concilio interesse & in illo vsque ad finem valeant remanere, dictum Concilium statuit & decernit, quod ipsi

omnes & ſinguli pro reſidentibus ſiuè præſentibus interim in ſuis beneficijs ſint habendi: ita quod omnes & ſingulos redditus, fructus, & prouentus ſuorum beneficiorum ac reſidentię perſonalis in ipſis beneficijs in quibus reſidebāt, aut in quibus reſiderent, ſi eiuſdē Concilij proſecutio, ſeu intereſſentia eis nō obſtaret: ac alij etiā Curiales beneficiati qui de ſuis beneficijs ad pręfatū Conciliū, recta via non acceſſerūt, alias tamen pręſentes in Curia pro eodē Concilio laborarunt, etiamſi primā non fecerint reſidentiā perſonalem conſuetam vnius tantum beneficij pro quolibet eorum, vigore huius decreti, eorumdem beneficiatorum abſentijs, de alijs ſuis beneficijs, de iure & conſuetudine, priuilegio aut licentia ſuorum ſuperiorum ſemper ſaluis: etiamſi Canonicatus aut pręben-dæ, aut dignitates, aut perſonatus, vel officia in Cathedralibus & Metropolitanis maiores poſt Pontificales, ſeu Collegiatis Eccleſijs huiuſmodi principales fuerint, durante ipſo Concilio, eiſdemque in eodem Concilio perdurantibus, etiam à tempore huiuſmodi itineris arrepti ad pręfatum Concilium, quouſque ad eadem ſua beneficia ipſo Concilio finito commode redire potuerint: aut quamdiu Curiales prędicti in eodem Concilio laborauerint cum ea integritate percipere valeant & debeant, cum qua illos perciperent, ſi in ſuis beneficijs prędictis interim præſentialiter perſonaliterque reſiderent & adminiſtrarent eiſdem (quotidianis diſtributionibus duntaxat exceptis) contrarijs non obſtantibus quibuſcumq; & cum executionibus exprimendis in Cancellaria, ſi fuerit opportunum.

Creatur Præsidens Concilij.

QVia vero ad proſecutionem huius ſacri Concilij pro incumbentibus rebus requiruntur principalia & minora officia, ſtatuit & ordinat ipſa ſancta Synodus ac decernit Reuerendiſſimũ in Chriſto patrem & dominum Dominum Bernardinum Caruaialum Epiſcopum Sabinenſ. Cardinalem ſanctæ Crucis, officium Præſidentiæ in ipſo ſacro Concilio exercere debere.

Deputatur custos Concilij.

ITem quod Illuſtris dominus Odetus de Fuxo, dominus de Lautrech, Officium cuſtodiæ & gardiæ huius ſanctæ Synodi, quouſque aliud fuerit per Conciliares patres & principes concorditer deliberatum, velit exercere & tenere.

Eliguntur & creantur Protonotarij ac Notarij Concilij.

ITem quod domini Zacharias Ferrerius Abbas Subaſienſis, Opicinus de Rotarijs, Anthonius de Andręa, & Claudius Choure Protonotarij Apoſtolici ſint principales ad ordinandũ & reuidendum ſcripturas & decreta huius ſacrę Synodi vna cum Ambroſio Zancha & Franciſco Bultrafio Iuriſconſultis, quibus ad dicta ſcribéda decreta deputat & aſſignat Paulum de Citadinis Iuris vtriuſque Doctorem, Gentilem Romanum, & Brutum Ricium pro natione Italica; Sigiſmundum Pindarum pro natione Germanica; Guillelmum de Noſſay, & Nicolaum Chelmot,

Iuris vtriusque Doctores, Iacobum Galand Locharum Archipresbyterum, Ioannem de Aluernia, Philippum Preuost, & Petrum Verneti pro natione Gallicana: Baltazarem Portellum & Vascũ de Villasayas pro natione Hispanica Notarios & Tabelliones: quorum publicis instrumentis bene, vt præfertur, ordinatis & reuisis supradicti Protonotarij & Reuisores se subscribere possint & debeant.

ITem, deputat & ordinat Aduocatos sacri Concilij præfatos Iureconsultos dominos Philippum Decium, & Hieronymum Buticellam Papienses Legum Doctores insignes.

ITem, decernit sessionarios fore in ipsa Synodo dictum Paulum de Citadinis, & Ioannem de Lesquoet Decretorum Doctorem & Canonicum Corisopitensem.

ITem, constituit huius sacri Concilij Promotores & fiscales Procuratores Franciscum Bezarillum, & Ioannem Ambrosium Bultrasium iuris vtriusq; Doctores, declaratque hæc sancta Synodus alios officiales in dictis & alijs officijs, prout expediens fuerit, in generalibus cõgregationibus & publicis sessionibus futuris se fore ordinaturam & promulgaturam.

PVblicatis decretis prælibatus dominus Zacharias Abbas Subasiensis ex patrum mandato interrogauit omnes & singulos Synodi Patres, vtrum omnia & singula in dicta scedula contenta placerent, qui nemine discrepante responderunt, *placet*. His actis, intonante Reuerendissimo Domino Præsidente, cantores modulati sunt vsque in finem, *Te Deum laudamus*.

PRomotores vero & fiscales Procuratores antedicti, accusarunt contumaciam vocatorũ & aliquandiu expectatorum ad ipsum sacrum Concilium non venientium statuto termino, ac legitimis ex causis cõtinuato, quatenusque continuari poterit, commode veniendo iuxta aliorum formam Conciliorum (prȩsertim attentis instrumentis protestationum impedimenti, de quibus in actis & processibus huius Concilij latius constat) petieruntque eam admitti. Quare Synodales Patres eam cõtumaciam admisere quatenus de iure (seruata tamen facultate admittendi quoscunque ad ipsum sacrum Concilium venientes, prout iuris fuerit) reseruatoque iure deputãdi & creandi alios ex superuenientibus necessarios & opportunos Officiales. Notificatum quoque est per Organum prælibati domini Zachariæ Abbatis Subasiens. secundam huius sacri Concilij sessionem futuram die Veneris septima die mensis Nouembris.

PRædictis autem omnibus & singulis interfuerũt prædicti domini Odetus de Fuxo, dominus de Lautrech, & Procuratores præfati Christianissimi Regis testes rogati, super quibus omnibus & singulis Fiscales Procuratores, & Promotores petierunt & rogauerunt per Protonotarios & Notarios ad hoc specialiter deputatos publicum & publica instrumenta confici ad perpetuam rei memoriam.

SECVNDA SESSIO.



DIE Veneris ſeptima eiuſdem menſis Nouembris fuit habita generalis & publica Seſſio in dicta Cathedrali Piſana Eccleſia, Præſidente præfato Reuerendiſſimo domino Bernardino Sabinenſi Epiſcopo Cardinale Sanctæ Crucis, in qua celebrata Miſſa ſecundæ feriæ Pentecoſtes ſolenni cultu per Reuerendiſſimum Patrem & dominum Dominum Guillelmum Epiſcopum Prenestinum Cardinalem Narbonenſem, conſedentibus, vt ſupra, in pontificalibus indumentis Reuerendiſſimis Cardinalibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Abbatibus, decantatoque de more Euangelio: *Homo quidam fecit cœnam magnam & miſit dicere inuitatis, vt venirent.* Luc. 14. quod recitatur ſecundum Romanum ordinem ſecunda Dominica poſt Pentecoſtem, prælibatus reuerendus pater dominus Zacharias Ferrerius Abbas Subaſienſ. concionatus eſt, aſſumpto themate occurrentis tunc in Miſſa Euangelij: *Lux venit in mundum & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem.* Ioan. 3. vbi de Reformatione ſui ipſius primo in particulari, deinde de Reformatione Eccleſię in generali tractauit. Eo finito cantatoque conſueto Hymno de Spiritu ſancto, Reuerendus pater Iacobus Heduenſis Epiſcopus apud Florentinos Chriſtianiſſimi Francorum Regis Orator, aſcendens pulpitum pronunciauit articulos & conſtitutiones ſequentes.

DECRETA SECVNDÆ SESSIONIS.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

ACROSANCTA generalis Synodus Piſana in Spiritu ſancto legitime congregata generale Concilium faciens & vniuerſalem Dei Eccleſiam repręſentans, decernit ordinata in Toletano Concilio, ſuper modo ſedendi & loquendi in ea fore obſeruanda: Proinde Canonem ſuper hoc editum de verbo ad verbũ ſubijciens approbat & confirmat.

Canon Toletanus de geſtu & moribus in Concilio.

IN loco benedictionis conſidentes domini Sacerdotes nullus debet aut indiſcretis vocibus perſtrepere, aut quibuſlibet tumultibus quempiam perturbare. Nullus etiam vanis fabulis vel riſibus, vel quod deterius eſt, obſtinatis diſceptationibus tumultuoſas voces audeat effundere. Si quis enim, vt ait Apoſtolus, *putat ſe religioſum non refrenans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum huius vana eſt religio.* Cultum enim iuſtitiæ perdit, cum ſilentium iudicij obſtrepentium perturbatio confundit, dicente Propheta: *Erit enim cultus iuſtitiæ ſilẽtium.* Debet ergo quicquid conſedentium conſultationibus agitur, aut ab accuſantium parte proponitur, ſic mitiſſima verborum relatione proferri, vt nec contentioſis vocibus

ſenſus audientium conturbentur, nec iudicij rigorem de tumultu enuncient. Quicumque ergo in conuentu Concilij hæc quæ præmiſſa ſunt violanda crediderit, & contra hoc interdictum aut tumultu, aut contumelijs vel riſibus Concilium perturbauerit, iuxta diuinæ legis edictum quo præcipitur: *Eijce deriſorem & exibit cum eo iurgium*, cum omni dedecore ac confuſione abſtractus à communi cœtu recedat, & trium dierum excommunicationis ſententiam ferat.

Nulli in ſedendi aut dicendi ordine præiudicium fieri cenſeatur.

ITem, quoniam communiter contingere poteſt quod aliqui ex conſedentibus non erunt in debitis ſedibus & dicendi ordine collocati, eodem ſacro approbante Concilio decernitur ex ſeſſione huiuſmodi & loquendi ordine, nulli Eccleſiæ, vel perſonæ pręiudicium generari, iuxta ſacræ Conſtantienſis Synodi ſanctionem.

Ex diſceſſu Prælatorum Concilium non cenſeatur diſſolutum.

ITem, ſtatuit & declarat hæc ſancta Synodus, quod per receſſum quorumuis Prælatorum præſenti Concilio, non cenſeatur Concilium diſſolutum, ſed remaneat in ſua auctoritate & integritate, quoad eiuſdem met Concilij auctoritate diſſoluatur.

Deputantur Iudices ad audiendas cauſas in Concilio.

ITem, conſtituit & deputat Iudices ad audiendum cauſas fidei, ſchiſmatis & reformationis vniuerſalis Eccleſiæ

Ecclesiæ & aliarum rerum ad hoc sacrum Concilium pertinentium Reuerendos Patres dominos Guillelmum Lodouens. Petrum Lucionens. Franciscum Ruthenens. & Anthoniũ Engolismens. Episcopos, qui in huiusmodi causis per Pręsidenté Cócilij eisdé delegatis, & delegãdis, quarũ delegãdarum potestatem hæc sancta Synodus eidem Præsidenti tribuit & concedit, possint & valeant citare, audire, & cognoscere, testes recipere, & compellere, omniaque & singula ac opportuna vsq; ad definitiuam sententiam exclusiue facere: de quibus demum in Synodo referre debeant, cuius arbitrium & potestas sit determinandi ac definiendi. Et vt facilius dictæ causæ terminentur, statuit vt prædicti Iudices, aut duo ex eis, ad minus, occurrẽtes, terminos tenere & obseruare, in eisque simpliciter, summarie & de plano absque strepitu & figura iudicij procedere possint & valeant.

Incorporati Concilio ad aliquam Curiam (etiam Romanam) in causis trahi non possunt.

ITem, iuxta sacrorum Conciliorum censuram statuit & definit, quod nemo ex huius sacri Concilij incorporatis aut incorporandis, à tempore arrepti itineris sine fraude ad illud continuati, ob quanuis causam, litem, quæstionem, & controuersiam motam vel mouendam, quamuis occasione ad Romanam seu aliam Curiam, coram quocumque ordinario vel delegato iudice, extra Concilij locum, illo durãte, inuitus trahi, seu vocari aut quoquo modo turbari vel inquietari possit: decernitque & declarat prædicta omnia & singula, hoc sacro durante Concilio, pende-

re ac ſuſpenſa ſtare. Si quid vero in contrarium attentatum fuerit quouiſmodo per quemcumque quauis auctoritate, determinat irritum & inane fore: nulliuſque roboris ac momenti. Offert nihilominus hæc ſacroſancta Synodus ſeparatam conquerẽtibus de eiuſdem ſuppoſitis, prout ad eam pertinebit, iuſtitiæ miniſtrare complementum.

Deputantur votorum ſcrutatores.

ITem deputat in generalibus congregationibus ac publicis ſeſſionibus votorum ſcrutatores dominos Zachariam Abbatem Subaſiẽſ. Et Claudium Choure, huius ſacri Concilij Protonotarios Apoſtolicos.

Aßignantur Curſores.

ITem deputat Gometium Garcia, Iuſtum Peres Hiſpanos, Iacobum Merbolth Alemanum, Gobertum Barentum Laudunenſ. Clericum, Henricum de Criſco Geben. Ioannem de Ruffis, & Ioannem Vaſconem Curſores, gratia intimandi diuina officia, deputationes generales, congregationes, ac publicas ſeſſiones, citandique qui fuerint citandi ad cauſas in hoc ſacro Concilio pro tempore pendentes, atque alia peragendi, quæ ad officium Curſorum pertinere noſcuntur.

Ordinatur ſigillum Concilij.

ITem, ordinat fieri huius ſacræ Synodi Sigillum in figura emiſſionis ſancti Spiritus in ſpecie columbæ literis in circuitu exiſtentibus, Sacroſancta generalis Synodus Piſana.

His recitatis, interrogati sunt omnes per antedictos scrutatores, an omnia & singula in ipsa scedula contenta & promulgata placerent; qui nemine discrepante responderunt *Placet*. Prælibatus vero Reuerendus Pater dominus Zacharias Abbas Subasiens. patrum iussu intimauit tertiam publicam sessionem futuram die Veneris xiiij. suprascripti mensis Nouembris. Omnibus autem & singulis Illustris dominus Odetus de Fuxo, dominus de Lautrech, ac cæteri Procuratores Regij testes rogati interfuerunt, fiscalesque Procuratores & Promotores petierunt, atque rogauerunt per memoratos Protonotarios & Notarios de eisdem ad futuram rei memoriam publicum & publica fieri instrumenta.

SESSIO ANTICIPATVR EX *Causis Vrgentibus.*



DEINDE, die Lunæ eiusdem mensis in ciuitate Pisana habita est generalis congregatio Patrum in domo habitationis Reuerend. D. Cardinalis de Albreto, & ibi propter necessarias causas communi cósensu Patrum deliberatum est, quod sessio tertia, quæ teneri debuit die Veneris xiiij. Nouembris anticiparetur, & teneretur die Mercurij xij. instantis, fuitq; per scedulam affixam in valuis Ecclesiæ Cathedralis intimatum.

Die Mercuriij xij. Nouemb. anno, Indictione, & Pontificatu quibus supra, habita est generalis sessio

in Cathedrali Pisana Ecclesia, præsidente Reuerend. domino Cardinale sanctæ Crucis, Reuerendissimus in Christo Pater dominus Cardinalis Baiocensis celebrauit de sancto Spiritu solemnem Missam, quæ tertia feria Pentecostes recolitur. Dicta Lętania consuetisque obseruatis ceremonijs ac pronúciato Euangelio: *Ecce mitto ad vos prophetas & sapientes.* Math. 23. quod legitur in die festo Diui Protomartyris Stephani, dominus Robertus de Orto Theologus Parisiensis, assumpto themate & Euangelio Missę: *Qui non intrat per ostium in Ouile ouium, sed ascendit aliunde ille fur est & latro.* Ioan. 10. Sermonem edidit de animi sinceritate: quam nullo habito personarum respectu Conciliares viri pro Ecclesiæ instauratione habere tenentur. Deinde Reuerendus Pater dominus Guillelmus Episcopus Lodouensis legit sequentia decreta.

DECRETA TERTIÆ SESSIONIS.

Quod Synodus non poßit dissolui quousque Ecclesia Reformetur.

In nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen.



ACROSANCTA generalis Synodus Pisana in Spiritu Sancto legitime congregata generale Concilium faciens, & Catholicam Ecclesiam repræsentans definit & declarat vt sequitur.

Primò, quod ipsa sancta Synodus non dissoluatur, nec dissolui possit quousque vniuersalis Ecclesia

in fide & moribus tam in capite quam in membris ſit reformata, hæreſeſque ac ſurgentia ſchiſmata extinguantur, & imminentia bella inter Chriſtianos ſopiantur. Poſſit tamen communi patrum conſenſu (præſertim ſi cum ſanctiſſimo domino Papa conueniant) ad locum ſecurum omnibus & tutum qualem minime eſſe Vrbem Romam Notorium eſt, continuando transferri.

SYNODVS GENERALIS AVCTOritatem habet immediatè à Chriſto.

STatuit quoque & ordinat infraſcriptos canones ſacri Conſtantienſis Concilij, in v. Seſſione editos, vt in ea iacent, ad vnguem obſeruari debere, & eorum tenorem in hoc decreto inſeri, ac pro conſtantiſſima veritate ab omnibus teneri qui ſequuntur.

Primò, quod ſacroſancta Synodus in Spiritu ſancto legitime congregata Concilium generale faciens & Eccleſiam Catholicam repræſentans poteſtatem à Chriſto immediate habet; Cui quilibet cuiuſcunque ſtatus vel dignitatis (etiamſi Papalis exiſtat) obedire tenetur, in ijs quæ pertinent ad fidem, extirpationem ſchiſmatum, & Reformationem Eccleſiæ in capite & in membris.

Quilibet (etiam Papa) generalium Conciliorum decretis obedire tenetur.

ITem, ſecundo declarat, quod quicumque cuiuſcunque conditionis, ſtatus, & dignitatis, etiamſi

Papalis exiſtat, qui mandatis, ſtatutis, ſeu ordinationibus aut præceptis huius ſacræ Synodi & cuiuſcunque alterius generalis Concilij legitime congregati ſuper præmiſſis, ſeu ad ea pertinentibus factis, vel faciendis, obedire contumaciter contempſerit, niſi reſipuerit, condignæ pœnitentiæ ſubijciatur, & debitè puniatur, etiam ad alia iuris ſubſidia, ſi opus fuerit, recurrendo.

ITem, quoniam in ſecunda Seſſione per hanc ſacroſanctam Synodum eſt decretum & ordinatum; ne Prælati & alij qui ipſi concilio intereſſe debent recedant ante finitum Concilium (niſi ex rationali cauſa per deputatos examināda) ideo deputat ſuper cauſis diſcedere volentium Iudices & Commiſſarios Reuerendiſſimos in Chriſto Patres dominos Bernardinum Sabinenſem ſanctæ Crucis ipſius Concilij Præſidentem, Guillelmum Præneſtinum Epiſcopos, Renatū Sanctæ Sabinę Baiocenſem Preſbyterū: Et Amanęum Sancti Nicolai in carcere Tulliano de Albreto Diaconum S. R. E. Cardinales: necnon Reuerendos patres Franciſcum Archiepiſcopum Lugdunenſem, & Triſtandum Archiepiſcopum Senonenſem, & Guillel. Lodouenſ. Petrum Lucionenſ. Franciſcum Ruthenenſ. & Anthonium Angoliſmen. Epiſcopos, qui Iudices & commiſſarij ipſorum volentium diſcedere cauſis diligenter inſpectis, ſic licentiam diſcedendi impartiri valeant, quod nullum huic ſacro Concilio ſaltem graue detrimentum ex eorum diſceſſu proueniat: & duo ad minus de ipſorum quatuor Reuerendiſſ. dominorum Cardinalium, duoq; de eorumdem ſex dominorū Pręlatorū numero in hoc conſentiant.

Concilium ad tempus Mediolanum è Pisis transfertur.

ITem, quia ex nuperrime emersis ac intellectis in diesq; emergentibus causis iustissimis quidem vrgentissimis ac euidentissimis ab his qui præsertim huic sacro Concilio fauere debuissent suscitatis, locũ ipsum Concilij transferri oportere sancta hæc Synodus animaduertit, nec pro tẽporis angustia facile occurrat quis potissimum locus deligẽdus videatur, cõsilio enim opus est, præcipitique sententiâ tanta res minime est concludenda, præcipuè cum ex huius sanctæ Synodi cõmuni voto ad omnem dissentionis & schismatis materiam repellẽdam decretum sit ad sanctissimum dominum Papam Oratores mitti debere, qui de accommodo omnibusque communiter tuto ac idoneo loco, iuxta tradenda mandata pertractẽt, ac dum ab æquo iustoq; eius Sanctitas non declinet in commissis conueniant & concludant, statuit & decernit absq; vlla sui dissolutione ipsam sanctam Synodum ad inclytam Mediolani ciuitatem interim in assidua continuatione ad tempus trãsferri, prout ex nunc sancto Spiritu auctore transfertur. Vbi vero tandiu permaneat, quandiu vel cum eodem sanctissimo Papa (quod vtinam succedat) de communi loco cõcordi assensu concludatur: vel si (quod absit secus) accidat, grauius maturiusque quorsum nauandum sit ab ipsa sancta Synodo definiatur. Præsentis itaq; decreti tenore, omnibus & singulis conciliaribus Patribus, membris officialibus, ac suppositis, post hanc expletam sessionem ab hac Pisana ciuitate discedendi ipsa Synodus licẽtiam impartitur. Mandat verum ijsdem,

ac ſub iuridicis alijſq; pœnis eius arbitrio infligendis diſtricte præcipit, vt omni exceptione remota curent efficiantq; intra octauam diem proximi menſis Decembris, legitimis ceſſantibus impedimentis, in antedicta Mediolani ciuitate conuenire. Ipſa quoque die hora xx. in ædibus habitationis Reuerendiſſimi domini Cardinalis ſanctę Crucis ſacræ huius Synodi Pręſidentis, ad tractãdum, conſulendum & cõcludendum quæ in quarta futura ſeſſione videbũtur definienda cõpareant. Eam vero ſeſſionem in die feſto diuæ Lucæ xiij. dicti menſis in cathedrali eiuſdem ciuitatis templo celebrandam pronũciat. Datum Piſis xij. die menſis Nouembris. M. D. XI.

Interrogati mox à ſcrutatoribus omnes & ſinguli Patres, ſi prelibata decreta placerent, annuerũt. Quibus omnibus & ſingulis teſtes rogati interfuerunt, memorati domini de Fuxo ac Regij Procuratores; Fiſcaleſq; Procuratores ac Promotores petierunt & rogarunt de iiſdẽ ad futuram rei memoriam à Protonotarijs & Notarijs publicũ & publica fieri inſtrumenta.

Acceſſus patrum è Piſis Mediolanum.

PRofecti è Piſis Patres inclytam Mediolani ciuitatem die vij. ſupradicti menſis Decembris, pręcedente Synodali cruce, ingreſſi ſunt. Agebatur ea die Diui Eccleſiæ Doctoris eiuſdemque Ciuitatis Archipręſulis Ambroſij ſolennitas: vniuerſuſq; Clericorũ & regularium virorum cœtus, cum vexillis ac ſacris Hymnorũ modulationibus, regiuſq; Senatus, Magiſtratus, Collegia, Patricij, peneq; innumerabilis popul⁹ magno & exquiſito apparatu ſanctę Synodo obuiã ad eã Ciuitatis portã, quę Romana dicitur, occurrerũt ad ſummum

ad summum vsque templum campanis vndique resonantibus, tecto pannis itinere: clangentibus tubis alijsque musicis instrumentis, aures & aura mulcentibus deuotiùs sunt prosecuti: decantata demum Antiphona & collecta de sancto Spiritu solennique per Præsidentem Concilij benedictione exhibita, in propria singuli hospitia se contulerunt.

Octaua supradicti mensis die, generali congregatione facta in ædibus reuerendissimi domini Cardinalis sanctæ Crucis in Concilio Præsidentis, ob iustam & necessariam rationem, signanter propter Heluetiorum incursũ, & ciuitatis turbationem ex communi Patrum assensu decretum est generalem sessionem quæ seruari debuit præfata Sãctæ Luciæ die XIII. Decembris ad quartam sequentis anni Millesimi quingentesimi duodecimi Ianuarij diem iuxta subinsertam schedulam transferri.

SCHEDVLA

Ad laudem Omnipotentis dei, exaltationemque Catholicæ fidei, tranquillitatem & pacem Christianæ Religionis, reformationemque vniuersalis Ecclesiæ sanctæ Dei, mandato Patrũ sacrosanctæ Pisanæ Synodi in inclytam hanc Mediolani ciuitatem per continuationem ad tempus translatæ, intimatur omnibus & singulis ipsi sacro Concilio interesse debentibus, quod quarta ipsius sanctæ Synodi sessio quam die diuæ Luciæ XIII. presentis mẽsis Decembris futuram eorumdem Patrum decreto Pisis sancitum erat, ex iustis & vrgentibus causis ad quartam proximi

Ianuarij diem sequentis anni M.D.XII. ipsorummet Patrum communi consilio transfertur. Quare debentes comparere nisi legitimé impediti sub pœnis iuris appareant. Datum Mediolani in generali Congregatione habita in ædibus Reuerédissimi domini Præsidentis in Concilio, die lunæ octauo Decembris, Anno à Natiuitate Domini M. D. XI. Pontificatus sanctissimi in Christo Patris Domini Iulij Papæ II. anno nono, sub sigillis quinque Cardinalium quibus ipsa Synodus inpræsentiarum vtitur.

Præsens vero schedula per Cursores Concilij affixa est Cathedralis Ecclesiæ valuis & de affixione facta est per eosdem relatio.

QVARTA SESSIO

Die Dominico quarto Ianuarij M. D. XII. indictione XV. Pontificatu quo supra, fuit generalis sessio in Cathedrali Mediolanensi Ecclesiæ Præsidéte Reuerédissimo domino Sanctæ Crucis Cardinale, astantibus Reuerédissimis Cardinalibus, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Procuratoribus & Doctoribus qui & Pisis astiterunt, additis quoque (qui superuenerāt) Reuerendissimo in Christo patre domino domino Fœderico sancti Angeli, S. R. E. Diacono Cardinale Sanseuerino, & Reuerédis Patribus Egidio de Lucemburgo, Pare Franciæ Cathelanens. Antonio de Basco Bitarrens. Gaspare de Turnone Valentium, & Dien. Antonio Trinultio Hastens. Baptista Bon-ioanne de Rachanatis Lentien, & Ludouico de Gaudiosa sancti Florii Episcopis, Theodoro de Sancto Chiamundo

Sancti Antonii Vienens. supremo ordinis, & Augustino de Sansonibus Clareuallens. Abbatibus Reuerendiss. in Christo pater Dominus Renatus de Prie Cardinalis Baiocensis Missam de sancto Spiritu soléni apparatu celebrauit. Decantatis vero letaniis præmissisque consuetis orationibus ac per Reuerendum patrem dominũ Zachariam Subasiens. Abbatem pronunciato Euangelio. *Qui vos audit me audit, & qui vos spernit me spernit*, quod in communi Martyris officio recolitur, Reuerendus Pater dominus Iacobus de Bachimont Abbas sancti Euodii de Brana totius Præmonstratensis ordinis generalis procurator, & Parisiẽsis doctor Theologiæ, assumpto themate *Deus stetit in Synagoga deorum*: in medio autem deos diiudicat psal. lxxxi. ob Octauam quæ agebatur beatorũ Innocentium diem, de iisdem concionem habuit. In qua de generalis Concilii manifestissima & ineuitabili necessitate de summoque in collabentis Ecclesiæ reparationem feruore habendo copiosè disseruit. Narrabat euidentissimorum criminum sentes, qui modernis temporibus vineam domini (præsertim Ecclesiasticum statum) vndique circumuallant & occupant, non nisi œcumenicæ Synodi falce ac censura eradicari posse. Impleto autem sermone Reuerendus pater dominus Guillelmus Lodouensis Episcopus ascendit Ambonẽ, & infrascripta decreta distinctè promulgauit.

DECRETA QVARTÆ SESSIONIS
Mediolani habitæ.

Opera summa, impensa à Synodo, pro habenda Papæ concordia.

IN NOMINE sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Patris & Filij & Spiritus Sācti Amen. Sacrosancta generalis Synodus Pisana ad hæresum, errorū, & schismatum extirpationē ac reformationem Ecclesiæ in capite & in membris, pacemque Christianorum & contra Infideles expeditionem diuinitus inspirata in spiritu Sancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam represētās & ad Inclytam hanc Mediolani ciuitatem ad tempus translata eodem inspirante, decernit, statuit, definit, ordinat, & declarat, prout sequitur.

In primis quoniam ipsa Sacrosancta Synodus plurimum desiderat omnes fideles passim intelligere quanta diuini luminis irradiatione sit indicta & incepta, quantoque iustitiæ & pietatis zelo progredi intendat, ad veram Ecclesiæ pacem & reformationem cum vnione & concordia sanctissimi domini Iulii Papæ II. (si per eius sanctitatem non steterit) ita vt cum ea aūt legatorum ipsius præsentia continuari debeat & terminari: ob eam causam & Pisis in sessione tertia quatuor oratores ad eiusdem sanctitatē, sacrumque Collegium Reuerendissimorum dominorum Cardinalium Romæ existentium destinauit cum instructionibus, quarum tenorem de verbo ad verbum

inserendum esse decreuit.

Instructio data venerabilibus & nobilibus viris, dominis Ioanni de Rebiaco, Abbati & totius ordinis Cluniacensis Vicario: Ambrosio Zanchæ, Ioanni de Fraxino Tholosanæ Ecclesiæ Archidiacono, & eiusdem Vniuersitatis oratori, ac Nicolao Chelmot Vniuersitatis Pictauiensis oratori sacri Concilij Pisani moderni, oratoribus ad sãctissimum dominum nostrum Papam & sacrum Collegium Reuerendiss. dominorum Cardinalium.

OFFERTVRA SYNODO PAPÆ facultas eligendi communem locum pro Concilio.



PRIMO ex Florentia cùm ordinatione domini Episcopi Heduensis mittetis ad Romanam Curiam pro opportuno saluo conductu obtinendo, eoque obtento ad sanctissimum dominum Papam accedetis: eiusque Sanctitati post humilem ac deuotam commendationem & reuerentiam hæc exponetis.

Primò, quod licet Patres Pisani Concilij solo puroque iustitiæ & religionis zelo moti, ac vt Constãtiensi constitutioni quæ incipit *frequens*, votoque & iuramento tandem satisfacerent, Pisanum Conciliũ iure optimo indixerint & postea auctore Deo congregauerint: ne tamen (quantum per eos fieri posset) dissentionis, scismatisque (quod absit) in Ecclesia dei occasio pararetur, imo omni conatu auferretur, eos

misisse superioribus diebus speciales nuncios ad sacrum Collegium Reuerendissimorum dominorum Cardinalium Romæ degentium, quosque eorumdem nomine omnibus persuasionibus præcipuè rogarent, vt apud Sanctissimum dominum Papam intercedere dignarentur: quatenus eius Sanctitas per viscera misericordiæ Dei nostri, tandē se exorari sineret ad locum aliquem communem atque omnibus tutum ac securum, qualem minimè nunc esse vrbem Romanam omnibus notorium est, pro celebrando vniuersali Concilio deligendum & concedendum: qui tamen post multa super hoc pertractata nihil prorsus obtinere potuerunt. Qua ex re tametsi palam effectum sit Sanctitatem eius ab huiusmodi concordia prorsus alienam esse: quod postea longè manifestius aparuit ex iniusta & illegitima (pace Sanctitatis suæ dictum sit) priuationis & exauthorationis sententia, contra quatuor ex Patribus indictoribus dicti Concilij lata, à qua antea & post Patres ipsi ad nos appellarunt: vt tamen notum omnibus fiat sanctam ipsam Synodum in omnibus cum benignitate, humilitate, & pace ambulare, debitamque reuerentiam nunquam denegare recta via ad ipsum Sanctissimum dominum Papam vos Oratores mittendos duxit cum mandato & speciali potestate expressa: quod ipsius Synodi nomine eius Sanctitati offerantur infrascriptæ ciuitates ferè omnes Imperiales videlicet in Italis Vercellæ, Taurinum, Casale montis Ferrati, & Verona: extra Italiam verò Gebenna, Constantia, Bisuntium, Metis, Auinio, & Lugdunum, in optionem & liberum arbitrium ac beneplacitum

eam quam maluerit pro loco vniuersalis Concilij deligendi: quam electionem vbi fecerit, Synodus ipsa libentissimè acceptabit, eòque protinus se transferret communi concordique consensu ea quæ ad commune bonum (præsertim ad bonorum S. R E. defensionem & recuperationem, pacemque Christianorum, & Infidelium expugnationem) pertinebunt, omni cum alacritate & iucunditate, vnà cũ ipso sanctissimo domino Papa vel eius Legatis aliisque Reuerẽdissimis dominis Cardinalibus & prælatis, qui conuenient, tractatura.

DATVR PAPÆ FACVLTAS nominandi decem loca pro Concilio celebrando quæ si Papa eligere recusarit, Synodus ad vlteriora procedet.

DEINDE si ex prędictis locis nullum Sãctitas eius acceptandum duxerit, ad maiorem rursus optimæ eiusdem Synodi intentionis euidentiam, clariusque reuerentiam erga Pontificem demonstrandam, offeratur ei facultas nominandi totidem ciuitates Imperiales in Italia, quæ nec sub temporali ipsius, nec sub Venetorum iurisdictione existant: qua nominatione habita, & ad patres ipsius Synodi transmissa, paucos intra dies curabitur per patres ipsos commodè responderi.

Quod si nec hoc Sanctitas eius facere voluerit, Synodus ipsa tot honestissimis & humanissimis condi-

tionibus toties reiectis ad vlteriora procedendum apertissimè excitatam se intelliget, & propterea infra quadraginta dies à data præsentium quod iuris & rationis fuerit prouidebit, & cum Deo efficiet in Ciuitate Meliolani. Ad quam iustissimis ex causis ex ordinatione eiusdem Synodi in tertia sessione Concilium ipsum ad tempus translatum extitit.

PETIT SYNODVS RES Bononiensium & Ferrariensium absque Christiani sanguinis effusione tractari.



RÆTEREA, dicetis eius Beatitudini & reuerendissimis dominis Cardinalibus, quod desiderat Sancta Synodus res Bononienses & Ferrarienses & alias quaslibet ad S. R. E. attinentes, sine armis & effusione Christiani sanguinis tractari, & proinde quod in iis ipsa Synodus omni auctoritate, fauore, & diligentia, quantum cum Deo poterit, assistet eius Sanctitati dummodo deponantur arma & intermittantur bella: vel super eis amicabiliter transigatur, & abstineatur, quousque per generale Concilium huiusmodi causarum iudicem competentem quid iuris sit definiatur. Sic enim parcetur Christiano sanguini, nec spes pacis in Ecclesia, concordiæ fidelium, & expugnationis Infidelium prorsus euertetur. Reliqua vestræ solitæ prudentiæ relinquuntur: Ita vt mandata præscripta, prout certò confidimus non excedantur. Datum Pisis in monasterio Sancti

Mi-

Michaëlis, in generali congregatione nostra XII. Nouembris. M. D. XI. sub sigillis quatuor Cardinalium, quibus pro suo Synodus ipsa inpræsentiarum vtitur.

DATVR ADHVC XXX. DIERVM *spatium Papæ ad eligendum locum seu nominandum.*

ET quoniam dicti Oratores accedentes Florentiam ac deinde fidelem ac legalem Florẽtinæ Reip. Cursorem ad Romanam Curiam mittentes vt saluum conductum à summo Pontifice implorarent, non modo non obtinuerunt, sed etiam ipsi tabellario adeo graues minæ illatæ fuerunt, quod timore carceris & vitæ, vt saluti suæ consuleret, re infecta fugam arripere coactus fuerit, & ad eosdem Oratores redierit, prout ex instrumento super hoc confecto latiùs constat: & quamuis clarè & euidenter ex his pateat eius sanctitatem pacem & reformationem Ecclesiæ denegare & tam honestas ac humiles oblationes contemnere, vt tamen sancta Synodus magis ac magis apud Deũ & homines officio suo satisfaciat, & per eam non videatur stare, quin pax & reformatio prædictæ & expeditio contra Infideles (quod ab ea semper optatum est) efficaciter persuadeantur & inducantur, & vt vnio Ecclesiæ cui maxime studet, conseruetur, sancta hæc Synodus ad maiorem abundantiam statuit

& concedit pro omni & peremptorio termino alium terminum triginta dierum à die præsentis sessionis (quæ quarta Ianuarij anno domini milesimo quingentesimo duodecimo Mediolanj celebrata est) currentium ad respondendum & acceptandum vel nominandum aliqua loca iuxta instructionem præinsertam. Quod si Sanctitas eius tantam huius Sanctæ Synodi obseruantiam & benignitatem non audiuerit sed contempserit, quod de eius beatitudine minimè credendum est, & in sentẽtia hanc Synodum impediendi permanserit: Synodus ipsa elapso dicto termino, prout iuris fuerit & rationis, ad fines congregationis suæ effectualiter procedet. Nihilominus tamen dicto termino pendente prout rerum necessitas suadebit & qualitas agendorum requiret, in vlteriori prosecutione Concilij & agendis in eo procedere intendit ordinatè, debitè, & maturè, nec propterea aliqualiter supersedere. Et quia ad summum Pontificẽ super huiusmodi causa Concilij notoriè non est tutus accessus, vult ipsa sancta Synodus & decernit, quod huiusmodi decretũ de prædictis terminis præfixione per illus affixionẽ Sãctitati eius publicetur & intimetur si commode fieri potest, in locis contiguis & vicinis ex quibus verisimiliter ad notitiã ipsius Papæ peruenire possit, vel ad minus in Ciuitatibus Mediolanensi & Florentina. Decernit insuper affixionem eiusmodi vim publici edicti habere, Sanctitatemque eius perinde monitam & requisitam, ac si personaliter illi fuisset decretum hoc intimatum vel exhibitum, quũ non sit verisimile ipsi Pontifici fore incognitum & occultum quod tam patenter omnibus publicatur.

MONENTVR PAPA ET Christiani Principes ad bella intermittenda.



TEM, ne bellorum turbines Reformationi Ecclesiæ, & contra infideles expeditioni memoratæ impedimenta subministrent, rogat & per viscera misericordiæ Dei nostri monet, ac exhortatur omnes tã Sanctissimum dominũ Papam quàm serenissimum Romanorum Imperatorem electum, & Christianissimum Francorum, ac Catholicum Arragonum & Siciliæ, cæterosque Reges & Principes, nec non illustres Duces, & Senatũ Venetorum ac Ferrariæ, Rectoresque Bononiensis Ciuitatis & alios Ciuitatum Magistratus, ac quoscumque fideles, inter quos bellum de proximè & præsenti formidatur, vt velint & debeant ab armis desistere, ab inchoatisque & imminentibus bellis cessare, causasque ipsorum bellorum huic sacrosancto Concilio remittere, à quo diligentissimè via iuris vel amicabilis compositionis, aut ad idoneos arbitros remissionis partibus gratos & fidos, omni conatu procurabitur iusta, grata & celeris expeditio omnium differentiarum & altercationum, vt hac via parcatur Christiano sanguini, pax inter fideles reintegretur, schismatici ad vnitatẽ Ecclesiæ Dei reducãtur, iustitia vnicuique reddatur, pacatisque fideliũ animis certior, solidior, atque celerior cõtra Infideles expeditio assũatur.

Obedientes autem huic decreto ſancta Synodus gratiſſimè excipiet & tractabit. Contra verò alios pacis fœdera non acceptantes, prout iuris fuerit & rationis procedet, dicens cum Regio Propheta *Diſsipa gentes quæ bella volunt.*

ADMITTVNTVR PRÆLATI QVI post inchoatum Concilium ad illud venerunt.



TEM admittendos ducit in huiuſmodi Concilio prout admittit omnes Cardinales & Prælatos, alioſque quoſcumque de iure vel conſuetudine Cōciliis generalibus intereſſe debentes, qui poſt inchoatum Concilium ad illud venerint & conuenerint: ita tamen quod ad inſtar aliorum Conciliarium iuramentum incorporationis in reliquis Conciliis conſuetum realiter exhibeant.

IRRITANTVR IVRAMENTA eorum qui ad Concilium non venire iurarunt.



TEM, ne vi iuramenti aut promiſſionis alicui factæ aliqui aſtrictos ſe putent, vt ad hoc ſacrum Concilium venire non poſſint, aut debeant ſancta Synodus ordinat, ſtatuit, decernit, & declarat quod quicumque & ſinguli Reuerendiſ-

ſimi Cardinales, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Prælati, Reges, Principes, Duces, Marchiones, Communitates Comites, Barones, Vicarij Romanæ Eccleſiæ, Vaſſali Romanæ Curiæ, Officiales, ſummi Pontificis familiares, ſiue alij cuiuſcumque conditionis exiſtant, aut quibuſcumque nominibus cenſeantur, per iuramenta, promiſſiones, vel quaſlibet alias obligationes præfato ſummo Pontificij ſeu alteri ad hoc eius mandato deputato aut deputãdo ſeu quibuſuis aliis quomodolibet ſuper quacumque re vel cauſa & ſub quacũque verborũ forma præſtita ſeu præſtanda nullatenus obligentur, aſtringẽtur aut ſe impeditos à tã ſancto & neceſſario opere reformationis & pacis Eccleſiæ, ac expeditionis cõtra Infideles occaſione dictorum iuramentorum, promiſſorum aut obligationum prætendere poſſint, etiã in futurum. Quinimo abſque periurij & infamiæ nota qua de iure aut conſuetudine ſunt aſtricti aut vocati & requiſiti & omnium prædictorum Procuratores adhærere obedire ipſi ſacroſancto Concilio, & ad illud liberè accedere in eoque intereſſe poſſint & teneantur. Præcepta verò quæcumque, proceſſuſque, & ſuſpenſionis, excommunicationis, aggrauationis, reagrauationis & interdicti, necnon priuationis dignitatum, beneficiorum ſeu officiorum quorumcũque & Commendarum, reuocationis ac inhabilitationis, periurij, & infamiæ ſententias, aliaſve pœnas, mulctas, cenſuras, in ſe continentes contra Reuerendiſſimos Cardinales, Patriarchas, Primates, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Protonotarios, Abbates, Præpoſitos, Decanos, Archidiaconos, Archipreſbyteros,

Beneficiatos, Doctores, Magiſtros, Conſultores, & alios quoſcumque Officiales huic ſacro Concilio adhærentes & adhæſuros, eorumdemque omnium & ſingulorum familiares factores, & defenſores, ac quoſuis alios dicto ſacro Concilio adhærentiam & fauorem exhibentes, aut ab eo & eiſdem dependentes occaſione ipſius ſacri Cōcilij & præmiſſorum per ipſum ſummum Pontificem vel quemcumque aliũ quauis etiam ipſius Romani Pontificis auctoritate fulminata & fulminanda, cum omnibus & ſingulis inde ſecutis & ſecuturis eadem ſacroſancta Synodus nulla, caſſa, irrita, ac penitus nullius roboris & momenti exiſtere pronunciat, definit, & declarat, quatenuſque de facto proceſſerunt ſeu proceſſerint reuocat, caſſat, irritat, & annullat, ac pro caſſis, irritis & nullis habenda determinat.

NEMO IMPETRET AVT acceptet Beneficia Conciliarium.



TEM prohibet ſub excommunicationis & Anathematis pœna, ne quis Eccleſias, monaſteria, dignitates, officia, & beneficia quæcumque, ac penſiones, obedientiam & iura quæcumque debita huic Sanctæ Synodo incorporatorum & incorporandorum, ſeu eorumdem familiarium, ipſis viuentibus (per priuationes aut alios proceſſus, prætextu dicti ſacri Concilii à ſanctiſſimo domino Papa fulminatos aut

fulminandos)impetrare&obtinere procuret:aut aliquo modo acceptet., etiã si motu proprio de illis per prælibatum dominum Papã prouideatur,nec talibus prouisionibus factis vel faciendis se ingerat. Quod si post huiusmodi promulgationẽ contra fecerit, vltra prænominatam pœnam, sit quoque ipso facto perpetuò priuatus Ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, Commẽdis, Officiis, beneficiis ac pensionibus quibuscũqueEcclesiasticis inhabilisque penitus ad illa & alia obtinenda & habenda de quibus per huiusmodi genus vacationis per eos ad quos pertinet prouideri possit & debeat.

LITERIS CONCILII PLENA fides exhibeatur.



ITEM statuit, decernit & ordinat, quod quibuscũque veris literis sub sigillo ipsius sacriCõcilij confectis & conficiendis, in quibuscumque causis & negotiis firmiter stetur in iudicio & extra : eisque vbicumque exhibitæ fuerint vel ostensę plena fides exhibeatur committẽtesque falsitatem in ipsis illas Ecclesiasticas censuras & pœnas incurrant, quas falsificatores literarum Apostolicarum incurrunt.

PRÆTEXTU MONITORII PAPÆ, domeſtici & familiares Patrum Concilij non diſcedant abſque licentia dominorum ſuorum.



TEM quoniam ad aures huius ſanctæ Synodi peruenit S. D. Papam, vigore cuiuſdam monitorij ſub grauiſſimis & crudeliſſimis cenſuris ac pœnis (præſertim priuationibus omnium & ſingulorum quorumcumque officiorũ & beneficiorum Eccleſiaſticorũ) requirere vel requiſiuiſſe aut requiſiturum fore omnes & ſingulos Prælatos domeſticos ac familiares Reuerendiſſimorum Cardinalium, & aliorum dominorum præſenti ſacro Concilio adhærentium & adhæſurorum, quatenus à dicto Concilio & ab eiſdem Reuerendiſſ. D. Cardinalibus & aliis Patribus Conciliaribus ac eorundem obſequiis infra certum terminũ protinus & penitus diſcedere debeant & teneantur, cùm prælibatum monitorium de directo processerit & procedat contra ipſum ſacrum Concilium & eius ſuppoſita, iamque per ſancta Conſtantienſe, Baſilienſe & præſens Piſanum Concilia definitum ſit & declaratum huiuſmodi pœnas, cenſuras, proceſſus, & monitoria nullius fore roboris & momenti: eiſque vti nullis & erroneis nullatenus obediendum, ordinat, ſtatuit, determinat, definit & declarat, necnon in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub excommunicationis

nicationis latæ ſententiæ perpetuæque priuationis omnium & ſingulorum quorumcumque Officiorũ & beneficiorum Eccleſiaſticorum, aliis quoque grauioribus arbitrariis pœnis rigoroſiſſimè cum auxilio etiam brachij ſecularis infligendis (vt quos Dei timor ſanctus non mouet, pœnarum ſaltem terror impellat) præcipit & mandat ipſa ſacroſancta Synodus quatenus prædictorum domeſticorum Prælatorum ac familiarium nullus à prælibatis Reuer. Dominis Cardinalibus aliiſque patribus Conciliaribus niſi de eorum licentia, prætextu dicti monitorij, diſcedere poſſit & valeat. Datum Mediolani in publica Synodali ſeſſione IIII. die Ianuarij anno à Natiuitate Domini M. D. XII.

Scrutatores verò interrogarunt omnes ſingulos patres ſi promulgata placerent, qui reſponderunt, *placent*. His quidem omnibus & ſingulis interfuerunt Illuſtris dominus Iacobus Triuultius Viglenani Marchio & magnus Franciæ Mareſcallus, magnificique D. Jacobus Oliuerius Regius Mediolani Cancellarius & Thomas Bohierus regius generalis Normandiæ Quæſtor teſtes rogati: Promotoreſque ac fiſcales Procuratores petierunt ſuper præmiſſis publicum & publica à Protonotarijs & Notarijs confici inſtrumẽta duo quoque huius ſeſſionis priora decreta, quę ſanctiſſimum Dominũ Iulium modernum Pontificem ſuper concordia communis loci, omneſque & ſingulos Chriſtianæ religionis Principes, ſuper deponendis armis & à Chriſtiano bello ceſſando tangunt & concernunt, affixa ſunt valuis cathedralis Mediolanenſis Eccleſiæ per Curſores Sanctæ Synodi, ac per

eosdem de affixione est data relatio: itidem & in valuis Florentinæ Ecclesiæ maioris, & in aliis eius Ciuitatis publicis locis, vt per testes & legales Tabelliones apertè constare dignoscitur.

QVINTA SESSIO



DIE Mercurij vndecima Februarij anno domini M.D.XII. indictione quintadecima, Pontificatus Sãctissimi in Christo patris Domini Iulij Papæ secundi anno nono, celebrata est quinta Sessio in summo Mediolanensi templo, Præsidente Reuerẽdissimo Cardinale Sanctæ Crucis qui & Missarum solennem ritum de sancto Spiritu deuotissimè persoluit. Factis letanijs & Cleri processionibus, per Reuerendumque Patrem dominum Zachariam Abbatem Subasiensem pronunciato Euangelio *Respiciens Iesus in discipulos suos dixit Simoni Petro, Si peccauerit in te frater tuus corripe eum. Math.* 18. quod legi consueuit Romano more feria tertia tertiæ quadragesimalis hebdomadæ: prælibatus Reuerendissimus Pater commendans ipsam Euangelicam lectionem quam dicebat galeatum prologum omniumque Synodaliũ sessionum egregiam præfationem: quibus luculentissimè constabat quorumcumque fidelium reformationem ad Catholicæ Ecclesiæ officium potissimum pertinere: totiusque Ecclesiasticæ reparationis fundamentum liquenter in ea consistere ex

conceſſa ſibi à Chriſto clauium poteſtate ibi. *Quorum remiſeritis peccata &c.* & diuina aſſiſtentia in executione ſignanter in eius nomine congregatis repromiſſa ibi: *Vbi duo vel tres congregati &c.* aſſumpto themate: *Lex domini immaculata conuertens animas, teſtimonium domini fidele, ſapientiam præſtans paruulis* Pſal. 18. de ſacrarum Scripturarum mirabili concordia ac nouæ legis ſumma excellentia ſermonem edidit in Synodo elegantem. Metrum quippe ipſum 18. Pſalmi in quo thema collocauerat, plenam fermè fraternæ correptionis legem à domino Chriſto 18. Math. capite deſcriptam implicitè & bifariam cõtinere demonſtrauit. Primam profecto partem ad actum Charitatis pertinentem docuit in eius verſiculi anteriori ſerie, videlicet. *Lex domini immaculata conuertens animas.* Lex ſcilicet correptionis, propter enim tranſgreſſionem poſita eſt. Galath. 3. & non iuſtis ſed iniuſtis 1. Thĕ 1. domini id eſt Chriſti. Pſal. 119. *Dixit dominus domino meo.* Immaculata quæ etiã occulta corripit & emendat. *Si peccauerit in te, id eſt* te ſolo ſciente vel ſolum contra te frater tuus, *corripe eum inter te & ipſum ſolum: Conuertens animas*: quoniam ſi te audiuerit lucratus es fratrem tuum. Secundam vero partem ad actum iuſtitiæ, ſcilicet de adhibendis teſtibus: ſi correptus non conuertitur frater de dicendo Eccleſiæ: de puniendo per excluſionem, vt veluti ethnicus habeatur & publicanus, & ad inſtar ſcandalizantis oculi eruatur & proijciatur, cui reſpondent poſteriora thematis verba illa. *Teſtimonium domini fidele.* Ideſt verum quale duorum vel trium, quale potiſſimum habetur Eccleſiæ.

Hoc quippe testimonium ac iudicium excludendo à mystico corpore errantem incorrigibilem præstat paruulis in merito virtutum sapientiam: vel quoniá vexatio dat intellectum auditui. Isay. 38. Eosdem paruulos sapere efficit quæ Dei sunt, vel quod iuxta Apostolicum dictum. 1. Timot. 5. huiusce generis peccantes coram omnibus arguti cæteros omnes in metu ita constituunt vt sapientes effecti eorum non imitentur detestanda facinora, quos in facie ipsius Ecclesiæ confusos aspiciunt. Iuxta enim sapientis vocem Ecclesi. 8. *Quia non profertur cito sententia contra malos, filij hominum absque timore vllo perpetrant mala.* De lege itaque Euangelica ad literam intelligenda fore thematis verba idé Reuerendissimus Pater apertissimis cõprobauit rationibus, & ex Psalmo, & quod à Paulo Rom. 10. pro lege Euangelica inde sumitur argumentum eamque solam Antonomasticé sex illis nominibus Dauidico ore contestatus est appellatam, videlicet lex & domini & immaculata & conuertens animas, & fidelis, & sapiés, hæcque eminétissimè huic legi reformationis & correctionis examussim conuenire. Multa hoc in loco difficilia enodauit mysteria, variaque ad morum censuram proficua & notatu digna elucidauit, signanter Synodales congregationes ad hoc potissimum fore compertas: vt fideles ad Euágelicæ legis quam profitentur conformitatem deducantur, ne videlicet sint exleges, ne inimici domini, ne maculati, ne in delictis obdurati, ne infideles, ne insipientes, quæ omnia & in sententiæ substantia & in accidente numeri circa Psalmi & Euangelij capita vtrobique XVIII. omnium arbitrio perspicuè quadra-

bant, ac si egregius Prophetarum Dauid legem hanc correptionis & reformationis illuminata mentis acie præuidisset.

Patefecit insuper euidentissimis rationibus, exemplis, similitudinibus, ac diuinis auctoritatibus nusquam ab nascentis Ecclesiæ exordio ad hanc vsque tempestatem tantam congregandæ Ecclesiæ per generale Concilium affuisse necessitatem, quanta modo incumbit.

Adduxit quoque causas quibus ab Apostolis quatuor Concilia in Apostolicis Actibus I. VI. XV. & XXI. capitibus celebrata leguntur, & quatuor illa prima post Apostolicos Concilia Orientalia (quæ Magnus Gregorius veluti quatuor Euangelij libros se venerari fatetur) habuere exordia atque exitus celebratissimos, Nicænum videlicet primum sub Syluestro & Constantino, Constantinopolitanum primum sub Damaso & Theodosio seniore, Ephesinum primum sub Cælestino & Theodosio Iuniore. & Chalcedonēse sub Leone primo & Martiano. Causas eorum octo Conciliorum in genere saltem, & multo maiores (peccatis exigentibus plurimorum) hodie concurrere luce clarius demonstrauit. Non enim (aiebat idem Reuerendissimus Pater) deest modo occasio damnādi Iudam venditorem Saluatoris, pertractandique in Apostolico primatu melioris sanctiorisque electionis formam, quod primæ Hierosolimitanæ Synodo congregandæ materiam tradidit oportunam. Non deest de commendabili ac fideli mensurarum administratione tractandi occasio, cùm Ecclesiæ temporalis substantia detestandæ dilapidationi, pessimæ-

que distributioni iamdudum subiaceat: quod secundum Hierosolymitanum promouit Concilium. Nõ desunt enucleandarum legalium quæstionum detegendorumque errorum potissimæ causæ, sicuti de virgineo conceptu & magna inde fidelium discordia, de excessu Ecclesiastici Calendarij, & compluribus aliis diuinæ legis quæstionibus, quæ non nisi in œcumenica Synodo vbi dicendi copia & libertate in pertinentibus ad fidem & salutem ex multis ratiocinationibus & sententiis ac diuini Spiritus affluentia veritatis iudiciũ colligitur, commodè tuteque expediri possunt, ad quæ respondet Hierosolymitanũ tertium Conciliũ quod circa legalia coactum est. Non deest præterea dimicantes inuicem Christianos Principes pacificandi euidens ratio, quæ quartũ Apostolicum Conciliũ olim excitauit, vt cum fidelibus sanctæ legis æmulatoribus Paulus pacificé cõuersaretur. Quot hodie sanguinolentis pessumdata Italia bellis (ab eis præsertim suscitatis quibus pręcipua pacis cura inesse cordi deberet) Christiani sanguinis detrimẽta sustineat nemo est qui ignoret. Quæ contra immaculatæ fidei hostes assumenda forent, in nostrates, in confratres, & cohæredes (quod fari pudet) truculenta arma suscipiuntur: & quæ pro eximendo à diuturno Sarracenorum prophanatu Saluatoris sepulchro, redimendisque è longæua temeratione ac seruitute Orientalibus Ecclesiis exponẽdæ sunt (pro sacri & innocui effusione cruoris, proque diruenda religione) Romanæ opes, è Christi patrimonio, & Petri ærario disperguntur ac dissipantur. Si quoque nostræ ætatis varios errores antiquorũ falsis dogmatibus cõpare-

mus, inſpiciemus proculdubio longè vrgẽtiores cauſas Nicæna congregatione hodie ſubſiſtere, quia grauius quã Arrius Mahometes à vero deuiauit. Is enim circa Chriſti diuinitatem & humanitatem prophana dogmatizauit. Itidẽ Bohemi, Valdẽſes, & Vvicleuiſtæ grauiſſimos errores proferre & tutari nõ ceſſãt. Macedonius, propter cuius errorẽ Eccleſia primũ Conſtantinopoli congregata eſt, minus pernicioſè de Spiritu Sãcto ſenſiſſe videtur (vt Auguſtino curialiter & acutè placuit) quàm Simoniaci: ille enim dixit Spiritum Sanctum ſeruum eſſe Filij, ſed Simon pecuniæ ſeruũ factis ipſis quibus tota mens explicatur oſtendit. Ad excludendum errorẽ Neſtorij de duobus ſuppoſitis in Chriſto conuenit prima Epheſina Synodus, nonne & ad excludendum duo Conciliorum ſuppoſita, quę quaſi Chriſtum duas perſonas habentem & duas Eccleſias deſponſãtẽ oſtendunt, pacificè, tutè ac vniuerſaliter conuenire Eccleſiã Dei decuit? Sic enim iniqua hac via celerius abolebitur, qua verorum Conciliorũ ritus excludi cæpit & annullari. Si glorioſæ Virgini vnquã theotocon illud quod Epheſina prælibata Synodus definiuit, cõplacuit: grauiſſimũ hoc profecto futurũ eſt quo de ipſius fœlici cõceptu cũ omniũ pace & amore præclara elucidari ita poſſunt vt diuerſa pene Eccleſiæ ſuppoſita circa id vario opinatu diuiſa in vnius cũ antiquorũ & modernorum honore pariter & amore conueniant ſententiæ conformitatem. Chalcedonenſi Synodo congregandæ ob eum de vnica Chriſti natura errorẽ Eutiches Conſtantinopolitanus Abbas occaſionem præbuit. Nunquid & myſticę vnicam naturã Eccleſię ideſt vnicam communẽ viã & conſuetudinẽ peſſimæ promotionis fidelium non

excludemus? Simonem videlicet, vt ſit & natura & conſuetudo promotionis in Eccleſiaſtica Hierarchia per illas virtutes primis tribus illis ordinibus ſignificatas Charitatem videlicet per Seraphin, ſcientiã per Cherubin, ac per Thronos prudentiam & morum grauitatem, ne diuina cœlis chariſmata ſola poſſideat execranda fames auri. Quadruplici etiam lege Piſanum præſens conſtare Concilium docuit, naturali videlicet æquitatis & rationis neceſſitate in abigendo ſcilicet ab Eccleſia vitiorum ſquallore ac fœtore propulſando, quæ & ſine macula & ſine ruga eſſe debuit, iuxta Apoſt. Epheſ. 5. & diuina Chriſti in Euangelio, de quo ſermo, auctoritate, ibi *Dic Eccleſiæ.* Quando ſcandalum capitis extat incorrigibile, cùm omnis Cõmunitas electiua de iure naturæ habeat (cũ caput ægrotat incorrigibiliter) poſſe & debere illud ligare, curare atque ſanare, id Eccleſiæ ex Cõſtãtienſi & Baſilienſi ordinationibus ſub ea ſignãter Baſiliẽſi Synodi parte, cui etiam Eugenius Pontifex adhæſit. humana ipſius proculdubio D. Iulij Papæ moderni facultate Cardinalibus conceſſa, in euentum quod intra biennium à ſui creatione generale non celebraret Concilium, cuius Pontificis & complurium Dominorum Cardinalium neglectu, ad eos Patres eſt tranſlata facultas, qui vt œcumenicum Concilium indicerent, à Romana Curia Catholicæ prouiſuri Eccleſiæ ad tempus ſeceſſere, ſeque in ſancti Spiritus libertate conſtituere. Multa ſub breui compendio de fidelium fraternitate diſſeruit: & recreatione & redemptione diuina & fidei communi participatione, quæ Dei filios & cohæredes regni facit Ioan. 1. ſummumque

que etiam Pontificem legi fraternæ correptionis ſubeſſe clariſſimé demonſtrauit: ac Hoſtienſis (erga ſummos Pontifices in Eccleſiæ vniuerſalis euidens detrimentum circa ſecundam partem ipſius fraternæ correptionis) palpantia blandimenta liquidiſſimè confutauit. Nam aliàs Euangelium non extaret, quũ Petrum dominus remitteret ad Eccleſiam, nec tunc Prælatus aliquis accipiendus eſt cùm nullus ſit Petro ſuperior, ſed congregatio ipſa vniuerſalis Eccleſiæ cui capite 18. Math. quo explicatur cōtētio de maioritate Apoſtolorum, claues regni cœlorum primùm datæ cernuntur, & prout Hieronymus & Auguſtinus conſtantiſſimè aſſeuerant, & Petrum fuiſſe Eccleſiæ miniſtrum & executorem, & eius nomine claues accepiſſe definiunt. Nec illæ etiam exiſtunt ſolum claues ordinis, ſed & contentioſæ Iuriſdictionis: quum ad cauſam excluſionis capitis miniſterialis ab Eccleſia, vel aliorum membrorum (cùm incorrigibiliter ſcādaliſant) dari referantur, *Amen dico vobis quorum remiſeritis &c.* Sacri quoque authoritate Conſtantienſis Concilij, quod ad inſtar Nicæni in Eccleſia eſt venerabile quo potiſſimum illud *Dic Eccleſiæ* ad Cōcilium in reformatione etiam capitis referendum eſſe decernitur. Aliàs ipſius ſacri Concilij vigor penitus eneruaretur. Poſtquam verò de ipſa materia ſumma cum temperantia ac prudentia pulchra admodũ explicuiſſet, hortatus eſt omnes vt Orationibus, Ieiunijs & Eleemoſinis apud Omnipotentem dominũ inſtarent, apudque Principes, Potentatus, & populos curarent, vt in ſancta Chriſti fidelium vnitate, & Eccleſiæ reformationi, & Chriſtianorum perpetuæ

paci ac contra Infideles gentium populos assumendo bello, hæc sacrosancta Synodus rectè ac liberè consulere posset. Concione expleta Reuerendus Pater Dominus Iacobus de Bachimont, Abbas Sancti Euodii de Brana, Præmonstratensis Ordinis generalis procurator, suggestum ascendens infra positam decretorum scedulam mandato Patrum promulgauit.

Sacrosancta generalis Synodus Pisana in Spiritu Sancto legitimè congregata vniuersalem Ecclesiam repræsentans, & Mediolanum ad tempus translata, statuit, decernit, & declarat prout sequitur. Primò Constantiensis decreti sessione xv. commendabili ac necessariæ sanctioni inhærendo excommunicat & interdicit omnes & singulos cuiuslibet status, conditionis, gradus, & dignitatis existant, qui hoc sanctum Concilium seu ad illud aduentantes, venire volentes, in eo persistentes, & ab eo tempore discedentes, directe vel indirecte, factis, scriptis, aut verbis impedierint, vel molestauerint, ipsiusque decreti seu processus tenorem de verbo ad verbum inserendum esse determinat, qui est talis.

CONSTITVTIO CONSTANTIENSIS *contra inuaſores ſeu ſpoliatores accedentium & recedentium à Concilio.*



ACROSANCTA generalis Synodus Conſtanti. vniuerſalem Eccleſiam repræſentans in Spiritu Sancto ad extirpationem ſchiſmatis hæreſumque, & errorum, necnon ipſius Eccleſiæ in capite & in membris debitam reformationem legitimè congregata, ad futuram rei memoriam, iuſtitiam, & æquitatem exerceri non dubitatur, ſi quos noxiæ voluntatis adeo captiuat peruerſa intentio, quod proceſſibus Apoſtolicis imprudenter obuiare auctoritatem ſanctionis Canonicæ contemnentes, in aliorum prolabuntur iniurias & offenſas Eccleſiaſticâ cenſurâ percellat, & pro demerito culpæ rigorem adiiciat iudiciariæ poteſtatis. Nam ſi quilibet per campum licentiæ freno depoſito modeſtiæ vagaretur impunè, facile quiſquis ſæuiret in proximum & neruus diſciplinantis iuſtitiæ rumperetur. Sane licet nonnulli Roman. Pontifices antiquum Romanæ Eccleſiæ morem & conſuetudinem obſeruantes, prout ad eos ex debito Apoſtolatus ſibi iniuncti officij pertinebat, per certos ſuos proceſſus in die Cœnæ Domini annis ſingulis ſolenniter publicantes, inter alios omnes & ſingulos qui ad ſedem Apoſtolicam venientes vel recedentes ab ea, necnon in illos omnes

& ſingulos qui per ſe vel alium ſeu alias quaſcumque perſonas Eccleſiaſticas vel ſeculares ad Romanã Curiam ſuper eorum cauſis & negotiis accedentes illaque in eadem Curia proſequentes, aut Procuratores, geſtores, Aduocatos, & Promotores ipſorum ac etiam Auditores ſiue iudices qui ſuper dictis cauſis ſeu negotiis deputantur occaſione cauſarũ emergentium huiuſmodi verberant, mutilant, vel occidunt, cuiuſcumque dignitatis, ordinis, conditionis aut ſtatus forent: prædicta vel eorum aliqua cõmittentes excommunicationis, & Anathematizationis ſententias à quibus nullus per aliũ quàm per Romanum Pontificem poſſet (preterquã in mortis articulo conſtitutus) abſolui, nec etiam tunc niſi de ſtando mandatis Eccleſiæ & ſatisfactione præſtanda ſufficiẽti cautione præmiſſa, candelis accenſis & ad terram proiectis promulgauerant, & eos qui taliter excõmunicatis & Anathematizatis, vel eorũ alicui præſumerẽt beneficium abſolutionis impendere, ſimilibus ſententiis innodauerunt: eiſque prædicationis, lectionis, adminiſtrationis ſacramentorum Eccleſiaſticorum, & confeſſiones audiendi interdixerunt officium, necnon quicumque iniuriatores quorumlibet ad ſacra Concilia venientium ſeu ſtantiũ in ipſis aut recedentiũ ab eiſdem diuerſas cenſuras Eccleſiaſticas & pœnas tam ex canonis quàm diuini iuris diſpoſitione incurrant: tamen ſicut ad noſtram fide dignorum multitudine valida inſinuatione peruenit notitiam, nonnulli iniquitatis filij, perditionis alumni huiuſmodi cenſuras vilipendentes, ac huiuſmodi ſacri Cõcilij extirpationis, ſchiſmatis, hæreſum, & errorũ, ipſiuſque

Ecclesiæ reformationis perturbatores diabolico spiritu instigante, nec dignitati nec ordini deferentes, Dei timore postposito nefariis & sacrilegis ausibus nonnullas Ecclesiasticas personas & seculares etiam Pontificali dignitate præditas, ad sedem Apostolicã vel Romanam Curiam, seu præsens generale Concilium in ciuitate Constantiensi Prouinciæ Maguntinæ, vbi nunc Romana Curia existit in Spiritu Sancto legitimè congregata, venientes aut recedentes ab eisdem, inuadere, capere, arrestare, detinere, incarcerare, mutilare, occidere, ac spoliare bonis suis, vel iniuriis affligere quamplurimis, & alias malè tractare temeritate propria præsumpserunt & dietim præsumunt in Apostolicæ sedis & sacri Concilij vilipendium & contemptum, & errorum prædictorum extirpationis disturbium, suarum animarum periculum & scandalum plurimorum. Nos igitur volentes in præmissis necnon aduersus quoscumque ad ipsum Concilium & quælibet alia futura generalia Concilia accedentes & stantes in ipsis seu recedentes ab eisdem, ne ab aliis Deum non timentibus temerariis iniuriis infestentur & opprimantur violentiis, & ne quibusuis delinquendi aut excessus cõmittendi pateat audacia, de oportuno & salubri remedio prouidere huiusmodi necnõ omnes alios & singulos alios processus, sententias, & censuras aduersus quarumlibet personarum Ecclesiasticarum vel seculariũ ad sacra generalia Concilia venientiũ aut stantium in ipsis seu recedentium ab eisdem molestatores, perturbatores vel iniuriatores authoritate Dei Omnipotentis Patris & Filij & Spiritus Sancti extendentes, omnes & singulos

cuiuſcumque dignitatis, gradus, ſtatus, vel conditionis fuerint etiamſi Pontificali, Imperiali, Regali vel alia quacumque Eccleſiaſtica vel mundana præfulgeant dignitate, quaſcumque perſonas Eccleſiaſticas vel ſeculares quæ ad huiuſmodi ſedem Apoſtolicam Romanam Curiam hoc præſenti durante Concilio, vel ad ipſum, & quæcumque alia generalia Concilia venientes & ſtantes, in ipſis aut ab eis recedentes, temeritate propria per ſe vel alium ſeu alios arreſtare inuadere, capere, detinere, incarcerare, mutilare, occidere, aut bonis ſuis ſpoliare, vel iniuriis affligere, ſeu ipſos ſic delinquẽtes, receptare, aut aliàs quomodolibet impedire, ſeu ea perpetrantium facta & commiſſa, rata & grata habere vel eis dare auxilium, conſilium vel fauorem publice vel occultè, directè vel indirectè præſumpſerint, in futurum ſimilibus excommunicationis & Anathematizationis ſentẽtiis innodamus, eo ipſo terras quoque ipſorũ & cuiuſlibet qui in præmiſſis vel eorũ aliquo tranſgreſſor vel contemptor fuerit, dum tamen vniuſcuiuſque ſic tranſgreſſorum vel contemptorum vltra vnam diœceſim non contineat, nec non omnia, ciuitates, villas, caſtra, oppida & quęlibet alia loca in quibus huiuſmodi exceſſũ patratores ſeu eorum receptatores vel ipſis conſentientes, fauentes, aut dantes auxilium, conſilium vel fauorem publicè morabuntur, nec non illa in quibus huiuſmodi perſonæ quæ ſic temeritate propria detẽtę fuerint quãndiu extiterint in eiſdẽ memorata auctoritate Eccleſiaſtico ſupponimus interdicto. Quod ſi terra eiuſdem duas diœceſes vel amplius cõtineat, dominum domicilii principalis ipſius & illã etiã in qua fuerit delictum cõmiſſum ſi ſua ſit, & duas alias quæ

ſub ipſo ſunt eidem loco magis vicinæ interdicto ſubiacere volumus ſupradicto, ac etiam omnes & ſingulos huiuſmodi excommunicationis & Anathematizationis ſententiis ligatos in quibuſlibet Eccleſiis in loco vbi tale delictum fuerit perpetratum vel terris & locis propter hoc interdictis magis conuicinis vbilibet exiſtentibus, omnibus diebus dominicalibus & feſtiuis pulſatis campanis & candelis accenſis publicé nunciari, ac terras, ciuitates, villas, caſtra, oppida, & loca, Eccleſiaſtico interdicto prædicto ſuppoſita, donec ipſi ſic excommunicati meruerint ab huiuſmodi ſententiis beneficium abſolutionis obtinere, dictumque interdictum debuerit relaxari. Ita tamen quod nullis ex tranſgreſſoribus ac cõtemptoribus huiuſmodi, per alium quàm Romanum Pontificem vel ſacri Concilij auctoritate poſſit (niſi duntaxat in mortis articulo conſtitutus nec etiam tunc niſi de ſtando mandatis Eccleſiæ ſatiſfactione vel ſufficiẽti cautione, ſi hæc cõmodè facere poteſt, primitus præſtita) abſolui, vel interdictum huiuſmodi relaxari non poſſit. Eos vero cuiuſcumque dignitatis, ordinis ſtatus, aut conditionis fuerint, etiamſi Pontificali dignitate præfulgeant, qui contra tenorem præſentiũ proceſſuũ talibus vel eorũ alicui abſolutionis beneficiũ impendere præſumpſerint, volumus, ſtatuimus, & decernimus ſimilibus excõmunicationis & anathematizationis ſẽtẽtiis fore innodatos eo ipſo: ipſiſque prædicationis, lectionis, adminiſtrationis Sacramentorũ & audiendi confeſſione ſofficium auctoritate interdicimus ſupradicta, inſinuãtes tranſgreſſoribus & contemptoribus in prædictis, quod ſpiritualiter & tẽporaliter prout eorum requirent exceſſus & demerita

grauius procedetur, non obſtantibus quibuſcumque Conſtitutionibus Apoſtolicis & quibuſlibet priuilegijs, Indulgētiis, & literis Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus quorumcumque tenorum exiſtāt, eiſdem tranſgreſſoribus & contemptoribus vel quibuſuis aliis communiter vel diuiſim à dicta ſede conceſſis, etiam quod ſuſpendi vel excommunicari aut eorum terræ dominia, ciuitates, villæ, caſtra, oppida, & alia loca interdici non poſſint, etiamſi de ipſis & eorum tenoribus eſſet in ipſis noſtris proceſſibus mentio ſpecialis facienda, quæ ne contra huiuſmodi ſententias & proceſſus quominus includantur in eis per ea valeant ſe terras, dominia, ciuitates, villas, caſtra, oppida & loca huiuſmodi tueri, quo ad hoc tollimus & penitus reuocamus Inſuper mandamus vt huiuſmodi præſens proceſſus ad communem omnium notitiam deducatur, chartas ſiue membranas proceſſus continentes eoſdem in maiori & S. Stephani Conſtant. Eccleſiarum valuis affigi, quæ proceſſus ipſos ſuo quaſi ſonoro præconio & patulo iudicio publicabunt, vt prædicti quos proceſſus concernent nullam poſſint excuſationem prætendere, vel ignorantiam allegare, quod ad eos proceſſus huiuſmodi non peruenerint vel ignorauerint eoſdem, cùm non ſit veriſimile remanere incognitum quo ad ipſos, qoud tam patenter fuit publicatum Cæterum omnibus & ſingulis dominis Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, cæterorumque locorum ordinariis præcipimus & mandamus, vt ipſi & eorũ quilibet per ſe vel alium ſeu alios ſub pœna excommunicationis, in quam ipſorum quemlibet qui mādatorum

datorum nostrorum huiusmodi transgressor & contemptor fuerit incurrere volumus ipso facto, præsentes nostros processus per eorum aut chartarum vel membranarum seu transsumptorum continentium eosdem, quibus sicuti nostris processibus tantã volumus fidem adhiberi, in Ecclesiarum valuis seu aliis locis affixionem publicent, & præfatos transgressores & contemptores huiusmodi excommunicationis & Anathematizationis sententia legatos ac terras, ciuitates, villas, castra, oppida, & loca præfata huiusmodi Ecclesiastico interdicto supposita, quã primum ipsis vel eorum alicui de hoc legitimè constiterit, tamdiu in Ecclesiis Dominicis, & aliis festiuis diebus dum inibi maior fuerit populi multitudo campanis pulsatis ac candelis accensis & extinctis denuncient, & interdictum huiusmodi inuiolabiliter faciant obseruari per censuras Ecclesiasticas, aut alia iuris remedia, inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis, donec ipsi transgressores & contẽptores meruerint ab huiusmodi excommunicationis & Anathematizationis sententiis absolutionis beneficium obtinere, dictumque interdictum merito debuerit relaxari, non obstantibus omnibus supradictis seu si aliquibus cõiunctim vel diuisim à sede prædicta indultum existat, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Constant. pridie nonas Iulij, Anno à Natiuitate Domini M. D. XV. sede Apostolica vacante, regnorum Srenissimi Principis D. Sigismundi Roma-

& Hung. Regis, videlicet Electionis quinto, Coronationis primò, Hungariæ verò XXIX.

AVGETVR POENA AD *supradicta.*



INSVPER, quia quos ſpirituales cenſuræ & diuinus à malo nõ prohibent timor, temporalium nonnunquam pœnarum metus coercet, priuat eapropter ipſa ſancta Synodus omnes & ſingulas tam ſeculares quàm Eccleſiaſticas perſonas omnibus & ſingulis honoribus, dignitatibus, officiis, beneficiis, indultis ac priuilegiis quibuſcumque quæ huic decreto quomodolibet temerario auſu contrauenire præſumpſerint.

ORDINATVR BVLLA PLVMBEA *in litteris Synodi.*



ITEM, vt litteræ, geſta, ac decreta huius ſancti Concilij (ſeu diuerſitas agendarum rerũ exquiret) efficaciori teſtimonio ac robore fulciantur, ſtatuit & ordinat vt de cætero in patentibus litteris vtatur pendente bulla plumbea in cordula cannabis aut ſerici, prout varie-

tas causarum super quibus eæ litteræ conficientur, deposcet: quæ in altero missionis Sancti Spiritus in columbæ specie, verbis in circuitu existentibus *Spiritus paracletus docebit vos omnem veritatem*, in altero lateribus horum verborum, *Sacrosancta generalis Synodus Pisana*, sculpturas continebit: decernitque, eisdem in iudicio & extra, plenam & omnimodam fidem fore in omnibus adhibendam, eorumdemque (ac si Apostolicarum litterarum) falsificatores seu in falsificatione coadiutores, vel sic falsificatis scienter vtentes, vt in secunda huius sancti Concilij sessione definitum est, debere per omnia puniri.

CREATVR LEGATVS BONONIÆ.

ITEM, quoniam vrgens necessitas necdum persuadet, verum & ob plurimas, legitimas & approbatissimas vrget rationes, post crebras & maturas discussiones statuit & declarat ad Ciuitatem Bononiæ Apostolicæ sedis Legatum & Ecclesiæ Vicarium, fore transmittendum dilectum Ecclesiæ filium Federicum, Sancti Angeli Diaconum, Cardinalem Sanseuerinum, iuxta infrascriptarum Synodalium litterarum formam & tenorem qui in his sequitur.

LITTERÆ BONONIENSIS legationis.

SACROSANCTA generalis Synodus Pisana vniuersalem Ecclesiam repræsentans, ad extirpationem hæresum & errorum, necnon ad ipsius vniuersalis Ecclesiæ in capite & in membris debitam reformationem pacemque & concordiam Christianorum, bellumque contra Infideles pro recuperatione quatuor Ecclesiarum Patriarchaliũ instaurandum, in Spiritu Sancto legitimè congregata, & ad tempus Mediolanum translata, dilecto Ecclesiæ filio Federico Sancti Angeli, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diacono, Cardinali Sanseuerino, Apostolicæ sedis Legato, Ciuitatis Bononiẽsis, in spiritualibus, & tẽporalibus nomine nostro, & sanctæ matris Ecclesiæ Vicario generali, ad infra scripta Commissario deputato, Salutem & Omnipotentis Dei benedictionem. In pacis auctore hæc Sancta Synodus congregata cùm vniuersi populi Christiani pacem, & tranquillitatem exoptans, per diuersas mundi partes ad procurandum ea quæ pacis sunt scandalis obuiandũ suæ solicitudinis opus impendere desideret Ecclesiæ proprium patrimonium ob hoc procurandæ pacis & tranquillitatis studio expers nullatenus esse decuit: quinimo ipsum debet specialis intuitus cura fauere. Cùm itaque ad ipsius sacræ Synodi notitiam Ciuium Bononiensium, & aliorum fide dignorum sit relatione deductum, quod Ciuitas ipsa Bononiensis, quæ

Sanctæ Romanæ Ecclesiæ semper fidelis, & obsequens fuit reperta, certis tamen vrgentibus rationibus & causis necessariis Legatum, aut Vicarium, per summum Pontificem ad ipsius regimen, constitutum exclusérit, & alium denuo destinatum recusauerit & recuset admittere & recipere, ob crudelitatem & sæuitiam aliorum Legatorũ à quibus Ciuitas ipsa, prout asseruèrunt, iniustè & immaniter regebatur: sit tamen & semper fuerit intentio Ciuitatis & populi Bononiensis, ipsam Ecclesiam Roman. & sedem Apostolicam recognoscere, debitamque obedientiam & subiectionem ei tam in temporalibus, quàm in spiritualibus præstare velle: ob tamen dictam recusationem, quam iustissimam asseruerunt, Pontifex ipse grauiore ira commotus nullo iuris aut æquitatis ordine seruato clauibus sanctæ matris Ecclesiæ, iracundiæ calore abutendo prædictam ciuitatem insolito more Ecclesiastico supposuit interdicto, cum interminationibus, & maledictionibus ab Ecclesia insolitis & execrabilibus, nullo nocentium & innocentium habito discrimine multos dictæ ciuitatis, sine causæ cognitione excommunicatione, & aliis infinitis censuris illaqueando: dictam ciuitatem & populum eiusdem multipliciter grauando, & de his nó contentus eandem ciuitatem dura obsidione cũ maxima armatorum copia vallari faciendo, totumque Bononiense territorium acerrimis armis opprimendo & deuastando. Ad hanc igitur sanctam Synodum tanquam ad vbera piæ matris Ecclesiæ conquerentes & vehementer querelantes; iuxta ipsius præceptũ & doctrinã de scandalis grauioribus dandis Ecclesię re-

curſum habuerunt, humiliter ſupplicantes de remedio ſibi prouideri opportuno, offerẽtes nihilominus debitam & ſolitam in temporalibus & Spiritualibus Romanæ Eccleſiæ obedientiam, huic ſacro Concilio nomine ipſius Sanctæ Romanæ Eccleſiæ præſtituros eamdem ſanctam Synodum enixè & per viſcera miſericordiæ domini noſtri ſuplices orantes, vt dignaretur in filios obſequentes Eccleſiæ ipſos ſuſcipere & ſanctiſſimum dominum noſtrũ vt ab armis deſiſtat ſuadere, & eoſdem charitatiua in domino dilectione tractare, & quod nihilominus placeret dictæ Sanctæ Synodo de beneficio relaxationis dictarum grauium cenſurarum ad conſolationem animarum interim ad tempus prouidere: nec non legatum pro regimine & conſeruatione Ciuitatis & legationis eiuſdem tranſmittere, offerentes cùm deputatum à Pontifice omnino recuſent, eumdem more ſolito interim tam in temporalibus quàm in ſpiritualibus recipere. Cùm igitur ſancta mater Eccleſia nulli claudat gremium redeunti, nimia ſeueritas & excedens rigor ſepius in regimine Ciuitatum plus officiat quàm proficiat (quoniam qui nimium emungit, vt inquit ſapiẽs, elicit ſanguinem) officiique huius Sanctæ Synodi vniuerſalẽ Eccleſiã repreſentantis ſit bella, diſcordias & imminentia pericula & ſcandala ſcuto Sanctæ Eccleſię propulſare, inordinatoſque, ſi qui ſint, ſuperiorũ affectus reprimere: poſſitque Synodus ipſa etiã de reſeruatis ſũmo Põtifici in caſu neceſſitatis, & precipuè quãdo periculũ ſit in mora, & per eum cõmodè prouideri non poſſit, maximè ad honorẽ & ſecuritatẽ Eccleſię cõſulere & prouidere, & quũ acceperit à viris fide

dignis, notoriumque existat præsidia dictæ ciuitatis ad resistendum vsque ad sanguiné ipsi Pótifici & legato eius, nec nonin dicti Pótificis armigeros ad arma & effusionem sanguinis Christiani velle prorumpere, ex quo possent ingétia mala (prout & grandia imminét ipsi Ciuitati & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ pericula) prouenire, si Ciuitas ipsa expugnaretur, vi caperetur & cóquassaretur aut si absque obediétia legati sedis Apostolicæ seipsam tueretur & in milites Pontificis cum Christiani sanguinis effusione atrociter procederet, possentque fortassis iura Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ex dictis occasionibus deperire. Igitur ex his & aliis necessariis & vrgentissimis rationibus, iustisque qualitatibus & circunstantiis, (quæ ipsam Synodum post lógas iuris & mouent, pacisque vniuersalis & conseruationis sanguinis Christiani tollenda obstacula & pericula ac scandala euitanda) quibus Synodus ipsa maxime insistere intendit, & ad hoc pro magna parte cógregata existit, prout eius officium postulat, habita diligenti informatione super præmissis & facti notorietate attenta, verissimilibusque rationibus consideratis, dubitandúque sit nimis graue dispendiú si forte (quod auertere dignetur Altissimus) Ecclesia perderet illud tam nobile patrimonij sui membrum aut guerrarum inquietude turbaretur: hæc sancta Synodus huiusmodi periculis & scandalis imminentibus cupiens obuiare, Ciuitatemque ipsam ac legationem Bononiensem in pace ac quiete pro statu Romanæ Ecclesiæ conseruare atque fouere, vsquequo cú súmo Pótifice per ipsã sanctã Synodú, vel aliquem eius nomine habito pleniori tractatu fuerit aliter ordinatú

(attento maxime quod propter locorum distantiã & discrimina viarum non potest facile haberi tutus recursus ad dictum summum Pontificem & periculum sit in mora & aliàs patres in Conciliis, vt minori scandalo obuiarent, similia fecisse legantur) eamdẽ ciuitatem nec non omnia iura Sanctæ Romanæ Ecclesiæ in dicta Ciuitate & legatione Bononiensi ad manus Concilij pro pace & iurium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ conseruatione (quousque cum Pontifice Ciuitas ipsa concordetur) redegit atque reduxit, prout tenore præsentium redigit & reducit: exhortando per viscera misericordiæ Dei nostri Sanctissimum dominum nostrum Papam & omnes alios eidem in hoc adhærentes, similiter & ipsos Bononienses & illis fauentes & nihilominus prædictis auctoritatibus monendo, vt ab armis desistant, & concordiâ vel iustitiâ finem suis controuersiis imponant: offerens Sancta Synodus quacumque via concordiæ vel iustitiæ omnes suas partes pro viribus interponere. Te igitur Federicum, dilectum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ filium, Sancti Angeli Diaconum, Cardinalem Sanseuerinum, nobilitate generis præditum, in arduis Romanæ Eclesiæ negotiis diuturna experientia comprobatum, & aliàs per Apostolicam sedem ad hoc legationis officium deputatum, eius Sanctæ Sedis Apostolicæ legatum, pro sancta Synodo ac vniuersali Ecclesia Vicarium ad honorem Dei & sanctæ ipsius matris Ecclesiæ ad dictam Ciuitatem & legationem Bononiensem, illiusque regimen, & administrationẽ, ad beneplacitum sanctæ Synodi, vel quousque cum summo Pontifice fuerit aliter concordatum, duxit

crean-

creandum, nominandum, deputandum, & publicandum, prout tenore præſentium creat, nominat, deputat, & publicat, omnemque in eiſdem iuriſdictionem, merum & mixtum Imperium per te vel aliũ ſeu alios exercendi, officiales amouendi, etiamſi Põtificali præfulgeant dignitate, & alios vel eoſdem inſtituendi iuramenta ſeu promiſſiones recipiendi, quaſcumque pecunias, fructus, prouentus, redditus, & emolumenta in ipſis ciuitate & legatione ratione iuris Papalis, vel Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, aut quocumque iure vel titulo pro tempore præterito, præſenti, & futuro Cameræ Apoſtolicæ debitas & debita aut debenda recipiendi & exigendi, ac recipi & exigi faciendi: de quorum tamen perceptione computum & reliqua tempore & loco reddere tenearis, ſtipendiis Bononienſib. Legatis ac aliis Officialibus & impenſis neceſſariis dari & percipi ſolitis deductis, reſiduo verò quod Cameræ Apoſtolicæ ad partem aſſignari conſueuit, quouſque cum ſummo Pontifice concordetur, reſeruato: contradictores quoſlibet vel inobedientes cenſuris Eccleſiaſticis, & aliis cõpeſcendo remediis oportunis, & ſpecialiter cum poteſtate admittendi & ſuſcipiendi ſubiectionem & obedientiam tam in temporalibus, quàm in ſpiritualibus, ex parte huius Sacri generalis Concilij Piſani, Mediolanum ad tẽpus tranſlati nomine S. R. E. prout Bononienſes tempore ſuperiorum Romanorũ Pontificum de iure vel conſuetudine exhibere conſueuerunt & debuerũt: & cũ ſpeciali poteſtate vt hac obedientia præſtita & factis aliis de iure requiſitis relaxandi vel ſuſpendendi interdictum ad tẽpus & quaſ-

libet censuras secundum quod de iure fieri vel æquitas tibi suadere videbitur:& generaliter ad præmissa omnia & singula omnimodam facultatem & potestatem, quam sacrosancta Synodus in præmissis habere dignoscitur tibi concessit conceditque serie præsentium & impartitur (licet hic specificè non exprimantur) mandans tibi in virtute sanctæ obedientiæ quatenus curam & regimen prædictum humeris tuis impositum reuerenter suscipias & diligenter ac fideliter exequaris vtilitatem publicam tranquillitatemque & pacificum statum illius Ciuitatis & legationis sic solicitè procurare studeas: ipsumque regimen & administrationem pro modo tuæ sapientiæ sic vtiliter gerere vt apud Deum æternæ vitæ merita & apud homines fama tuæ laudis & gloriæ suscipiat incremēta, de quibus omnibus publica recipi facias instrumenta eaque huic sacro Concilio transmittere non postponas. Mandat omnibus insuper Officialibus, Ciuibus, incolis, & habitatoribus dictæ Ciuitatis & legationis Bononiens. nec non castrorum Capitaneis Baylis & aliis Officialibus quibuscumque quouis nomine cēseātur, & aliis vniuersis quatenus tibi & per te deputatis Officialibus ad regimen eorumdem & nulli alteri pareant, obediant, & intendant, quibuscumque promissionibus, iuramentis, obligationibus & aliis quibuscumque dispositionibus non obstātibus. Hæc namque sancta Synodus omnium quorumcumque obuiantium prædictis vim & effectum auctoritate præsentium suspendit, & quicquid rite & recte per te specialiter & temporaliter gestum & ordinatum, actum vel sententiatum fuit aut prouisum, hæc sancta

Synodus ratum & gratum habebit, & faciet auctore domino inuiolabiliter obseruari. Datum in sessione publica eiusdem sanctæ Synodi, in Ecclesia maiori Mediolanens. die Mercurii vndecima mẽsis Februarij anno à Natiuitate domini M.D.XII.

His lectis, scrutatores interrogarunt omnes & singulos Patres si promulgata placebant, qui responderunt *placent*. Magnifici domini Iacobus Oliuerius Regius Mediolani Concellarius, Franciscus Tauellus & Ioannes Falco Iuriscõsulti, & vbi supra Regij Consiliarij ac Senatores, prædictis omnibus & singulis testes rogati interfuerunt, Promotoresque sacri Concilij ac fiscales Procuratores requisiuerunt dominos Protonotarios & Notarios vt de ipsis publicum & publica conficerent instrumenta.

SEXTA SESSIO

IN nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Amen. Die Mercurij XXIIII. Martij, Anno dominicæ Natiuitatis M.D.XII. indictione XV. Pontificatus sanctissimi domini nostri Iulij Papæ secundi, anno nono celebrata est sexta huius sancti Concilij sessio in cathedrali Mediolanensi Ecclesia presidente Reuerendissimo in Christo patre, domino Cardinale S. Crucis. Reuend. in Chri. pater dominus Franciscus de Rohano. Lugdunẽsis Archiepisco. & Galliarũ Primas missarũ solénia

de Sancto Spiritu celebrauit. Decantato ij. Euangelio. *Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua*. Luc. 13. quod legi consueuit Romano more Sabbatho quatuor temporum, in mense Septembri, Venerabilis Magister Guillelmus de Quercu, Theologiæ Doctor, vnus ex Oratoribus almæ Vniuersitatis Parisiensis, assumpto themate. *Christus dilexit Ecclesiam vt assumeret ipse sibi gloriosam non habentem maculam aut rugam*. Ephes. 5. coram Synodo de Christo & Ecclesia perorauit. Tractauit de dilectione Christi erga Ecclesiam, declarando perfectionem hominis in primo statu & remedia ipsi homini post lapsum exhibita per figuras & auctoritates. Dixit deinde de interiori exteriorique Ecclesiæ ornatu, ac de vitiis contrariis in generali & in capite & in mēbris, demonstrauitque permulta argumenta, præsertim per Pisani moderni Concilij diuinum munus hodie mortalibus concessū apparere quod Christus diligit Ecclesiam nec eam deserit aut deseret vsque in finem seculi, iuxta ipsius Domini in Euangelio promissionem. Sermone finito decantatoque Hymno, *Veni creator Spiritus*, fiscales ipsius Sancti Concilij Procuratores consedentibus patribus in Pontificalibus accusarunt contumaciam Sanctissimi Domini nostri Iulij secundi in hæc verba.

SCEDVLA ACCVSATIONIS contumaciæ domini Papæ factæ primùm in generali congregatione.

REVERENDISSIMI Reuerendique Patres, & Domini metuendi, Sacrosanctum Pisanum Conciliũ in Domino celebrantes, quoniam anno nuper elapso millesimo quingentesimo vndecimo de mense Maij, hoc Sanctum Concilium fuit legitimè indictum, & Sanctissimus Dominus noster Iulius II. Papa modernus, vt ad illud honorandum & approbandum vel per se vel per Legatos accederet, fuit per viscera misericordiæ Dei nostri humiliter à Patribus, ipsius indictionis executoribus, exoratus, & requisitus ac monitus, vt per scedulas dictæ indictionis seu executionis circumquaque per orbem iamdudum transmissas, diffusas & publicatas, nullamque penitus ignorantiam admittentes apertissimè constat: postque ipsum actu congregatum Concilium, hæc Sancta Synodus dum Pisis in Domino resideret, destinatis Oratoribus eidem Domino nostro ad eligendum vnum ex decem locis vel ad alia per eum decem Imperialia loca nominandum, quadraginta dierum spatium ex Synodali benignitate indulsit, quibus Oratoribus non solum petendi Romanam Curiam non est saluus conductus ab ipso Domino nostro concessus, sed & eorum legalis nuncius ad hoc è Florentia missus minis

ab Vrbe fugam arripere est compulsus, vt publico ad quod nos referimus constat instrumento. Et ipsa insuper Sancta Synodus cupiens vincere in bono malum, post plures dies à dicto termino postquam ad inclytam hanc Mediolani ciuitatem ad tempus est translata, ad maiorem sui iustificationem ad eligendum adhuc seu nominandum vnum ex prænominatis locis triginta dierum interuallum in quarta nuper elapsa sessione quæ quarta die iam præteriti mẽsis Ianuarij fuit, per decretum prænominato Domino nostro gratiosè concessit. Et cum ad ipsum summum Pontificem tutus non daretur accessus, & requisitionem aliquam seu citationem ad se peruenire non patiatur, per affixas huius Mediolanensis, & Florentinæ Ecclesiarum valuis impressas, & authenticas scedulas de quarum affixione per Notarios & huius, Sancti Concilij cursores est facta relatio, decretum & concessionem huiusmodi publicauit: quæ quidem publicatio verisimiliter ad aures ipsius Domini nostri & certam notitiam peruenire potuit & debuit: dictasque omnes exhortationes, requisitiones, & benignas ac gratuitas concessiones nedum surda aure pertransiuit, sed & quod non sine graui dolore referimus, contra hoc Sanctum Concilium eiusque indictores seu executores ac supposita quibusdã assertis interdictis censuris priuationibus ac inhabilitationibus re vera eo ipso nullis & irritis ac per ipsum Sanctum Concilium annullatis & irritatis, necnon insidiis ac militari manu in eius subuersionem apertè machinatus est, machinarique non desistit, iamdudumque quadraginta, nouissimèque triginta præfa-

torum dierum termini expirarunt, nec de promissorum acceptatione & impletione aut per se aut per nuncios itidem & de suo aduentu, seu legatorum destinatione idem Dominus noster hanc Sanctā Synodum aliquatenus certificauit, nec de præsenti certificat, sed potius & eius legitimæ indictioni in Spiritu Sancto congregationi monitisque, decretis ac cōcessionibus præmissis & in eis contentis in maximū vniuersalis Ecclesiæ detrimentum, Christianorum scandalum, atque huius Sanctæ generalis Synodi Pisanæ Catholicam Ecclesiam repræsentantis vilipendium, contumaciter satisfacere contemnit. Idcirco nos Ioānes Ambrosius Bultrasius, & Franciscus Bezarillus, I. V. Doctor. huius S. Cōcilij Promotores, & fiscales Procuratores ex incūbenti nobis officio producētes præfatas requisitiones, monitiones, executiones, & relationes per instrumenta publica confectas, inhęrentesque aliis contumaciis per nos accusatis in prima sessione Pisis celebrata, & in pluribus generalibus huius Sanctæ Synodi congregationibus, vnà cum protestationibus negligentiæ ac retinentiæ ipsius, præsertim contumaciæ accusatæ in generali congregatione facta die Mercurij IIII. Februarij proximè præteriti, coram hac Sacrosancta Synodo eiusdem Domini nostri contumaciam iterum accusamus, debitaque cū instantia humiliter requirimus, quatenus eundē Dominum Iulium contumacem in hoc prout est, declarare, eiusque facultatis vlterius nō existere eligēdi seu nominandi, eadem loca decernere ac ipsius contumacia & inhabilitatione exigētibus ad vlteriora, prout Spiritus Sanctus dabit & ordo iuris, & rationis exigit,

procedere dignetur. Rogamusque atque requirimus per vos Dominos Protonotorios, & Notarios super huiusmodi requisitione contumaciæ accusatione, & aliis supradictis publica confici instrumenta. Præfata verò accusata contumacia Reuerendi Patres Domini Egidius Cathelanensis, & Ludouicus S. Florij Episcopi, indulti Pontificalibus de mandato Sacrosanctæ Synodi, in gradibus ante maius altare proclamarunt trina vice, Estne hîc Sanctissimus Dominus Papa Iulius II. aut aliquis qui compareat nomine ipsius: idem procedentes ad medium templi, deinde ad valuas ipsius egerunt, nulloque comparente corã Reuerendiss. Presidente id retulerunt.

Tunc Reuerendus Pater Dominus Zacharias Abbas Subas. mandato Patrum eminentem thalamum ascendens alta & intelligibili voce infra scripta pronunciauit, & promulgauit decreta.

IN nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. Sacrosancta generalis Synodus Pisana in Spiritu Sancto legitimè congregata, Catholicam Ecclesiam repræsentans, & Mediolanum ad tempus translata ordinat, decernit, definit, ac declarat infra scripta.

In primis admonet hæc Sancta Synodus, vt omnes Sacrum Concilium celebrantes omnem grauitatem, & honestatem quæ viros Ecclesiasticos decet diligẽter obseruent: vitam & conuersationem exemplarẽ ducant, & cùm ad dandam legem toti orbi conueniant,

niant, ipſi prius in ſe legem demonſtrent. Sint eorũ mores ſine macula & ruga, exhibeant ſe tanquã ſpeculum mundũ, in quo alij ſe ſpeculantes normam & exemplũ ſanctimoniæ accipiãt. Meminerint ſe eſſe ſal terræ: in quo opus eſt vt nunc ſaliatur mundus. Sint tales iuxta præceptum Domini vt lumen eorũ luceat coram hominibus, vt videant bona opera ipſorum & glorificent patrem qui in cœlis eſt. Ipſis inquit Apoſtolus in perſona Timothæi, eſto exemplum fidelium in verbo, in conuerſatione, in charitate, in fide in caſtitate. Ipſis igitur neceſſaria eſt bona conſcientia propter ſeipſos, bona fama propter proximos.

Et quantum ad conſcientiam attinet vnuſquiſque eam ſæpe examinet & mundet quantum fieri poteſt ab his omnibus quæ Diuinam Maieſtatem offendunt, qui ſacerdotes ſunt ſæpe celebrent, alii verò ſæpe confiteantur. Hoc enim plurimum valebit ad gratiam Domini impetrandam, alioquin ſi iniquitatem conſpexerint in cordibus eorum non exaudiet Dominus, & oratio peccatoris fiet execrabilis.

Et quoniam opera quæ hoc Sacrum Conciliũ proſequitur nimis grandia ſunt quæ quidem viribus humanis nullatenus effici poſſunt, neceſſariò ad Dominum recurrendum eſt orationibus, eleemoſynis, & ieiuniis. Quilibet igitur de Concilio ſingulis diebus ſaltem aliquam breuem orationem ad Deũ porrigat pro ſucceſſu & proſperitate huius Sacri Concilij. Mandat etiam hæc Sancta Synodus, vt ſingulis feriis quintis quamdiu durat tractatus reformationis Eccleſiæ, in maiori Eccleſia celebretur Miſſa de Spiritu Sancto cum Orationibus ad hoc inſtitutis, in

qua omnes de Concilio intersint Ea autem die, necnon diebus Dominicis, & aliis diebus solénibus quibus præsente Concilio Missæ celebrantur, quilibet de Concilio offerat in gazophylacio saltem vnum æs minutum argenteum. Hoc modo, quod duo Cursores cum pixidibus alter ab vno latere chori, alter ab alio inter Missarum soléna recipianti quicquid à suppositis Cócilij offertur. Post Missam verò Promotores Concilij distribuát huiusmodi oblationes pauperib.

Eandé Missá de Spiritu Sancto, quinta Feria Sancta Synodus mandat solenniter celebrari in qualibet Ecclesia Collegiata, & conuentuali huius ciuitatis. Mandat etiam tam suppositis Concilij celebrantibus, quá aliis sacerdotibus in hac ciuitate existentibus, vt in Missis dicant aliquam orationem pro pace & vnitate Ecclesiæ.

Vt negotia quæ in sacris deputationibus Concilij & generalibus congregationibus aguntur, Deus oculo pietatis aspiciat & prosperari faciat, & qui illa tractant ad ipsas deputationes deuoti accedant: quælibet deputatio antequam incipiatur audiat in cómuni Missam in loco quem ordinauerint, & ibidem omnes de deputatione curent interesse, nisi forsitan aliqui sint celebrantes.

Tempore diuinorum non fiant inuicem collocutiones & confabulationes, & nec lectiones nisi forsan in libro Missali: sed quilibet vel oret vel contempletur quæ aguntur & dicuntur in Missa.

Et quoniam inquit, Tobias, *bona est oratio cum eleemosyna & ieiunio*, quilibet de Concilio saltem semel in hebdomada feria sexta vel alia ieiunet & sicut Moyses antequam legem mereretur accipere ieiunauit, ita

& nos legem reformationis à Domino recepturi & tradituri mundo, facere curemus.

Qui autem ieiunare non poteſt det pro arbitrio ſuo aliquam eleemoſynam. Aliis autem diebus quilibet in menſa ſua ſeruet ſobrietatem, moderationemque ciborum, etiamſi hoſpites adſint qui non multitudine aut reprehẽſibili varietate ferculorum, ſed modeſtia & competenti refectione honorentur.

Prælati in menſis ſuis ſtudeant ſeruare decretũ Toletanum quod eſt tale: pro reuerentia Dei, & ſacerdotum id vniuerſa conſtituit Synodus, vt quia ſolent crebro menſis otioſæ fabulæ interponi, in omni ſacerdotali conuiuio diuinarum ſcripturarũ lectio miſceatur: per hoc enim & animæ ædificantur ad bonũ, & fabulæ non neceſſariæ prohibentur.

Quælibet etiam Eccleſiaſtica perſona antequã cibũ ſumat mẽſam benedicat, & poſt reformationem orationes ab Eccleſia inſtitutas dicere non negligat.

Caueant ſuppoſita Concilij ad tollendas tentationes & murmurationes ne conuiuia vel ſuſpecta commercia cum mulieribus habeant.

Suppoſita Concilij à verbis detractoriis, contentioſis, ſcurrilibus & male ædificantibus caueant, quilibetve accuratè ſtudeat ne factis vel verbis proximum ſcãdalizet in via, quilibet incedat pudicis oculis cum modeſtia & grauitate. Ad loca minus honeſta non vadat nec ad ſpectacula publica, choreas, ludos, haſtiludia, torneamenta, & alia huiuſmodi.

Veſtimentis vtantur vt Sacri Canones inſtituũt, abſtineant à coloribus à iure prohibitis, veſtimenta deferant talaria & tam retro quàm à lateribus & deſu-

per clauſa. Nullus portet annulum niſi cui competit ex officio dignitatis & vnum duntaxat vel duos, tonſuras deferant ſuis ordinibus congruentes, & capillos ita tonſos quod aures pateant.

Et ne prælati in multitudine ſed honeſtate familiæ gloriari videantur, curent incedendo per viam quanto pauciores poſſunt conducere familiares Patriarchæ VIII., Archiepiſcopi VI. Epiſcopi IIII. Abbates duo ante ſe præire contenti ſint.

Et quia qualis paterfamilias ita & domeſtici eius, curandum eſt vt non ſolum Patres de Concilio ſed eorum familiares decentem honeſtatem ſeruent. Quilibet igitur familiares ſuos ſæpe admoneant, ne quid repræhenſibile aut ſcandaloſum publicè vel occultè perpetrare audeant, huiuſmodi familiarium veſtes non ſint breues genu, nec diuerſorum colorũ, nec cum ſciſſuris aut frapis ſeu rechamaturis, nec deferant cathenas vel alia ornamenta aurea vel argentea, nec cincturas exceſſiuè ſumptuoſas. Sint eorum caligæ vnius coloris, nec daguas ſeu cultellos vltra longitudinem vnius palmi deferant, præter palefrenarios: quum dominos ſuos comitabuntur.

Nemo de ſuppoſitis Concilij ludat aut familiares ſuos ad taxillos vel alios ludos inhoneſtos ludere patiatur. Non permittant à familiaribus ſuis per Ciuitatem ſe cum auibus aſſociari.

Familiares dominorum de Concilio beneficiati vel in ſacris conſtituti clericaliter incedant & nõ laicaliter.

Omnes religioſi exiſtẽtes in hoc loco ſacri Concilij portent habitus ſuarum religionum in colore, valore, longitudine & amplitudine & cùm incedunt per

Ciuitatem veſtes deferant ſuperiores iuxta inſtituti ones ſuorum ordinum.

Ne in hoc loco ſacri Concilij religioſi ſine cauſa vagari præſumant: teneantur ſtatim poſt primam diem aduentus ſui præſentare ſe ſuperioribus ſuis, vel eorum Vicario aut Procuratoribus, & qui hîc non habuerint ſuperiores vel eorum vicarios, præſentent ſe generali Præſidenti: & ſi abſque cauſa legitima huc aduenerint, remittantur ad eorum monaſteria, & ſi vt dictum eſt præſentare ſe aut ad monaſteria reuerti contempſerint, de mandato prædictorum ſuperiorum ſuorum vel Præſidẽtis per ſoldalnum carceri mancipentur.

In congregatione generali ac ſacris deputationibus ſeruetur debita modeſtia in loquẽdo. Nullus aliũ maledicat, aut contumeliis laceſſat. Vnuſquiſque de alio honeſtè & reuerenter loquatur, præſertim minores de maioribus, nemo alium loquentem interrumpat, vno loquente ſilentium ſeruent cæteri: quilibet proferat votum ſuum liberè, cum modeſtia tamen ad neminem niſi ad ſolum deum reſpectum habens. Nemo humana affectione ſeu paſſione moueatur. Animaduertant Patres de Concilio verba illa quæ ſcribuntur in Paralippomenon. *Videte quid faciatis, non enim hominis exercetis iudicium ſed Domini, & quodcumque iudicaueritis in vos redundabit, ſit timor Domini vobiſcum, & cum diligentia cuncta facite.* Meminerit ergo quilibet iuramenti in receptione ſua ad ſacrum Conciliũ præſtiti, videlicet quod ſalubre conſilium dabit ſecundum Deum & cõſcientiam ſuam. In hoc loco vbi de communi totius Chriſtiani populi ſalute

agitur omnis culpa minima maxima eſt, & in diſtricto Dei iudicio ſeueriter plectenda. Studeant Concilij ſuppoſita pacem & vnitatem, quam mundo dare procurant, inter ſe prius cuſtodire, ſint vnum in Domino idipſum ſentientes omnes. Non ſint inter eos ſchiſmata, contentiones & æmulationes. Seruent ſuper omnia fraternã concordiam: quia, vt inquit Dominus *omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur, & domus ſupra domum ruet*. Nemo ſuſcitet odium & rancoris fomenta quin potius extinguat: alter alteri ſi forte ſe offenſum putet, ignoſcat, & hoc eſt *alter alterius onera portare, & adimplere legem Chriſti*. Nemo iuxta iuramentum ſuum vota ſingulorum reuelet vnde veriſimile odium ſequi poſſit.

Huiuſmodi verò ordinationes & exhortationes quilibet Præſidens per ſuppoſita ſuæ deputationis obſeruari faciat, inquirendo diligenter an quiſquam tranſgrediatur. Tranſgreſſores autẽ charitatiuè corrigat, & ſi ſe non emendant adhibeat cum conſilio aliquorum de maioribus ſuæ deputationis efficax & optimum remedium. Promotores etiam Concilij ſolicitè huiuſmodi tranſgreſſores inquirant, & ſuæ deputationis deferant Præſidenti.

Quilibet Præſidens deputationis in principio ſuæ præſidentiæ prædicta omnia in ſua deputatione legi faciat, vt ſuperuenientibus innoteſcant. Præſidens autem Concilii deputet aliquos qui ſolicitent ciues, vt ea quæ pro honeſtate Ciuitatis inſtituta ſunt executioni demandentur, & debitè cuſtodiantur. Admoneatur quoque Antiſtes Ciuitatis aut eius Vicarius & Officialis, vt prædicta clero ſuo intiment, &

quæ illos tangunt inuiolabiliter obſeruari faciant, & deinde ad alias reformationes, dante Domino, procedetur.

DE MODO PROCEDENDI IN CONcilio per deputationes, Congregationes, & ſeſsiones.



RIMO ergo ordinentur quatuor ſacræ deputationes, inter quas omnes de Cōcilio diſtribuantur æqualiter quantū fieri poterit, & ſint in qualibet deputatione de quolibet ſtatu Concilii ſcilicet Dominorum Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatū, Magiſtrorum, Doctorum, Religioſorū, & aliorum, & in qualibet de omnibus nationibus (ſi fuerint) diſtributis in quatuor æquales partes ſuppoſitorum ſingularū nationum. Nomina autem deputationum ſint hæc, prima deputatio fidei, ſecunda reformationis, tertia Eccleſiaſticæ libertatis, quarta pacis.

In qualibet deputatione eligatur vnus Præſidens ſingulis menſibus per vota ſingulorum, & in qualibet earū deputetur vnus Promotor, vnus Notarius, & vnus Curſor.

Omnes deputationes congregabuntur bis in ſeptimana, videlicet die Lunæ, & die Mercurii, de mane hora ſeptima: & ſi in prædictis diebus feſtum aliquod occurrerit præcipuum, poterit in ſequenti die congregari, vel in die præcedenti, ſicut per Præſidentem fuerit intimatum.

Nulla deputatio aſtringat ſe quibuſcumque iuramentis ad tenendum ſecretè materias quæ tractabũtur in eadem, ſed ſit licitum ſingulis ſuppoſitis deputationes conferre tantum cum ſingulis de Concilio de rebus de quibus agetur: ad tenendum tamen vota ſecreta ſingulorũ teneantur ſe aſtringere prout ſingulis deputationibus videbitur expedire ad remouendum inimicitias.

Quolibet menſe deputentur tres de qualibet deputatione, qui duodecim ter in ſeptimana vel frequentius, prout eis videbitur expedire, certis horis & loco (non tamen illis horis quibus deputationes congregantur) conueniant ſimul cum Præſidente Concilij ad videndũ materias deputationibus diſtribuendas, ad tractandum & faciendum rotulum ſeu memoriale pro ſacris deputationibus & congregationibus ex decretis ſeſſionum, ſic tamen quod in fine cuiuſlibet menſis eligent nouos deputatos, & de qualibet deputatione remaneat vnus de præcedentibus deputatis, quos ipſi duodecim cum Præſidente Concilii eligant, ita tamen quod ille qui eligetur menſe ſecundo non eligatur tertio menſe: qui quatuor habeant de nouo venientes informare de actitatis in illo mẽſe finito, & ſic ſucceſſiuè ſingulis menſibus, & illi duodecim eligant vnum ex eis qui toto menſe ſit eorum Decanus, & ad mandatũ Præſidentis Concilii & Decani prædicti cæteri deputati tenebuntur in loco per eos eligendo conuenire.

Si aliqua deputatio vel particularis perſona habeat aliquam materiam præ manibus, illam poſſit prædictis deputatis proponere qui ſub iuramento præſtito

(niſi

nisi sibi placuerit) illam non reuelabunt in tempore non constituto.

Deputationes præcipuè in rebus arduis & maximè si non exigunt celeritatem non statim super propositis, dum primò proponuntur, deliberabunt, sed ad sequentem deputationem aut congregationem deferent proposita sua : & si res proposita grauis fuerit, poterit bis, & ter, secundum exigentiam suæ grauitatis , super ea deliberari vt maturius concludatur quod fuerit multiplici deliberatione recensitum : sic tamen quod quilibet iuxta proposita per Præsidẽtem respondeat pertinenter & non, per materias extrauagantes, nec repetendo dicta aliorum , nisi addendo aliquid noui ita quod nec inducat aliam materiam : quàm illam quæ per Præsidentem fuerit introducta. Prim⁹ tamẽ ordinum scilicet prim⁹ Cardinalis, primus Archiepisc. prim⁹ Episco. primus Abbas possint latius ad saturitatẽ opinari alij vero signanter in congregationibus nisi noui aliquid afferendo vel dicta improbando erunt breues in votis suis. Et si cõtigerit aliquem vel aliquos introducere materias dominus Præsidens non faciat super illis deliberari pro tunc : sed in alia prima congregatione: nisi fortè materia talis fuerit quæ vrgentem exigat celeritatem.

Omnes materiæ graues definiendæ in congregationibus generalibus & publicandæ in sessionibus tractari debeant in quatuor sacris deputationibus.

In deputationibus nulla sit facultas definiendi , sed solum consulendi, & consulta in scriptis redigendi, quæ in congregationibus perfectè definiri poterunt postea in sessionibus publicentur.

Quando in vna deputatione aliqua materia fuerit agitata & declarata, ſi in vna ſententia omnes conueniunt concluſio ipſa per duos ad alias deputationes deferatur cum motiuis & perſuaſionibus eiuſdẽ deputationis. Si verò non fuerit omnium concors ſententia, quantumcumque vna pars numero excedat alterã nihilominus de qualibet parte aſſumatur vnus & ambo ad alias deputationes tranſmittantur, vt diuerſitas cũ motiuis & rationibus vtriuſque ſententiæ omnibus innoteſcat vt ſic aliæ deputationes perceptis rationibus & motiuis clarius valeant deliberare.

Quælibet deputatio in deferendo votum ſuum ſeu concluſionem ad alias deputationes, ſeruabit ordinẽ rerum de quibus agitur, vt pote ſi res ad fidem pertinet primò ad deputationem fidei deferatur, & deinde ad alias, & ſimiliter in referendo in generalibus congregationibus incipiat relatio fieri ſecundũ materias proponendas per deputationes ſecundum earum vocationes, & ſimiliter ſi res exigat celerem expeditionẽ indilatè deferatur ad deputationem duodecim Patrum ex ſacris deputationibus electorum.

Prædicti duodecim deputati, ſemper in die præcedenti congregationem generalem conueniant cum Præſidente Concilij cum agitatis rationibus, & Concluſionibus in deputationibus, vt Præſidens Concilij ſit plenè informatus de ſingulis quæ erunt in generali congregatione proponenda cũ motiuis & rationibus: nihil autem proponet Præſidens in cõgregatione generali ad deliberandum ſiue conſulendum niſi prius fuerit propoſitũ in ſingulis deputationibus & agi-

tatum (nisi casus esset repentinus, & talis cuius mora esset nociua)tunc enim posset proponere.

Quæcumque verò agitata fuerint in deputationibus siue omnes conuenerint siue non proponet, dũmodo saltem per duas deputationes ad proponendum fuerit requisitus.

Si in feria sexta dies festus aliquis vel impedimentũ occurrerit in die Sabbathi fiet congregatio generalis nisi per Præsidẽtem aliter fuerit intimatum, & ita fiat quod semper in septimana ad minus vna congregatio generalis habeatur.

Dominus Præsidens in qualibet congregatione habeat rotulum suum, in quo ponantur materiæ proponendæ, & literis missiuis primum lectis, semper incipiat à grauioribus, ita tamen quod omnia pũcta vel omnes articuli super quibus est tunc deliberandum in principio explicentur.

Exhortentur supposita deputationum & etiam in congregatione generali per Præsidentem, quod si in congregationibus vel deputationibus sint duæ vel tres opiniones, quicumque voluerint adhærere alicui illarum nõ debeant reiterare quod iam dictũ est, nisi velint aliquid addere vel diminuere, potueruntque illam quam voluerint partem breui verbo eligere vel nouam dicere iuxta eorum voluntatem.

Si in deputationibus sint supposita non deliberantia propter arduitatem materiarum, & dicant se velle cum libris vel aliàs deliberare, non concludatur materia proposita donec in sequenti deputatione in qua si dicere velint audiantur.

Ne tempus nulliter occupetur & labatur in va-

num, ordinetur quod deinceps super causis & rebus tractandis ac expediendis in hoc Sacro Concilio ac in generali congregatione per Dominum Præsidenté ipsi Concilio promouendis, per prius singularum deputationum Præsidentes aut Notarij referant proposita deliberata seu conclusa in eisdem: & si contingat maioré parté, hoc est, tres deputationes esse concordes, illud quarta deputatio admittat. Si tamé ipsa vel aliquod suppositum huius Sacri Cócilij integrè & ad plenum audiri petierit, benignè audiatur cum suis rationibus, & motiuis, quæ si forsitan hæsitationé aliquam seu difficultatem afferant, remittatur articulus super quo fuerit difficultas exorta ad deputationes singulas latius dirigendus. Si verò rationes talium & motiuę dubietatem probabilem sufficientemque nó adducunt, concludatur quod approbatum extiterit, & maturè digestum per tres disputationes.

Omnes incorporati & qui in posterum incorporabútur ipsi Concilio, prout sunt deputati, singulis diebus ordinatis intiment ipsas deputationes ad tractádum & practicandum causas & materias occurrétes, ne quis prætendere possit ignorantiam de proponédis in congregatione generali, & quod per vota singulorum omnia expediantur. Et qui non intrauerit absque rationabili causa seu qui non significauerit hora debita se non posse intrare, & qui ante dissolutionem congregationis sine licentia Præsidentis recesserint, ipsius Præsidentis arbitrio puniantur, & omnes obedire teneantur.

Omnia supposita Concilij teneantur venire & stare in congregatione generali, Missis solennibus & pro-

cessionibus, quemadmodum supradictum est de deputationibus.

Antequam dissoluatur congregatio generalis siue singularis deputatio, per Notarios congregationis generalis, & singularium deputationum scribantur & legantur tractata & ordinata in eisdem, & si per dictos Notarios erit aliquis defectus in scribēdo commissus corrigatur.

Quando casualiter erit expediendum aliquid, dentur deputati extraordinarii.

Episcopi, Abbates, & eorum superiores, aut ipsorū Procuratores, petant & obtineant licentiam recedendi à Præsidente Concilii, & quatuor Præsidentibus deputationum in cōmuni congregatis, ita quod omnes quatuor aut saltem duo cum generali Præsidente conueniant, & alii nihilominus subscribant. Alii verò inferiores à Præsidente suæ deputationis valeant obtinere licentiam cum consensu suæ deputationis.

De qualibet deputatione eligatur vnus, vt sint quatuor qui prouideant de sermonibus ad Chorum singulis diebus solemnibus fiendis, quos ipsi personis idoneis ad hoc distribuant, & antequā sermo huiusmodi per eum cui assignatus est publicetur, prius per aliquem de dictis quatuor videatur: ne errare contingat & scandalum exinde oriri & iste ordo à die festo sancti Benedicti de mense Martii M. D. XII. in antea semper continuetur.

Determinat insuper ipsa Sancta Synodus, statuit, definit, ordinat, & declarat infrascripta.

INDICTIO ET CONGREGATIO Concilij confirmantur & legitimæ fuisse probantur.

ITEM, indictionem, congregationem, & continuationem huius sacri Concilij ex quadruplici capite recte, rite, ac legitime prodiisse, ex præcepto scilicet & decreto vniuersalis Ecclesiæ in Constantiensi & Basileensi Conciliis, ex eiusdem Ecclesiæ in reformandis moribus (tam in capite quàm in membris admodum collapsis) summa & euidenti necessitate, pace ac libertate ipsius Ecclesiæ recuperandis, innumerisque sedandis in ea scandalis & bellis, ac prelium contra orthodoxæ religionis hostes ineundo. Ex voto quoque & iuramento sanctissimi domini Iulij Papæ, Reuerendissimorum dominorum Cardinalium de ipso Concilio infra biennium ab eiusdem Pontificis creatione indicendo & celebrando: in cuius voti & Iuramenti transgressu, vltra periurij & votifragi scandalizatoris ac perturbatoris totius Ecclesiastici status pœnas, idem Pontifex generalem Synodum conuocandi & celebrandi Reuerend. Dominis Cardinalibus omnimodam indulsit facultatem, eiusque sententiæ se sponte submisit, si Rempublicam ac libertatem sacri Cardinei Senatus tangentia conclauis capitula non seruaret: Reuered. dominorũ Card. portio eam ob causã

à Romana Curia ſecedētiū non modo maiorē ſanioréque aut duas partes Collegij, verùm & integrum ac liberum Collegiū ex aliorum Reuerend. Patrum cōmiſſione & negligētia refert in hoc caſu & repræſentat. Eapropter omnes & ſingulas interdicti & excōmunicationis ac maledictionis cenſuras & pœnas priuationiſque etiā cōſiſtorialis & inhabilitationis ſentētias ac infamiæ notas cōtra ipſum ſacrū Conciliū eiuſdéque indictores ſeu indictionis executores Reuerend. D. Cardinales nec nō cōtra Reuerēdos dominos Patriarchas, Primates, Archiepiſcopos, Epiſco. Abbates, etiā, annuales vel triennales Prælatos Apoſtolicos, Protonotarios, Generales & Prouinciales Rectores, Præſidentes, Magiſtros, & Miniſtros quorumcumque ordinum & congregationum, tā mendicantiū quàm non mendicantium Præpoſitos, Priores conuentus, Capitula etiam Cathedralia, & Vniuerſitates, Decanos, Cuſtodes, Guardianos, Archidiaconos, Archipreſbyteros, Canonicos Cathedralium & Collegiatarum Eccleſiarum, Curatos, Parrochialiū Eccleſiarū Rectores, & Plebanos, diuini verbi Concionatores, Theologiæ, Iuris & Artiū Doctores, Capellanos, Clericos, Beneficiatos, Reges, Duces, Principes, Reuerendiſſimorum Cardinalium & Prælatorum, Regū, & Principum, Vniuerſitatum, Capitulorum, aliorūque quorūcūque Procuratores, Officiales, & quaſcūque alias Eccleſiaſticas etiam regulares & ſeculares perſonas ad hoc ſacroſanctum Concilium venientes, venire diſponentes, Procuratorem vel Nuncium deſtinantes, ſeu deſtinare volentes, in eo perſiſtentes, vel ei adhærentes, & vbilibet quomodocumque,

inseruientes, adhæsurosque in posterum vel quomodolibet obsecuturos, eorumdemque omnium & singulorum familiares, prætextu fauoris, adhæsionis, incorporationis, obedientiæ & obsequij eidem sancto Cócilio præstitorum & præstandorum per ipsum sanctissimum Papam vel alium quauis (etiam ipsius Papæ) auctoritate generaliter seu specialiater aut nominatim comminatas, latas, fulminatas, & promulgatas, imposterumque comminandas, ferendas, fulminandas, & promulgandas, declarat hæc sancta Synodus fore ac fuisse eo ipso nullas, cassas, irritas ac inanes, nulliusque penitus roboris ac momenti, & prout de facto processerunt de facto quoque reuocat. Quinimò in virtute Iesu Christi Dei filij, à quo immediatè in eis potestatem habet exurgens, ne præualeat homo pro comminata & attentata maledictione benedictionem inducens, approbatissimorum Conciliorum prosequendo vestigia, statuit & decernit, ac in brachio Omnipotentis Dei, cuius vices in præmissis gerit in terris, mandat & præcipit, vt non obstantibus dictis interdicti, excommunicationis, maledictionis, priuationis inhabilitationis & infamiæ pœnis sententiisque, etiam Consistorialibus ac censuris de facto ac perperam comminatis, attentatis, latis, fulminatis, & promulgatis seu in futurum comminandis, attentandis, ferendis, fulminandis, & promulgandis tam illi qui per simplicis querelæ aut interpositæ appellationis vias ad hoc sacrum Concilium non recurrerunt, quàm illi qui recurrerunt, omnes & singulæ supernis memoratæ personæ, Capitula, Conuentus

uentus, & Vniuersitates in præfatis suis dignitatibus, Ecclesiis etiam Metropolitanis, Monasteriis, Cōmendis, Plebaniis, Capellis, beneficiis, pēsionibus, officiis, ordinibus, honoribus & præeminētiis liberè vt prius maneant, persistant, ministrent, & perseuerent, ac si dicti interdicti, excommunicationis, maledictionis, priuationis, inhabilitationis & infamiæ sententiæ ac censuræ nunquam emanatæ, nominatæ, aut excogitatæ fuissent, præcipit quoque hæc Sancta Synodus ac sub excōmunicationis latæ sententiæ & aliis arbitrariis pœnis interdicit, ne quispiam tam Ecclesiastica etiam regularis quā secularis persona, cuiuslibet status, gradus, & dignitatis existat, ipsi Sacro Concilio aut eius suppositis seu fauòrem & obsequium quomodolibet præstantibus, factis, signis, verbis, aut scriptis detrahere, iniuriamque, damnum aut calumniā inferre, siue eorum quempiam prætextu ipsius Sancti Concilij in diuinis vel extra quoquòmodo vitare præsumat.

CONCILII AD TEMPVS TRANSlatio legitima fuisse declaratur.

ITEM declarat ad hanc Mediolani ciuitatem præfati œcumenici Concilij ad tempus translationem vrgentissimas ob causas iustam, rationabilem, legitimamque fuisse, ad aliumque omnibus aptiorem locum de consensu duarum partium Synodalium patrum posse inde legitimè transferri.

CONCILIVM ROMANVM PER *Papam conuocatum declaratur nullum.*

ITEM, quia duo vniuersalis Ecclesiæ generalia Concilia eodem tempore simul esse non possunt (directè enim contradicit articulo. *Vnam Sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam:*) Cùm istud Pisanum ex præuentione supradicta Apostolica auctoritate firmata, ac superius adductis rationibus sit solum verum & legitimum hac nostra tempestate Concilium, sub fautoriç schismatis, excommunicationis latæ sententiæ, omniumque dignitatum, officiorum & beneficiorũ, priuationis & inhabilitationis & perpetuæ infamiæ pœnis, probatissimorum Conciliorum vestigiis inhærẽdo prohibet hæc Sancta Synodus ne ipsa durãte quispiam vel Ecclesiastica etiam regularis, vel secularis persona, ad aliam assertam Synodum (sub nomine generalis Concilij prætextu cuiuscumque conuocationis etiam à summo Pontifice emanatæ quam ex nunc prout ex tunc nullam & cassam fore & fuisse declarat, & prout de facto processit, de facto quoque reuocat, & dissoluit) accedere aut Procuratorem vel nuncium mittere siue eidem quocumque alio modo directe vel indi recte, tacite vel expresse adhærere, seu fauorem præstare possit.

DECLARATVR VLTERIVS AD Pontificem non pertinere loci electionem aut nominationem.



TEM, quoniam in ſuperioribus tertia& quarta ſeſſionibus ad omnem ſchiſmatis aditum præcludendum, quadraginta, in altera verò triginta dierum interuallum ad vnum omnibus communem ex decem locis eligendum, vel ad alia decem Imperialia nominandum pro hoc Sacro Concilio transferendo hæc Sancta Synodus præfato Sanctiſſimo Papæ ex gratiæ amplitudine conceſſit: & ille adhuc per alios vltra præmiſſum terminum plurimos dies expectatus hanc Sanctam Synodum de electione aut nominatione præfatis hucuſque nullatenus reddit certiorem, in præſentique publica ſeſſione ac in præcedenti etiam generali congregatione per Fiſcales huius Sãctæ Synodi Procuratores (dicti Pontificis contumacia & negligentia vel potius contemptu accuſatis) petitum ſit vt dictorum locorum electionem ſeu nominationem ipſi Pontifici vlterius non competere ſed in eadem Synodo prout antea reſidere debere declaretur: idcirco poſt etiam multorum dierum moram & ab elapſo termino expectationem, agnoſcens ſua longanimitate apud præfatum Dominum Papam hæc Sancta Synodus nihil proficere, ſed potius ab

eo tanta abutente benignitate quotidie pro conceſſa gratiâ maiora ad reformandam Eccleſiam impedimenta & obſtacula, membrorumque ſuorum iacturam, detrimenta ac inſectationes recipere, declarat pro ipſo continuando Concilio loci electionem & nominationem ex præfati Pontificis manifeſto neglectu atque notorio contemptu, in ipſa Synodo, prout prius reſidebat, reſidere ac ſubſiſtere, non eſſeque vlterius dicti loci eligendi aut nominandi in ipſo Pontifice aliquatenus facultatem.

SVB PROTECTIONE CONCILII recipiuntur Imperator Electus, & Rex Francorum.



QVVM ſine temporalium Principum adiumento, magiſtra experientia dum in hac fragili vita ſubſiſtimus & turbinibus quatimur, Eccleſiaſtica auctoritas facile perſiſtere nō valeat, & iuſtitia ac æquitate ſuadentibus, Eccleſiæ ſeruientes deceat ſpiritualibus gratiis & fauoribus muniri ac releuari cumque chariſſimi Eccleſiæ Filij Sereniſſimi Domini Maximilianus Electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Ludouicus Rex Francorum Chriſtianiſſimus, hoc Sacrum Concilium ab eiuſdem exordio indeſinenter ſemper protexerint & protegāt, omneque more ſuorum progenitorum pro Sancta Religione inſtauranda ac tuenda auxiliū & fauorem ſubminiſtrent, præ-

libatos ideo religiosissimos Principes condignis hæc Sancta Synodus muneribus insigniens, eos cum eorumdem regnis & dominiis tam in spiritualibus quã in temporalibus in protectionem suscipiens atque complectens, quoscumque processus excommunicationesque ac interdicti & priuationis sententias etiã consistoriales, & censuras alias quaslibet, contra ipsos & eorumdem Regna, Dominia, Ducatus, Prouincias, & singulares personas tam Ecclesiasticas quã seculares generaliter aut particulariter per Sanctissimum Dominum Iulium Papam II. aut alium quemuis etiam eius nomine & authoritate, prætextu indictionis, fauoris, adhæsionis aut defensionis huius Sãcti Concilij, & suppositorum comminatas, prolatas, & promulgatas, in posterumque comminãdas, proferendas, & promulgandas, declarat ac Omnipotentis Dei brachio & fortitudine decernit cassas, irritas, & nullas nulliusque valoris existere ac momenti. Vniuersis quinimo Christi cultoribus sub excommunicationis latæ sententiæ & cuiuslibet Ecclesiasticæ, & secularis dignitatis exauctorationis pœnis, prohibet & interdicit ne quisquam ipsi Domino Iulio Papæ, vel alij cuicũque eius nomine circa huiusmodi processus & sententias aut earumdem executionem etiã in futurũ hac de causa fiendis & promulgandis quomodolibet obtemperare seu obedire præsumat, sed potius præfatis Serenissimis Principibus (quilibet sub eorum dominiis existens) morem gerere & parere teneantur, ac si dicti processus & sententiæ nusquam emanassent seu in futurum emanarent. Itidem quoque processus quoslibet & interdicti excommunica-

tionis priuationiſque ſententias, aliaſve cenſuras in ſe continentes contra quaſuis alias perſonas cuiuſcũque gradus, ſtatus, præeminentiæ, & honoris exiſtant, etiamſi Regali, Reginali, Ducali, Marchionali, & quauis alia dignitate emineant, etiam cõtra Ciuitates cõmunitates ac Vniuerſitates Romanæ Eccle. mediatè vel immediatè ſubiectas, eiuſdẽ quoque S.R.E. Vicarios, vaſſallos, gentium Rectores, militũ Duces & Capitaneos, Officiales, aliaſque particulares tam Eccleſiaſticas quàm ſeculares perſonas huic Sanctæ Synodo adhærentes, fauentes, aut quomodolibet inſeruientes vel quandocumque adhæſuros, fauturos, aut quomodocumque obſequium præſtituros, illatos & inferendos poſtquam eidem adhæſerint, hæc Sancta Synodus caſſos, nullos, irritos ac nullius efficaciæ ac valoris fore ac fuiſſe declarat & determinat, & prout de facto proceſſerunt aut poſtmodum proceſſerint, de facto quoque obliterat & annullat.

MONETVR PAPA VT INFRA viginti quatuor dies reuocet attentata contra Sacrum Pisanum Concilium modernum.



SACROSANCTA generalis Synodus Pisana in Spiritu Sancto legitimè congregata Catholicam Ecclesiam repræsentans, & ad hanc Mediolani ciuitatem ad tempus trãslata, statuit, decernit, definit & declárat infracripta.

Excogitans sepenumero hæc Sancta Synodus quãta charitate & clementia, quanta solertia, cura & longanimitate vsa sit erga Sanctissimum Dominum Iulium secundum, per viscera etiam misericordiæ Dei nostri obsecrando eundem & supplicando, monendo & requirendo, vt ad hoc Sacrum Concilium honorandum & confirmandum per se aut legatos aut nuncios accederet, ac deinde electionem siue optionem vnius ex decem locis liberi communis omnibus & tuti, aliorumque totidem Imperalium locorum nominationem, binis concessione & termino de gratuita, benignitate eidem offerendo, hactenusque tam morosa post actu congregatum Concilium quatuor mensium præstolatione, vel eundem vel eius legatum aut nuncium siue super oblatis locis responsionem æquanimiter expectando vt omni schismaticæ pesti aditu secluso ad veram Ecclesiæ

vnitatem per ipſum ſacroſanctum Concilium repræſentatæ ſalubriter conueniret, iuxtaque Saluatoris Euãgelicum dictum fieret in ipſa Eccleſia vnum ouile & vnus paſtor, & iuxta pſalmographi venerabile vaticinium, vnanimes & vno conſenſu in domo domini (quam decet ſanctitido) ambulantes, abolleremus in ea hæreſes & errores, ſucciderémuſque abuſionum & enormium continuorumque ac ſcandalizantium criminum ſentes: atque per vniuerſalem Reformationem plantaremus erigeremuſque in ea decoram iuſtitiæ arborem, ex qua fructus honoris & honeſtatis prouenirent, ponendoque eius fines pacẽ Orientalibus recuperandis Eccleſiis, contra Mahometicas gentium nationes (quæ Chriſtiano nomini inſidiantur) noſtratium innocuo ſanguine modo graſſantia debacchantiaque arma cõuerterentur: intuenſque ac de adductis per huius ſanctæ Synodi fiſcales Procuratores ipſius domini Papæ contra hoc ſanctum Concilium impedimentis tã per illius prætenſam de facto diſſolutionem alteriusque aſſerti Cõcilij Lateranenſis erectionem, nec non per huius ſacri Cõcilij indictorum ac ſuppoſitorum priuationes quam per inſidias & armorum violentias breuiaque ipſius ad diuerſos Principes & Magnates tranſmiſſa ad impediendum loca communia & tuta pro eodem ſacro Concilio continuando eligenda: ipſoſque indictores capiendum & carceri mancipandum: Item & per teſtes ac facti ipſius notorietatem, diligentiſſima informatione præhabita, certam habens notitiam & indubitatam cognitionem tot tantiſque humilibus ſuplicationibus, benignis monitionibus, iuſtus requi-

quiſitionibus,perãplis oblationibus ac diuturnis expectationibus ipſũ ſanctiſſimi Papæ induratũ cor nõ ſolum non emoleſcere,nõ ſolum iteratas Eccleſiæ voces obaudire, non ſolum huius Sanctæ Synodi nuncios non admittere,ſed & omni nixu (quod non ſine lachrimis referre poſſumus) omni ſagacitate & induſtria, omnibus quibus valet inſidiis & militari brachio ſummam operam nauare; ac vltra elapſum quadrimeſtre nauaſſe vt ipſum ſacroſanctum Concilium rite ac recte indictum & in Spiritu Sancto actu legitimè congregatum impediat, infamet, diſſoluat, ac deſtruat: qualibus adhuc remediis, quibus modis, quo medicamine & pietatis oleo eiuſdem Pontificis vulneratum animum ſanare & ad veram ſalutiferamque Eccleſiæ vnitatem, adducere, allicere, & attrahere poſſet ſecum frequentius animo voluens, & perſeuerata ipſa ſancta Synodus poſt aſſiduè effuſas ſuper hoc ad Omnipotentem dominum orationes, poſt perſeuerantes & cõtinuos Paracleti Spiritus ſancti imploratus, poſt variaque ac multa pietatis opera præmiſſa, poſt longas, frequentes, & doctas in diuino & humano iure diſceptationes,poſt acutiſſimas indagines, & maturas ac ſepius repetitas diſcuſſiones, nihil aliud ſupereſſe iam liquidò cernit, niſi ad iuſtitiæ vinum & circum ligamina recurrendo (creſcenti in dies & tabeſcenti vulneri ne vniuerſum Eccleſiæ myſticum corpus corrumpat & maculet) iuridicæ diſtrictionis antidoto quantotius occurrere. Propterea, quia incaſſum ſacroſancta celebrarentur generalia Concilia, niſi eorum ſaluberrima decreta quæ ad Chriſtianæ religionis Reformationem, conſeruatio-

nemque assiduam, pacem, vnitatem ac tranquillitatem sunt introducta, ab his potissimum qui eorumdem generalium Conciliorum celebrationi operam impendunt, vigili custodia seruarentur & per sacrosanctumque & approbatissimum Constantiense Cōcilium sessione v. decretum sit, quod *quicumque, cuiuscumque conditionis, status, & dignitatis etiam si Papalis existat qui mandatis, statutis seu ordinationibus aut præceptis cuiuscumque Concilij generalis legitimè congregati obedire contumaciter præsumpserit, nisi resipuerit condignæ pœnitentiæ subijciatur & debitè puniatur etiam ad alia iuris subsidia si opus fuerit recurrendō* per sanctam quoque Basiliensem generalem Synodū sessione xi. cui etiam Eugenius Pontifex maximus adhæsit (vt ex xvi. eiusdem Synodi sessione luculentissimè constat) cautum sit, nec non ad perpetuam rei memoriam sancitum existat, *Si Romanus Pontifex qui primus in vinea domini laborare & alios suo exēplo ad laborandum trahere tenetur, generale Concilium actu legitimè congregatum quoquomodo de facto impedire mutare, prorogare, aut dissoluere operam dederit, & infra quatuor menses cum reali satisfactione non resipuerit, ex tunc à Papali administratione sit ipso facto suspensus quæ quidem Papalis administratio ad sacrum Conciliū ipso iure deuoluatur & si dictam pœnam per duos menses post dictos quatuor animo sustinuerit indurato, contra eum vsque ad priuationem inclusiuè per Concilium generale procedatur*: optima vtique ratione hæc sācta Synodus iuxta præfatorum sacrorum Conciliorum sanctissima ac necessaria decreta, & explorati iuris dispositiones, contra eumdem sanctissimum Papam legitimam ipsius sacri Concilij iurisdictionem vltra

etiam quadrimeſtre prænominatum diuerſimodè impedientem pœnarum rigore procedere, ipſumque ſine vlteriori monitione & expectatione ab ipſa Papali administratione ipſo facto eſſe ſuſpenſum, illiuſque administrationem ad ipſam Sanctam Synodum ipſo iure deuolutam ex nunc declarare, ad capitiſque & membrorum Reformationem iam procedere merito poſſet; quia tamen qua pietate & religione, quo zelo amoris & Dei ſpiritu erga eumdem Dominũ Papã maturè & benignè incedat omnibus Chriſti & pietatis cultoribus magis ac magis innoteſcere & euidentiſſimè patere deſiderat, ad huc ſolitæ benignitatis & dulcedinis ſinum erga eumdem ſanctiſſimum Papam liberalius & peramplius aperiens, Sanctitatem eius per aſperſionem pretioſiſſimi ſanguinis Domini ac Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, per eius pientiſſima vulnera & dolores ac ſaluberrimam mortem iterum atque iterum rogat, humiliter & obſecrat monetque ac requirit vt primò prætenſam indictioné aſſerti Cõcilij Lateranenſis contra hoc ſanctum Concilium promulgatam omniaque & ſingula per interdicti excommunicationis, priuationis, etiam conſiſtorialis inhabilitationisque ſententias infamiæ notas, aliaſque cenſuras & quæcumque impedimenta & turbationes contra præſens ſanctum Concilium eiuſque indictores ac ſuppoſita quomodocumque de facto attentata, declaret nulla, caſſa, & irrita fuiſſe ac fore, prout ſunt, nulliuſque penitus roboris ac momenti, ſicut & in prima ſeſſione per hanc ſanctam Synodum declarata fuere in propatuloque per expreſſas bullas, prout defacto proceſſerũt defacto quoque reuocet, ab

omniqꝫ penitus contra hoc ſacrum Concilium præſtando impedimento abſtineat, nec non de huiuſmodi declaratione ac reuocatione & ab impedimentis ceſſatione infra XXIIII dierum ſpatium à die præſentis promulgationis decurrens, quorum octo pro primo, octo pro ſecũdo, & alij octo pro vltimo ac peremptorio termino eidem aſignato ſufficiant, hanc ſanctam Synodum certificare teneatur. Quod ſi eius mentis fuerit præmiſſa adimplere & huic ſanctæ Synodo, veluti Dei Vicarium decet, effectualiter adhærere, quamquam ex vrgentiſſima neceſſitate dictus XXIIII. dierum terminus competens habeatur, ad maiorem tamen humanitatem erga eundem Pontificem ſignificandam, quatenus cum maiori fortaſſis opportunitate & aliorum Reuerendiſſimorum Cardinalium apud eum degentium cõſilio prædicta exequi valeat, promittit ipſa ſancta Synodus memoratum XXIIII. dierum terminum ampliſſimè prorogare, ita tamen quod infra prælibatos XXIIII. dies de bono eius erga ipſam Synodum animo & voluntate, ſaltem per Curſorem & Apoſtolicas literas præſens ſanctum Concilium certiorare debeat & teneatur, deindeque nuncium ad tractãdum de communiori omnibus ac aptiori loco pro vniuerſali Concilio continuando tranſmittat aut in præmiſſorum contemptũ vel commiſſionem infra eumdem terminum ſaltem nuncium deſtinare teneatur, ad dicendum quare iuxta dictam Baſilienſem conſtitutionem ipſo facto ſuſpenſus ex tunc declarari non debeat, quibus nunciis ex nunc veniendi, ſtandi, ac recedendi vigore præſentis decreti liber aditus & ſaluus conductus in Syno-

dali fide exibetur. Et si eius sanctitas huiusmodi iustissimis precibus tot tãtisque suplicationibus, humillimisque & perbenignis requisitionibus, quod non permittat Altissimus, contumaciter adhærere & assensum præbere contempserit nec de præmissis declaratione, reuocatione & ab impedimentis effectuali cessatione vel bono animo & mente, infra dictum XXIIII. dierum interuallum, ipsam sanctam Synodum vt præmittitur non certificauerit, tantamque oblatam vnionem Catholicæque Ecclesiæ necessariam Reformationem paruipenderit, aut infra eũdẽm terminum saltem ad dicendum quare iuxta dictam constitutionem Basiliensem sicut præmittitur suspensus, ipso facto ex tunc declarari non debeat nũcium non transmiserit, ipsa sacrosancta Synodus elapso dicto termino absque vlteriori monitione ac expectatione procedet ad declarationem dictarum suspensionis & deuolutionis, nec non ad vlteriora, prout Iuris fuerit & rationis coramque tremendi iudicis Dei tribunali ac vniuersa triumphante ac militante Ecclesia protestabitur per se non stetisse quin dominum Papam præfatum ad veram ipsius Ecclesiæ vnitatem ac instaurationem omnibus opportunis mediis via & modis allicere, attrahere, monere, ac requirere iterum atque iterum diligentissimè non studuerit. Verumtamen, dicto termino pendente, prout rerum necessitas & agendorum qualitas suadebunt in vlteriori prosecutione Concilij & in eo agendis ordinate debite & mature procedere posse intendit nec aliqualiter supersedere. Quoniam vero ad ipsum dominum Papam tutus nõ patet accessus, huius

decreti publicationem declarat fieri per affixionē in valuis Cathedralium Mediolanensis, Bononiensis ac Florētinę Ecclesiarum per cursorem celerrimè transmittendum, illamque ad instar Edictorū in albo Prætoris positorum ita sufficere, ac si idem Sanctissimus Papa personaliter apprehensus, monitus ac requisitus fuisset, cùm non sit veri simile hæc non debere ad eius aures & certam notitiam confestim euolare, quę tam patenter omnibus innotescunt. Datum & promulgatum Mediolani in Cathedrali Ecclesia in publica sessione die Mercurij XXIIII. Martij, anno Domini M. D. XII. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris Domini Iulij diuina prouidentia Papæ II. anno nono, sub annulo eiusdem Sanctæ Synodi.

Interrogati verò à scrutatoribus patres an promulgata placerent, responderunt *placent*. His quippe omnibus & singulis interfuerunt magnifici Domini Iacobus Oliuerius, Regius Mediolani Cancellarius, & Franciscus Tauellus, ac Ioannes Falco Regij, vbi supra, Consiliarij ac Senatores testes rogati: Promotoresque ac Fiscales Procuratores, petierunt à Protonotariis & Notariis super præmissis publicum & publica instrumenta confici. Suprascriptum quoque vltimum decretum in valuis prædictorum cathedralium Ecclesiarum per cursores celerrimè est affixum, & de ipsa affixione corā testibus facta per publicos Tabelliones postmodum est exhibita authentica relatio.

SEPTIMA SESSIO.

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. Die Lunæ XIX. Aprilis anno Domini M. D. XII. indictione XV. celebrata est septima huius Sancti Concilij sessio in Cathedrali Mediolanensi Ecclesia, Præsidente Reuerend. Cardinale Sanctæ Crucis. Reuerend. in Christo Pater Dominus Tristandus Salazar, Senonensis Archiepiscopus, Missarum solennem cultum de Sancto Spiritu egit, decantatoque II. Euangelio *Beati oculi qui vident quæ vos videtis*, Lucæ 10. quod recitari consueuit Dominica XII. post Pentecosten, venerabilis Pater Dominus Ioannes de Messyaco, Decretorũ Doctor, Prior Sanctæ Mariæ de Contamina, alter ex Procuratoribus Abbatis, & totius Cluniacensis ordinis, accepto themate ex Missæ Euangelio, *Ille vos docebit omnem veritatem* Ioan. 16. orauit ad Synodum de colligendis & auferendis scandalis de Regno Dei, idest Ecclesia militante, hortaturque Patres ne infœlicitate temporum & armorum strepitu accepto ab Ecclesiasticæ reformationis opere desisterent, confutauitque illorũ pessimos errores qui ipsos Conciliares Patres schimaticos nuncupabant. Sermone acto & Cãtato Hymno, *Veni creator Spiritus*, Fiscales Procuratores accusauerunt contumaciã Sanctissimi Domini Papæ.

SCEDVLA ACCVSATIONIS.

REVERENDISSIMI Reuerendique Patres & Domini metuendi, hoc Sacrosanctum generale Concilium in Domino celebrantes, cùm in sexta sessione huius Sacri Concilij (iuxta constitutionem Concilij Basiliensis sessione XI.) per nos Promotores infrascriptos, petitum fuerit ab hac Sacra Synodo Sanctissimum Dominum nostrum Iulium Papam II. ob impedimenta vltra quadrimestre huic Sacro Concilio præstita declarari suspensum ab omni tam in spiritualibus quã in temporalibus administratione Papali, per ordinationemque & decretum ipsius Sanctæ Synodi Sanctissimus Dominus noster Iulius Papa II. humiliter rogatus ac requisitus & monitus fuerit quatenus declararet sententias & censuras ac quæcumque impedimenta contra hoc Sacrum Concilium de facto attentata esse nulla, & prout de facto processerunt de facto euocaret, necnon de huiusmodi declaratione ac reuocatione infra viginti quatuor dierum spatium ipsam Synodum certificare teneretur, aut in præmissorum contemptum vel omissionem infra eumdem terminum saltem nunciũ destinare teneretur ad dicendum quare iuxta dictam Constitutionem Basiliẽsem, ipso facto suspensus ex tunc declarari non deberet, & prout latius in ea continetur. Verum quia præfatus Sanctissimus Dominus noster in ipso termino

nec

ńec infra illum iam elapſum ea nec aliquid corũ adimpleuerit nec curauerit,& pręſertim cùm ſaltem per Curſorem vel nuncium ſuum de bono animo & declaratione ac reuocatione certiorare Synodum ipſam potuiſſet,& attento quod per ipſam Sanctam Synodum iam declaratum & affirmatum fuerit habitam eſſe certam & indubitatam congregationem ex teſtibus & aliis documentis de impedimentis præfato Sacro Concilio per eum ſummũ Pontificem illatis, propterea nos Franciſcus de Bezarillo, & Ioan.Ambroſius de Bultraſiis I. V. Doctores, Promotores, & Procuratores Fiſcales huius Sacri Concilij,producentes executiones ſeu relationes ſuper publicatione ſeu executione dictæ ordinationis ſeu decreti in Ciuitatibus Mediolanenſi, Florentina, & Bononienſi & per inſtrumenta publica confectas, inhærendo aliis contumaciis per nos accuſatis, contumaciã præfati Sanctiſſimi Domini noſtri Iulij Papę II.accuſamus,& pro contumace tractari & reputari, ipſamque contumaciam admitti debere, necnõ pro obſeruatione & executione dictæ Conſtitutionis ſeu decreti Baſilienſis (quod eſt latæ ſententiæ) & ſextæ ſeſſionis huius Sacri Concilij procedi debere ad illarum executionem petimus,& quatenus expediat iterum decerni & pronunciari ac declarari præfatum ſummum Pontificẽ Dominum noſtrum Iulium Papam propter huiuſmodi præſtita impedimenta & alias cauſas latius in decreto XI. ſeſſionis Baſilienſis & VI ſeſſionis huius Sacræ Synodi contentas, incurriſſe ſententiam ſuſpenſionis ipſo facto, ab omni tam in ſpiritualibus quàm in temporalibus adminiſtratione Papali & ipſam

administrationem deuolutã esse ipso iure ad hoc Sacrum Concilium, eumque pro suspenso haberi & reputari, & proinde monere omnes & singulos Christi fideles cuiuscumque dignitatis, præeminentiæ ac cõditionis tam spirituales quàm temporales Sanctam Romanam Ecclesiam recognoscentes ac eius subditos ac vassallos) quatenus dictum Sacrum Concilium in dicta administratione recognoscant, & de omnib. in quibus Romanæ Ecclesiæ tenentur & in futurum tenebuntur respondeant, eidemque pareant, obediãt & intendant, non obstantibus etiam iuramentis præfato summo Pontifici præstitis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Accusatâ per Procuratores huiusmodi contumaciâ Reuerendi Patres Domini Egidius Cathelanens. & Ludouicus Sancti Florij Episcopi, de mandato Patrũ ter ante maius altare, ter in medio dictæ Ecclesiæ, & ter in valuis eiusdem proclamarunt. Si Sanctissimus Dominus Papa Iulius II. aut aliquis pro eo cõparuerat, nemineque comparente id, reuersi coram Reuerendissimo Præsidente, exposuerunt.

Reuerendiss. verò Præsidens Dominus Cardinalis Sanctæ Crucis nomine totius Synodi respõdit super prælibata contumacia, ipsam Sanctam Synodũ mature, benignè & misericorditer fore deliberaturam, quicquid splendori & vtilitati Ecclesiæ ac ipsius Domini Iulij Papæ saluti conducet. Reuerendusque Pater Dominus Iac. Heduens. Episcopus ambone conscenso, infrascriptum promulgauit decretum.

DECRETVM SEPTIMÆ sessionis.

Deputationum, congregationumque & sessionum ordines describuntur.

IN NOMINE Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. Sacrosancta generalis Synodus Pisana in Spiritu Sancto legitimè congregata Catholicam Ecclesiam repræsentans & Mediolanum ad tempus translata statuit, ordinat, & declarat infrascripta.

Iuxta antiquorum Conciliorum laudabiles consuetudines, vt omnia agenda quæ erant maiora ante generales congregationes publicasque sessiones in diuersis deputationibus sint maturè digesta, tractata, & disputata, ex omnibus huius Sancti Concilii Patribus & suppositis quatuor ordinat deputationes: Primò, deputationem videlicet fidei, secundò, deputationem reformationis, Tertiò, deputationẽ Ecclesiasticæ libertatis Quartò, deputationẽ pacis, quæ omnes quatuor deputationes in domibus Præsidentiũ eorundẽ vel in propinquis Ecclesiis, bis in hebdomada, scilicet secũda & quarta feriis, teneantur de omnibus (iuxta memoriale à Præsidente Concilii cum aliis deputatis statuendum) vel per commissiones signatas possint & debeãt cõsulere & differere,

doctrinaliterque, sapienter, & prudenter, concludere, conclusionesque etiam per modum memorialis in scriptis redigere: in ipsis verò deputationibus nulla definitio iudicialis terminetur, sed generali cōgregationi, quæ sexta feria cuiuslibet hebdomadæ, vel occurrēte die festo, quinta feria vel Sabbatho, aut alias, prout expediens videbitur, teneātur iudicialiter definienda referre, in quo omnis Conciliarium rerū determinatio resoluatur. Officiales quoque huius Sācti Cōcilij possint eligi instituendique, canones definiri, citationes agi, ac termini teneri, & contumaciæ accusari. Ipsi tamen canones nisi à tempore in publica sessione faciendæ promulgationis, vim roburque nequaquam habeant. Publicæ autē sessiones, nisi vrgens ratio aliud persuadeat, semel aut bis in mēse habeantur. Distributio verò Patrum & suppositorum in prælibatis deputationibus, ordo quoque in ipsis deputationibus, congregationibus, ac sessionibus tenendus in actis huius sacri Concilii seorsum continētur. Datum Mediolani in publica sessione in Cathedrali Mediolanensi Ecclesia die Lunæ XIX. Aprilis, anno à Natiuitate Domini M. D. XII. Reuerendi verò Patres Domini Zacharias Abbas Subasiens. & Claudius Choure huius Sancti Concilii Protonotarii Apostolici, & scrutatores, interrogauerunt omnes & singulos Patres si promulgata placerent, qui responderūt, *placent*.

His omnibus & singulis interfuerunt magnifici Domini Iacobus Oliuarius, Regius Mediolani Cācellarius, & Thomas Boyerus Regius generalis Normamaniæ Quæstor, testes rogati Promotoresque ac Fis-

cales Procuratores petierunt super præmissis publicũ & publica à Protonotariis & Notariis confici instrumenta.

OCTAVA SESSIO.



IN nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti, Amen. Die Mercurii XXI. Aprilis anno Domini millesimo quingentesimo duodecimo, indictione XV. fuit octaua sessio in Cathedrali Mediolanensi Ecclesia, Præsidente Reuerendissimo Cardinale Sanctæ Crucis. Reuerendus Pater Dominus Guillelmus Peleni Episcopus Magalonens. de Sancto Spiritu solennẽ Missam celebrauit. Decantato Euangelio, *Cùm videritis abominationem desolationis*, quæ dicta est à Daniele Propheta Math. 24. quod legitur Dominica 24. post Pẽtecosten, Magister Anthonius Seurre Attiũ, & Theologiæ Doctor Parisiensis, Ecclesiæ Meldensis Canonicus, assumpto themate ex ipso Euangelio, *Vbicumque fuerit corpus ibi congregabuntur & Aquilæ*, sermonem habuit ad Synodũ de mystico Christi corpore, quod est Ecclesia, deduxitque illud per trium legum tempora, sub naturali quasi conceptu, sub Mosayca, natum sed paruulum & imperfectum, sub Euangelica grandæuum & consummatũ, quod quidem corpus quodammodo examine consepultum & mortuum extitit in triduo fidei, reformationis, & pacis, nunc

autem venit reformandum & configurandum corpori claritatis Christi & quatuor dotibus Allegoricè dotandum, claritate quantum ad errorum, hæresum & superstitionum extirpationé, impassibilitate purgati animi quo ad morum Reformationem, subtilitate pacis quæ exuperat omnem sensum, & agilitate expeditionis in Turcas & Agarenos. Deduxit etiam aquilarum congregationem comparando patres Synodales aquilis & eorum volatum ad corpus Ecclesiæ quasi ad cadauer fœtidum, putridum & abominabile abominatione vitiorum & scandalorum in capite ministeriali & in membris multis iuxta tres Prophetias Danielis Prophetæ, Esca quippe sanctorum conuersio est peccatorum. Concione expleta decantatoque Hymno, *Veni creator Spiritus*, Procuratores fiscales iterum accusarunt contumaciam Domini Iulij Papæ in hæc verba.

SCEDVLA ACCVSATIONIS contumaciæ sanctißimi domini Papæ.


REVERENDISSIMI Reuerendique Patres & domini metuendi, hoc sanctum Concilium in domino celebrantes, nos Franciscus de Bezarillo, & Ioannes Ambrosius Bultrasius, iuris vtriusque Doctores, ac Promotores ac Procuratores Fiscales huius Sanctæ

Synodi in præcedenti proxima ſeſſione accuſauimus contumaciam domini Iulij Papæ ſecundi, petiuimuſque per hanc Sanctam Synodum declarari eumdem Dominum Papam ſuſpenſionem incurriſſe vigore XI. ſacri Concij Baſilienſis & ſextæ huius Sanctæ Synodi ſeſſionum & alia prout in petitione noſtra continetur. Quare cum nec hucuſque comparuerit præfatus dominus Iulius Papa II. per ſe vel ſaltem per nuncium, inhabendo ſupraſcriptæ & aliis cõtumaciis per nos Procuratores accuſatis, iterum atque iterum contumaciã eiuſdem domini Iulij Papæ ſecundi ad abundantem cautelam accuſamus, ipſamque iterum requirimus admitti, petentes iterum atque iterum eumdem dominum Iulium per hanc Sanctam Synodum declarari ob impedimenta vltra quadrimeſtre huic Sancto Concilio præſtita, & alias legitimas cauſas in decretis dictæ XI. & ſextæ huius Sanctæ Synodi ſeſſionibus contentas, incurriſſe ſententiam ſuſpenſionis ipſo facto ab omni tam in Spiritualibus quàm in temporalibus Papali adminiſtratione, eumque pro ſuſpenſo haberi & reputari, ac ipſam adminiſtrationem tam in ſpiritualibus quàm in temporalibus deuolutam eſſe ad hanc Sanctam Synodum, & alia fieri, prout petitum fuit per nos.

Lecta prædicta ſcedula, Reuerendiſſimus dominus Præſidens ordinauit iterato præfatum Sanctiſſimum dominum Papam Iulium II. eſſe vocandũ per duos Reuerendiſſimos Cardinales, Baiocenſem ſcilicet, & de Albreto, & Lugdunenſem ac

Senonenſem Archiepiſcopos, nec non Agatenſem & & Tholonenſem Epiſcopos, & Sueſſionenſem ac Subaſienſem Abbates, qui à ſubſelliis ſuis deſcendentes, ad proximum altaris gradum acceſſere, ibique Reuerendiſſimus Baiocenſis Cardinalis proclamauit, Eſt ne hic ſanctiſſimus dominus Papa Iulius aut aliquis pro eo, iterumque ter proclamari fecit per venerabilem virum Guillelmum de Noſſay ſacroſancti Piſani Cõcilij Protonotarium, & cũ nemo appareret pro eo, acceſſerunt præfati Cardinales Epiſcopi & Abbates circa medium dicti templi, vbi ſimilem proclamationẽ fecit prænominatus Cardinalis Baiocenſis & poſt eum de eius mandato dictus de Noſſay, & deinde ad portam maiorem eiuſdem Eccleſiæ facta eſt per eumdem Reuerendiſſimum Cardinalem Baiocenſem, & deinde per præfatum de Noſſay proclamatio ſimilis præcedẽtibus. Sed cùm nemo pro prælibato ſummo Pontifice reſponderet, prænominati Reuerẽdiſſimi Reuerẽdique patres redierunt ad proximum altaris maioris eiuſdem Eccleſiæ gradum, prænominatuſque Reuerendiſſimus Cardinalis Baiocenſis relationem verbalem de ijs quæ egerat, vt præmittitur, exhibuit ante Reuerendiſsimũ dominũ Præſidentem Cardinalem Sanctæ Crucis, & qualiter nuſquam apparebat nec apparuerat ſanctiſsimus Papa Iulius II. nec aliquis pro eo. Quare inſtantibus & petentibus ſupraſcriptis Procuratoribus Fiſcalibus & Promotoribus huius ſacri Concilij fuit iterum admiſſa contumacia præfati ſanctiſsimi Domini Papæ Iulij II. per Reuerendiſsimum Præſidentem, de quibus prænominati Promotores petierunt per Notarios

tarios sibi confici publicum seu publica instrumentum seu instrumenta.

Deinde Reuerendus in Christo Pater Dominus Iacobus Heduensis Episcopus, ascẽdit eminentem thalamum, & perlegit decretum suspensionis præfati Romani Pontificis huius tenoris.

SVSPENSIO DOMINI IVLII Papæ II. ab omni tam in spiritualibus quàm in temporalibus Papali administratione.



IN nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij & Spiritus Sancti. Amen. Sacrosancta generalis Synodus Pisana in Spiritu Sancto legitimè congregata vniuersalem Ecclesiam representans, & Mediolanum ad tempus translata, ad perpetuam rei memoriam.

Inter sacratissima generalium Conciliorum instituta, illud summopere est præcauendum ne peroptabile necessariumque Ecclesiasticæ libertatis ac reformationis opus tam in capite quàm in membris aliquo modo interrumpi aut impediri contingat. Omnis præterea obex remouendus, omnis aduersa auferenda occasio: *Auferte*, inquit, *Dominus* per Esaiam, *offendicula de medio populi mei.* Et Apostolus, *Auferte malum ex vobis, modicum enim fermentum vniuersam massam corrumpit*. Cùm itaque auctore

Deo ad Christianum populum & præsertim Ecclesiasticum statum de manu tartarei Goliat, & Philisteorum ruina eripiendum (id est criminum incursionibus quibus & in capite & in membris languescens periclitatur & labat orthodoxa mater Ecclesia tanquam ab omnibus pietatis zelatoribus vultu desiderabilis Dauid in virtute Dei exurgens in Spiritu Sancto legitimè congregatum hoc generale & Sacrosanctum Concilium à sui primordio vsque in præsens vario impedimentorum genere sit impetitum, turbatũ, lacessitum, atque inuasum, ab eo præcipuè à quo super reliquos omnes promoueri, foueri iuuari, ac gratantissimè optari & complecti deberet Sanctissimo Domino Iulio Papa moderno, nunquã destitit hæc Sancta Synodus omni qua potuit solicitudine, humilitate, mansuetudine, & benignitate ipsum Sanctissimum Papam iterum atque iterum per viscera etiam misericordiæ illius (quem iuxta Apostolum dedit Deus caput super omnem Ecclesiam quæ est corpus ipsius) obsecrare, supplicare, monere, requirere vniusque ex decem locis liberi, communis, ac tuti pro celebrando Concilio optione, ac totidem Imperialium locorum nominatione, binis indultis ac terminis amplissimè condonare, vltra quoque eosdem elapsos terminos ad eadem loca eligendum ac nominandum diutius expectare, ne Dei Ecclesiam contemneret, ne inconsutilem Christi tunicam scinderet, ne perniciosissimũ schisma in Christiana religione introduceret, sed huic diuina & Ecclesiæ ac propria ipsiusmet Pontificis au-

ctoritate indicto ac congregato Concilio (pro totius Christiani populi pace& collabentis Ecclesiæ reformatione) adhærere, in eo per se aut legatos vel nuncios præsidere, & illud confirmare ex incumbenti sibi officio dignaretur. Audierunt cæli, & auribus percepit vniuersa terra, hoc est ad minus omnes Conciliares nationes & linguæ, intellexeruntque insulæ & populi de longè quanto charitatis affectu superexaltando semper misericordiam iudicio erga ipsum Sanctissimum Papam vsa sit ipsa Sacrosancta Synodus. Cúmque instar illius Israelitici Regis Saulis (cuius nomen abusiuum interpretatur) Dauidica benignitate, clementia supplici, frequentiusque iterata supplicatione ac indulgentia semper idem Sanctissimus Papa abutens, non solum obtusas aures erga Ecclesiæ repetitas voces effecerit, non solum mulieris amictæ sole occisi agni sponsæ, quæ in Apocalypsi cruciatur vt pariat fructum iustitiæ in tempore suo pientissimos clamores contempserit, sed & in eam per hoc Sanctum & generale Concilium repræsentatá multimoda insectatione desæuiens, contra approbatissimorum Conciliorum decreta saluberrima grauissimis comminationibus interdicti, priuationum, aliarumque censurarum eo ipso tamen nullis fulminatis sententiis quolibet sciuit insidiarũ genere, quacumque potuit militari manu, omnibus quibus valuit litteris & breuibus ad varios potentatus & personas transmissis (de quibus omnibus preuia etiam iuridica & diligenti informatione deque impedimẽtorũ

notorietate certissimam ac indubitatã notitiam hæc Sancta Synodus habuit & habet ; & vniuersus orbis agnouit eiusdem immaculatæ Christi columbæ per ipsum œcumenicum & sanctum Concilium effectã vnionem impedire, diuidere, dissoluere, infamare, perturbare, destruere, & in nihilum redigere summam operam impenderit, in celebrata sexta sessione instantissimè petitum est per Fiscales ipsius sancti Cõcilij Procuratores quatenus iuxta XI. sessionis Basiliensis Concilij salutiferam Constitutionem, ob huiusmodi vltra quadrimestre præstita impedimẽta, & alias causas in ipsa sacratissima constitutione contentas, eumdem Sanctissimum Papam ab omni tam in spiritualibus quàm in tẽporalibus Papali administratione ipso facto suspensum, ipsamque administrationẽ ad hanc sanctam Synodum ipso iure deuolutam eadem Synodus declararet. Poterat sane ipsa Catholica Synodus circa huiusmodi suspensionis & deuolutionis declarationẽ nõ solum dictæ Basiliensis & Constantiensis sessionibus. IIII. & V. per necessariorum decretorum vigorem ac communis iuris dispositionem (tãquam legitimam ipsius Concilij iurisdictionem turbantem) contra eumdem Pontificem iure, optimo procedere, diuersorumque notoriorum enormium & Ecclesiam Dei scandalizantium (de quibus etiam incorrigibilis diffamatus existit) continuorum criminum (per ipsos Procuratores in generali congregatione accusatorum contra eumdem inquisitionem & publicationem peragere: Verum quia Omnipotenti domino & vniuersæ Ecclesiæ sanctæ de superabundanti clementia potius quàm de districtiori seueritate rationem reddere desiderat & cupit, nun-

quam à solita benignitate & misericordia deuiãdo ducta illius exemplo cuius miserationes super omnia opera eius) decreuit adhuc expectare & cum silentio præstolari, si forsan Ecclesiæ gemitibus placatus clementissimus author eumdem Dominum Papam ad viam veritatis reducere dignaretur, & tanta adhuc expectatione, gratia, ac liberali largitate inuitatus, excitatus & commotus, reuerti ad cor ipse Pontifex quandoque videretur. Vnde matura & frequentiori discussione prælibata, iterum atque iterum eumdem sanctissimum Papam & repetitis vicibus (per eũ qui langores Ecclesiæ in amarissima & spontanea morte portauit) humiliter hæc Sancta Synodus rogauit, supplicauit, & requisiuit vt infra XXIIII. dierum interuallum à die ipsius sextæ sessionis computandum (vt in ea plenius continetur) omnes interdicti excommunicationis, priuationis, & quarumcumque Censurarum sententias contra ipsum sanctum Concilium & eius indictores & eidem quomodolibet adhærentes de facto attentatas & prolatas prætensamque alterius asserti Lateranensis Concilij erectionem, huius veri & legitimi Pisani dissolutionem, palam & per patentes Apostolicas literas declararet nullas, irritas, cassas, ac nullius penitus roboris ac momenti, prout sunt, fuisse & fore, & prout de facto quoque reuocaret, necnon ab omnibus ipsi Concilio præstandis impedimentis effectualiter cessaret, ac de huiusmodi declaratione & ab impedimentis cessatione aut de bono eius erga ipsam Synodum animo & mente, per Cursorem & Apostolicas literas, infra dictum terminum eamdem certificaret, promittens eo casu ad eãdem

declaratioẽ per ipſum dominum Papam commodius fiendam ipſam XXIIII. dierum ſpatiũ ampliſſimè prorogare, ita tamen quod idẽ ſanctiſſimus Papa ad tractãdũ de cõmuniori loco pro celebrando Concilio deinde tranſmittere, vel in horum contemptum, negligentiam aut defectũ ad dicendum cur iuxta præmiſſa ipſo facto ſuſpenſus ab omni, vt præmittitur, Papali adminiſtratione, ipſamque adminiſtrationẽ ad ipſum ſanctum Concilium ipſo iure deuolutã declarari non deberet, ſaltem nuncium infra dictũ terminum deſtinaret, cui liber aditus & ſaluus cõductus veniendi, ſtandi, & recedendi in Synodali fide adhibebatur. Quod ſi ipſe ſanctiſſimus Pontifex tot tantiſque ſuplicationibus humillimiſque & perbenignis requiſitionibus, quod nõ permitteret Altiſſimus, contumaciter adhærere & aſſenſum præbere contemneret, nec de præmiſsis declaratione, reuocatione, & ab impedimentis effectuali ceſſatione vel bono animo & mente infra dictum XXIIII. dierum terminum ipſam ſanctam Synodum, vt præmittitur, non certificaret, aut infra eundem terminum ſaltem ad dicẽdũ quare iuxta dictam Conſtitutionem Baſilienſẽ, ſicut præmittitur, ex tunc ipſo facto ſuſpenſus declarari nõ deberet, ſaltem nũcium non tranſmiteret, ipſa ſacroſãcta Synodus elapſo dicto termino abſque vlteriori monitione & expectatione procederet ad declarationẽ dictarum ſuſpenſionis & deuolutionis nec non ad vlteriora, prout iuris foret & rationis, coramque tremẽdi iudicis Dei tribunali ac vniuerſa triumphante & militante Eccleſia proteſtaretur per ſe non ſteriſſe, quin Dominũ Papam præfatum ad veram ipſius Eccleſiæ

vnitatem ac instaurationem omnibus opportunis mediis via & modis allicere, attrahere, monere, ac requirere iterum atque iterum diligentissime non studuerit. Et quoniã ad ipsum tutus non erat accessus, declarauit huiusmodi supplicationis & requisitionis publicationem fieri per affixioné editi decreti in valuis huius Mediolanensis, Florentinæ, ac Bononiẽsis cathedralium Ecclesiarum per cursorem celerrimè transmittendum, ipsamque ad instar edictorũ in albo Prætoris positorum ita sufficere; ac si idẽ Sanctissimus Papa personaliter apprehensus, monitus, ac requisitus fuisset, cũ non sit verisimile, hæc non debere ad eius aures & certam notitiã confestim euolare, quę tã patenter omnibus innotescunt. De quibus quidẽ affixionibus, post promulgatum decretum celerrimè per cursorem in omnibus dictis locis & pluribus aliis effectualiter factis per publica Notariorum instrumẽta est ad plenũ data relatio. Expectans expectauit hactenus vltra etiam assignatum terminum, perseuerãs vnanimiter in orationibus & aliis piis operibus hæc Sancta Synodus Sanctissimũ Dominum Papã prętatum ad veram sui ipsius recognitionem, & Catholicæ Ecclesiæ per hoc Sanctũ Conciliũ repræsentatæ vnitatem, sperãs ad tam salubre & necessarium Ecclesiasticæ reformationis, & contra Christiani nominis inimicos expeditionis opus vnà cum Sanctissimo Domino Papa in pacis & charitatis vinculo se processuram. Expectauit profecto pacem & non fuit bonum tempus medelæ in ipso Pontifice, & ecce turbatio. Quanto etenim magis ab Ecclesia exoratus

& expectatus fuit, tanto & magis indurati cordis & inflexibilis ceruicis apparuit. Nedũ enim omnes huius Sanctæ Synodi humiles præces & porrectas supplicationes piasque & iustas requisitiones (vltra etiã taxatum XXIIII. dierum ab ipsa sexta sessione decurrens interuallum vt comprobauit euentus) admittere & audire contempsit, nedum ipsas sententias, pœnas, ac censuras contra hoc Sanctum Concilium & eius indictores ac quomodolibet adhærentes prolatas nullas, irritas, cassas ac nullius penitus roboris, prout sunt, fore & fuisse, seipsum declarasse, ac prout de facto processerunt de facto reuocasse, & ad ipsum Sanctum Concilium impedimento destitisse, ipsam Sanctam Synodum infra præfatum terminum non certificauit, & ad dicendũ cur vigore prælibatæ Basiliensis Constitutionis ex tunc ipso facto, vt præmittitur, suspensus declarari non deberet, saltem nuncium non transmisit: sed & magis ac magis in ipsum Sacrosanctũ Concilium & eius pia supposita spirans minarum & cædis, ac furia inuectus deuastans Ecclesiam Dei & malum malo adaugens ad tantam deuenit sæuitiam, vt ipsius sacri Concilij impediendi ac destruendi gratia attrocissimè, & à multis retroactis temporibus inauditæ Christiani sanguinis effusioni, quod non sine maximo eiulatu & planctu recoli valet, euidentissimam & voluntariam occasionẽ præbuerit: Ita vt *vox in Rhama audita sit ploratus & vlulatus Rachel plorans filios suos, & noluit consolari quia non sunt, & quoniam effuderunt sanguinem innocentem tanquam aquam in circuitu Hierusalem & non erat qui sepeliret, & posuerunt morticinia seruorum Dei*

escas

escas volatilibus cœli, & carnes Sanctorũ eius bestiis terræ. Cogitur propterea hæc Sancta Synodus tot tantisque Ecclesiæ scandalis & detrimentis piè in domino se opponere, & ne de cętero deterius quod contingat diligenti, prout tenetur, cura & solicitudine prouidere. Ea propter cùm in nuper elapsa huius sanctæ Synodi septima, & in præsenti octaua sessionibus, circa huiusmodi præstita impedimenta & præfatam accusatã contumaciam, per Fiscales huius sancti Concilij Procuratores instantissimè petitum sit, vt dictorum Basiliensis sessionis XI. & huius Pisani sess. VI. decretorum vigore declarare iam ipsa Sancta Synodus ipsum sanctissimũ Papam ab omni, vt præmittitur, administrane ipso facto suspensum, ipsamque administrationem ad ipsam sanctam Synodum ipso iure deuolutam, ac etiam quatenus expediat (tanquam ipsius sanctæ Synodi legitimam iurisdictionẽ impedientẽ) iuxta iuris communis dispositiones eumdem suspendere: ipso Sanctissimo Papa vel eius Procuratore vel saltem nuncio in Cathedrali Ecclesia & in valuis eiusdem per venerabiles fratres primùm Egidium Cathelanens. & Ludouicum Sancti Florij Episcopos in septima, & per dilectos Filios Renatum II. Sanctæ Sabinæ presbyterum, & Amaneum Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diaconum S. R. E. Cardinales, nec non venerabiles Fratres Franciscum Lugdunens. & Tristandum, Senonens. Archiepiscopos, Ioannem Atgathẽs. & Dionysium Tholonensem Episcopos, atque dilectos Ioannẽ Suessionensem, & Zachariam Subasiensem Abbates in præsenti octaua sessionibus, ex ipsius Synodi mandato alta & intelligibili voce coram po-

puli multitudine trina vice vocatis & proclamatis, ac nullo ipsorum comparente, præfata iam contumaciæ accusatione admissa, ad dictorum Constansiensis sessione IIII. & V. Basiliensis sess. XI. ac huius Pisani sessione VI. æquissimorum decretorũ executionem, & ad iustissimè per eosdem Procuratores requisita exurgens, in præcepto quod mandauit Orthodoxa mater Ecclesia, ipsa Sancta Synodus non in mortem sed in salutiferam peccatoris medelam vt conuertatur & viuat (quum vexatio det intellectum auditui non adimens vitam sed cum robusto manu Dauid in spelunca Engaddi oram tantummodo chlamydis Saulis præcidens) sancti Spiritus auxilio supliciter inuocato (cuius afflatu hæc Sancta Synodus in domino dirigitur) In nomine Patris & Filij & eiusdem Spiritus Sancti, per hanc sententiam in his scriptis pronunciat, decernit, & ex nuc declarat præfatum dominum Iulium Papá II. huius sacrosancti Concilij (vltra quadrimestre & dictos XXIIII. adhuc dies eidem concessos) manifestum & continuum in sua peruersitate impeditorem & turbatorem, ac eiusdem Concilij indictorum & suppositorum pertinacissimum insectatorem, ac decretorum ipsius sancti Concilij notorium violatoré, contemptorem, & assiduum in maximum Ecclesiæ scandalum & iacturam contumacem, & in aperta rebellione persistentem schismatis excitatorem, pacis inimicum, bella inter fideles Principes & Christiani sanguinis iacturam procurantem, & promouentem, zizania & discordias in populo Dei seminan-

tem, & in his omnibus enormibus continuis & notoriis criminibus incorrigibilem, induratum, inueteratum, & obſtinatum, eo ipſo incurriſſe pœnas in dictis decretis contentas, ab omnique tam in ſpiritualibus quàm in temporalibus vt præmittitur Papali adminiſtratione ipſo facto ſuſpenſum fuiſſe, eſſe & fore; Ipſamque adminiſtrationem propter gubernationis defectum ne Eccleſia diſcrimen aliquod patiatur, ad ipſam ſacroſanctam Synodum, fuiſſe, eſſe & fore ipſo iure deuolutam, ac quatenus vt præmittitur expediat omnibus melioribus modo, iure, via, & forma, ab eadem adminiſtratione ſuſpendit, eandemque adminiſtrationem ad ſeipſum Synodum deuoluit & deuolutam de cætero eſſe & fore ſtatuit, & determinat: proceſſura tandem ad vlteriora vſque ad finalem ſententiam incluſiuè ſi opus fuerit, prout vtilitati & neceſſitati Eccleſiæ ſpiritu ſancto dictante conſpexerit expedire: iterato tamen vocatis prius abſentibus, qui de iure aut conſuetudine in Concilijs generalibus intereſſe debent (licet vocati aliàs & legitimè expectati fuerint) vt ad rem tam arduam tanquam ad commune Chriſtianitatis extinguendum incendiumaccedere proponant. Decernit quoque irritum & inane, quicquid hac ſuſpenſione durante per ipſum dominum Iulium ratione adminiſtrationis Papatus factum fuerit & attentatum.

Quare, omnes & ſingulos Reuerendiſſimos S.R.E.

Cardinales, Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos, Abbates, & Prælatos Cathedralium, Collegiatarum Eccleſiarum Capitula, Reges, Princes, Duces, Marchiones, Comites, Barones, Vniuerſitates & Communitates, Vicarios S. R. E. Vaſallos, Gubernatores, Feudatarios & ſubditos, omneſque & ſingulas, Eccleſiaſticas etiam regulares & ſæculares perſonas cuiuſcumque gradus, dignitatis, præeminentiæ, ſtatus, & conditionis exiſtant, vniuerſumque ſimul populum Chriſtianum exhortatur in Domino hæc Sancta Synodus, ac omnibus & cuilibet ipſorum in virtute Sanctæ obedientiæ, & ſub fautoriæ ſchiſmatis & iuris pœnis, ſub diuinique obteſtatione iudicij, Eccleſiaſticis verò perſonis etiamſi Cardinalatus, Patriarchali, aut Pontificali emineant dignitate, ſub ſuſpenſionis ab omnibus dignitatibus, Officiis & beneficiis, quocumque nomine nuncupentur & ſi forent Metropolitanæ, & Cathedrales Eccleſiæ, ſiue in titulum ſiue in Commendam per eos obtentæ, & aliis arbitrariis, Vicariis verò & Vaſallis prænominatis, ſub priuationis ipſo facto omnium feudorum & aliorum quorumcumque iurium & priuilegiorum, quæ ab ipſa Romana Eccleſia obtinent, non obſtante quocumque ſubiectionis aut promiſſæ fidelitatis iuramento ipſo facto incurrendis pœnis, diſtrictius inhibet & interdicit, ne dicto Domino Iulio Papæ, ab omni Papali adminiſtratione, vt promittitur, iuſtè ſuſpenſo, contra dictam ſuſpenſionis ſententiam de cætero directe vel indirecte obediant, pareant, vel intendant, aut de bonis, rebus, iuribus ſeu

aliis emolumentis S. R. E. ex quacumque causa debitis & ad eumdem ac Papatum pertinentibus & spectantibus, quouis modo hac suspensione durante respondeant: declaratque ac determinat irritũ & inane quicquid à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter in contrarium contigerit attẽtari. Statui quoque & ordinat huius decreti publicationem in præsenti sessione factam, eiusque affixionem in valuis præsentis Mediolanensis necnon Florentinæ, Genuensis, Bononiensis, & Veronensis Cathedralium Ecclesiarum, ad instar edicti Prætorij vim habere monitionis & executionis, vniuersosque & singulos ita arctare ac si personaliter apprehensis intimatum fuisset.

Datum in sessione publica in Cathedrali præfata Mediolanensi Ecclesia solenniter celebrata, die xxi. Mensis Aprilis, Anno à Natiuitate Domini. M. D. XII.

Reuerendus verò Pater Dominus Zacharias Abbas Subasiensis, & Claudius Choure ipsius Sancti Concilij Protonotarij Apostolici & scrutatores, interrogarunt omnes & singulos Patres si promulgata placerent, qui responderunt, *placent*. His quidem omnibus & singulis interfuerunt magnifici Domini Iacob. Oliuarius, Regius Mediolani Cancellarius, & Thomas Bohyerus, Regius generalis Normaniæ Quæstor, testes rogati, Promotoresque ac Fiscales Procuratores petierunt super præmissis publicum vel publica à Protonotariis & Notariis confici instrumenta.

Suprascriptum quoque decretum in valuis præfatarum Cathedralium Ecclesiarum est affixum, & de ipsa affixione coram testibus facta per publicos Notarios, est data authentica relatio.

FINIS.



APOLOGIÆ SACRI PISANI CONCILII MODERNI.

Argumentum.

1 *HVmilitas, Constantia, & veritas, tres sunt dotes Christi atque Ecclesiæ eius sponsæ.*

2 *Iulius II. duas accerbissimas euulgauit litteras Apostolicas, quæ causam præbuerunt huic Apologiæ.*

3 *Humilis & modesta responsio Patrum Pisanorum ad eos qui consilium dederunt Iulio II. vt Concilium Lateranense indiceret, & censuris Patres Pisanos percelleret.*

4 *Depulsio quatuordecim conuiciorum Patribus Pisanis obiectorum.*

5 *Summa capita rerum, quæ Patribus Pisanis à Iulio II. obijciebantur, & earum dilutio.*

6 *Patres Pisani nunquam affectarunt dignitatem Pontificiam, sed aristocraticam moderationem, quæ Christus primatum S. sedis Apostolicæ temperauit, retinere voluerunt.*

7 *Cardinales Pisani, à Curia Romana decesserunt, eo quod nedum in sententiis liberi, sed nec in vita quidem tuti*

erant: quando Apostolicæ præceptiones notorium continent periculum, audiri quidem sed non impleri debent.

8 *Memorati Cardinales recesserunt cum manu militari, vt se à periculò & insidiis Episcopi Concordiensis eximerent.*

9 *Patres fatentur se aliqua dissimulasse, vt fraudes & dolos Episcopi Concordiensis vitarent.*

10 *Responsio ad obiectionem duorum Cardinalium, qui dicebant falsum esse se assensum præbuisse conuocatione Pisanæ Synodi.*

11 *Omnes Canones, quibus docetur Papam debere Concilia generalia conuocare, intelligi debent regulariter & ordinariè: nam extraordinariè & in certis casibus congregari possunt absque Papa.*

12 *Indictio Concilij Pisani, quatuor firmissimis principiis nititur, præcepto scilicet Ecclesiæ, voto, ac iuramento Papæ & Cardinalium, nec non etiam ad vitandum grauissimum & intolerabile scandalum.*

13 *Præceptum ducitur ex sessione 39 Concilij Constantiensis: dilutio obiectionum contra hoc præceptum.*

14 *Depulsio eorum quæ obijciebantur, ad votum & Iuramentum Papæ excusandum.*

15 *Quo casu concedantur alicui moræ purgatio & de legibus ad eam requisitis: sero mora purgatur, cum ius ad alios deuolutum est.*

16 *Iulius II. armatus Concilium Romæ indixit, non tam studio liberi Concilij habendi, quàm impediendi ne haberetur, & ne de Ecclesia reformanda ageretur.*

17 *Cardinales qui Pisanam Synodum indixerunt, quamdiu Romæ degerunt, non ausi sunt mentionem facere habendi Concilij, propter notissimam Iulij II. violentiam.*

18 *Vtrum Papa in causa propria Concilium debeat conuocare: frustra alicuius auctoritas contra semetipsum expectatur: & vtrum Ioannes XXIII. Concilium Constantiense contra semetipsum indixerit.*

19 *Dilutio obiectionum contra temporis breuitatem, & quodnam tempus olim Patribus Ecclesiæ primitiuæ vt conuenirent ad Concilium præscriberetur.*

20 Ciuitatem Pisanam maximè Idoneam esse habendo Concilio generali: & de numero Prælatorum qui interfuerunt primo Concilio Pisano, ad extinguēdum schisma.

21 *Ab eo tempore quo Romani Pontifices habuerunt arces atque armatas custodias, Roma non fuit idonea habendis Conciliis: nam Spiritus sanctus non afflat nisi liberas mentes: Vnde cum Iulius II. exercitum habeat instructissimum, Roma non est tutus locus iis qui de Ecclesia reformanda libere loqui vellent.*

22 *De censuris Irrogatis contra Patres Pisanos: & necessitate libere Concilii habendi, ad spiritum Ecclesiæ retinendum, & disciplinam Ecclesiasticam vindicandam.*

THEOLOGICI VATIS ET SACRI Iureconſulti domini Zachariæ Ferrerii Subaſienſis Abbatis Epigramma

Quisquis auet ſancta de relligione doceri
Non pede præcipiti curſitet iſtud opus,
Sint teſtudinei greſſus, ſit odora Lyciscæ
Vis, oculi Lyncis, Palladis ingenium.
Ponderet ingentes in paruo Codice ſenſus,
Relegat, & fructus colliget innumeros.
Tollitur ambigui quidquid contingere poßit
Contra Piſani fœdera Concilii.
Iam pateat quanto diuini robore iuris
Fundamenta locet, culmina, tecta, gradus.
Sermo benignus adeſt, & ſumma modeſtia linguæ
Probra, Simultates, pagina Docta fugit.
Dat ſine verborum phaleris prægnantia dicta,
Et ſine nugarum syrmate, vera parit.



APOLOGIA SACRI PISANI CONCILII MODERNI.

REVERENDISSIMI IN CHRISTO Patres & Domini S.R.E. Cardinales simul cum aliis secundæ Pisanæ Synodi indictoribus, qui alias de mense Maij anni presentis, Concilium generale vniuersalis Ecclesiæ iuxta illius præceptum & necessitatem Pisis tenendum indixerunt, & conuocarunt cum aliis Principibus, Prælatis, & Potentatibus, sibi adhærere, pro Dei causa, volentibus, ad futuram rei memoriam.



REATOR & redemptor noster Christus dominus, *qui est via, veritas & vita*, & qui ad hoc natum esse & in mundum venisse se asserit, vt testimonium perhiberet veritati, & in quo non est inuentum mendacium, nec inuentus est dolus in ore eius, ipse se mitem appellat & humilem, ac vere etiam fuisse constantem & fortem, ad mortem vsque acerbissimam pro veritate asserenda testatur, adeo vt omnis Christi actio hu-

mano potissimun generi imitabilis veritas sit & constans & humilis, veritatemque ipsam illius magister non aliter custodiri recte posse doceat, quam constantia & humilitate: altera ne nos terror à vero deiiciat: altera ne nos excellentia & firmitas veritatis extollat, & in magnis & mirabilib⁹ super nos efferri nos faciat, vnde tria hæc pretiosa monilia spō sæ suæ, non habenti maculam nec rugam, Ecclesiæ videlicet suæ sanctæ catholicæ, cuius fideles omnes merito aut numero mystica membra sumus, præcipue seruanda reliquit, vt in fundamento domus suę, quam perennis decebat sanctitudo, & cuius decorē præ omnibus dilexerat, tanquā sapiens architectus triplicem hunc angularem lapidem reponeret, cui innixa omnis structura firma subsisteret, & sanctum Dei templum redderet gloriosum. Vnde apud Ioannem ait, *Qui ex veritate est, audit vocem meam.* Et alibi, *Qui sequitur me, tollat crucem suam & sequatur me*, Et rursum, *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.*

2 Nuper autem quum non sine graui moerore, & mentis amaritudine vago relatu acceperimus sub nomine sanctissimi D. N. Iulij Papæ II (nonnullorum vt creditur suggestione, qui magis loqui quęrunt sibi placentia, quàm fidelium quietem & pacem) disseminatas esse per vniuersam Ecclesiam duas epistolas Apostolicas: alteram quam dicunt Concilij, in qua indictores secundi Pisani Concilij grauioribus increpationibus & immeritis appellationibus obiurgat, indictionemque ipsam annullat & reuocat, aliudque Cōcilium Romæ instaurat. al-

teram monitorii, in qua nonnullos ex dictis indictoribus, vt à prosecutione Pisanæ synodi abstineant, & in vrbe Roma personas suas sub breui quodam præstituto termino exhibeant, sub grauissimis censuris & pœnis monet & citat.

3 Nos cum illius auxilio, qui in Euangelio assistẽtiam suam ante reges & præsides pollicetur professoribus veritatis, vniti omnes eodem corde & ore, non vt literæ illæ nos disiungere satagebant, sed iuxta Apostolum alter alterius onera portantes, vt quę communi consilio pro bono Ecclesię ediximus, communi voto tueamur, curabimus pro Dei causa vna communi epistola duarum illarum capitibus constanti & humili veritate satisfacere, vt pro viribus sermo noster Christianæ disciplinæ conueniat.

Respondebimus itaque in omni patientia & mãsuetudine non ad singula epistolarum, quæ sunt pene innumera, & si discuterentur omnia responsalis epistolæ modum excederent, nec ipsi Principi directe respondere mens est, quamuis in factis propriis & personalibus signanter legali contentione suscitata, scriptis eius reniti possit & debeat. Nam & asina Balaam pro veritatis custodia, domino suo intrepide contradixit, & nos non serui modo, sed & filii, & fratres, liberi sumus, qua libertate iuxta Apostolum Christus nos liberauit, parisque cũ Paulo in hoc iurisdictionis, qui Petro quia immemor esset in obseruatione legaliũ tertii Hierosolymitani Cõcilii, in faciem restitit, & tamen culpa Petri (vtpote in gratia confirmati) leuis fuisse creditur. Sed cum verba illarum epistolarum tam aspera & grauia, ex

tam leui causa simplicis nostræ admonitionis concilij mentis principis adscribi nõ debeant (nam & hominum sicut & apum reges fortioribus aculeis carere debere omnis philosophia prædicat) non ipsi itaque, sed consultoribus, aut ordinatoribus litterarum, qui grauius peccatum habent, prout dominus Pontio pręsidi dixerat, respondebitur: nec omnibus consultoribus: quum verisimile sit antiquiores & vere necessarios, & qui in causis cardinalium iuxta apostolicas iuratas constitutiones & capitula iustiorem vocem habent, talia non potuisse consulere.

Illis ergo ordinatoribus, quandoque in prima, interdum in tertia persona vtcunque respondendo, ordinem philosophorum seruabimus, qui primo nomina, inde res solent perscrutari: nam & sermocinales scientię tempore reales procedunt, in rebus autem objectis ipsarum litterarum ordini pro posse insistemus.

4 Ordinatores itaque immemores doctrinæ domini, qui apud Matthęum statuit, *Quicunque dixerit fratri suo Raccha, reus erit iudicio, & qui dixerit Fatue, reus erit gehennæ ignis*: pro leui tamen concilii admonitione supra modum excandescentes, non modo incerto conuitio aliquo, aut fatuos modo patres Pysanę synodi nuncupant? *sed insana Ecclesię membra, Acephalos, locustas, nomine tamen* Cardinales, *schismaticos, Iudæos, filios tenebrarum, synagogam sathanæ, ecclesiam malignantinm schismaticam atque etiam conuenti culum* Dathan, *& Abiron, Acatium &* Dioscorum, & cętera id genus iniuriarum, plenis titulis appellant. aliumque ex patribus *aurigam, & clauium moderatorem*

moderatorem per calumniam pungunt, & coram vniuersa Ecclesia, quod eius splendori & spiritualitati studeant, criminantur. Et quamuis Christus dominus beatitudiné repromittat iis qui propter nomen suum ab hominibus maledicuntur, & persecutionem patiuntur, vnde & Apostoli *ibant gaudentes à conspectu* Concilij, *quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati*, & Petrus beatos appellat propter dominum exprobratos, & in iis omnibus cum psalmista possint dicere *gaudentes quoniam propter te domine sustinuimus opprobrium, & existimati sumus, sicut oues occisionis*; & illi excusationem & vltionem remittere, qui ait, M*ihi vindictam & ego retribuam*; Quia tamen hæc improperia plurimum improportionata sunt Patrum meritis, qui summis laudibus quod culturæ agri dominici omni conatu intendunt, essent extollendi, & non solum eos tangunt, sed subintelligendo plures alios comprehendunt: attendentesque Augustini dictum esse, non licere silentium viris sanctis dum reprehenduntur, in iis à quibus vitam suá longè abesse sciút, & dicere, sufficit nobis recta ante Deum conscientia, si æstimationem hominum impudenter & crudeliter contemnunt; C*onscientia enim nobis necessaria est, Fama autem proximo*, de qua sapiens, C*rudelis est qui famam negligit*, & alibi, *fama bona impinguat ossa*: ideo attendentes dictum Apostoli ad Colossenses, Qui iniuriam facit, pati expectet; Verbum illud Senecę ordinatoribus iis (quamuis inuiti) rependunt, incerta conuitia ab iis plurimum irrogari qui iis abúdent: Aristotelisque sermo fuit, *qualis vnusquisque est*,

talia facit aut dicit, nempe quatuordecim illæ graues appellationes nullo commercio Patres istos contingunt. Quid enim cum membris insanis Ecclesiæ qui sola causa sanitatis & puritatis suæ tam studiose & per tot pericula congregantur? Quid cum acephalis? qui Christum pientissime colunt, quem iuxta Apostolum, dedit Deus caput super omnem Ecclesiam, & vicarium suum ministeriale Ecclesiæ caput iusta obedientia venerantur & honorant? Quid locustas? magna apud Deum & Ecclesiam animalia oculis plena, & spiritum Dei habentia, nisi quod humilitate cordis parua & modica mancipia Deo, & vicario suo ad Ecclesiæ splendorem cũ effectu se offerunt: quare ergo Cardinales maximo fructu, & principes reales Ecclesiæ illius gratia ad omnia expositi pericula, solide se ostendunt? Quid cùm schismate, iis qui Ecclesię veram vnionem, & ipsius veneranda præcepta seruant? & vota ac iuramenta sua Deo pro viribus reddunt? In quo Iudæos referunt, qui Christi & sponsæ suæ honorem tam seriose deposcunt, tritumque sacrorum Conciliorum, quo fides firmata & purgata est, tam assidue efflagitant. Anne libri Constantiensis synodi tanquam Iudæorum explodendi sunt, à quibus salus omnis Ecclesiæ maxime pendet? In quo filii tenebrarum, lucem Ecclesiæ requirentes? In quo synagogam Sathanę, vel Ecclesiam malignantium, aut schismaticam côuenticulam referunt? qui innouationem sanctam Ecclesiæ, iuxta irrefragabilem & infallibillem Synodorum veritatem curant? Caueant ne hæc aliorum obduratio, & vetustatis cri-

minosę obseruatio & deffensio, potius synagogá illam veterem referat, quam dominus & verbis, & funiculis purgare conatus est. In quo Dathan & Abyron effigiantur patres? Numquid pótificatum petierunt, vel auferre cui dominus dedit, moliti sút? Absit, Parent alii insidias, præparent & mensas & mono polia, vt Pontificatu fruantur, Patres hi apud quos timor domini sanctus permanet, & qui nouerút tales ingress⁹ absque resignatione & restitutione desperatum æternę salutis statum continere, obedientia contenti sunt, non præsidatum ambiút, istis potissimum artibus assequendum. Dum corpus Ecclesiæ bene valeat simul cum capite suo (cui plurimum student) potius membra esse volunt, quá caput infectum. Quid sibi videtur hoc sub specie timoris schismatis, prius schisma incipere, & sub timore ne proripiatur primatus Ecclesiæ tyrannidé exercere, & malis illum artibus aucupari: Quid horum patrum humilitas & temperantia confine habet cum Acatio & Dioscoro? qui violentia Concilia diripiebant, & suorum temporum patres ad subscribendum synodales epistolas gladiis super patrú capita vibratis, compellebant. Iubeat hic dominus quiescere, nec enim sine amaritudine hæc referri possunt. Filij sunt patres hi S. R. E. & sanctissimi D. N. quibus detrahere nullomodo cogitant, dum Ecclesia reformata in libero vno generali concilio, honoretur, & dum sanctitas sua filios recognoscat. Sed quid aurigam & moderatorem consultores hi patrem alium calumniantur? qui ætate & sapiétia minor est omnibus, & qui de se humilia semper

concepit: & docendum ſe non ſequendum patribus aliis pro Dei cauſa ſemper exhibuit. Nec iſta tamen exprobratio aut ęmulationis occasio charitatem patrum Dei honore fundatam quoquo modo turbatura eſt; Aurigam habent patres Chriſtum dominum qui eorum eſt currus & auriga, per quē currum vt ſplendorem Eccleſiæ comprehendant. Nec tamen qui plantat eſt aliquid, nec qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus: qui plantat autem & qui rigat apud eos, vnum ſunt, quia in eis eſt cor vnum, & anima vna in domino, & iuxta domini & aurigę noſtri Ieſu Chriſti teſtamentum, Qui maior eſt inter eos, tanquam miniſtrator obedit, & qui primus eſt, tanquam ſeruus abſque elatione obſequitur. Sed hæc grauia & ampulloſa verba epiſtolarum conſultores ſatis damnant, & aperta luce oſtēdunt, qua libertate Patres apud primam ſedem vtantur. Si namque contra liberos, & abſentes, ac mediocri honore & fauore exiſtimatos Cardinales, ſplendoremque Eccleſię petentes, pro ſimplici admonitione tot conuitia intorquentur; quid cum aliis non liberis & quodāmodo aridis à Principum & populorum fauore fieri exiſtimandum eſt, ſi tantillum præſidi non conueniant: Ceſſent ergo verba quæ odia generant & charitatem vulnerant. Illis tamen omnibus improperiis facile dimittimus, ſi in patientia noſtra & manſuetudine pacem reformationis Eccleſiæ nanciſcamur. Sed iam ad res trāſeamus: nec enim quum de rebus conſtat magnam vim in verbis faciendam eſſe docet Ambroſius. Res itaque patribus obiectas ſuo ordine tranſigamus.

5 Obiiciunt ordinatores quadrupliciter. Primo, quinque contra perſonas patrum: quod illicentiati receſſerunt, quod mendacio vſi, quod falſitate, quod vſurpatione Pontificalis dignitatis. Secundo ad quatuor fundamenta iuriſdictionis Patrum reſpondent; præceptum videlicet Eccleſiæ, & iuramentum & votum proprium dato impedimento non obſtare: Negligentiam Pontificis aut Cardinalium nullam eſſe, & moram purgari poſſe: in cauſa quoque propria ad ſolum Romanum Pontificē indictionem Concilii ſpectare: quod etiam ex Conſtantienſi Concilio deducere nituntur. Tertio, contra indictionem Piſanam triplicem obiiciunt defectum, iuriſdictionis videlicet, temporis, & loci. Vltimo, indictione Romana tria inducunt, ſcilicet Concilij neceſſitatem propter multa, habilitatem loci Romani, & ſecuritatem per ſaluos conductus.

Ad quatuordecim hæc oppoſita multis verbis in prima Epiſtola comprehenſa ſub clypeo veritatis conſtantis & humilis cum omni charitate atq; modeſtia reſpondent Patres, immo & reſpōdebit omnipotens, cuius ſunt ſpiritu congregati. Et tu domine, vim patimur, reſponde pro nobis cauſā ſponſæ tuæ iuuare nitentibus.

6 Et primum, iuxta clariſſimorum ſapientum ſententiam confitebimur Apoſtolicam ſedem, Romanam Eccleſiam, & Apoſtolicum primatum ex Chriſti & Petri ordinatione corpus vnum myſticū eſſe, & politiam vnicam ſupremam, & primam ſpiritualem conſtituere, cui ſicut primę & omnium

mensuræ, potestas omnis spiritualis & temporalis tenetur obtemperare. Eam tamen Dominus propter humanam fragilitatem ne labi contingat, quũ in spiritualibus & æternis lapsus plurimum grauis sit, & quum ex illa vniuersa penderent, mixtam & compositam esse voluit, ex monarchia in Papa ad precepta & exsequutionem; & Aristocratia, in optimatum principatu in senatu Cardinalium pro consilio & prouidentia, vt hæc mixtio in Romano primatu semper actn maneret, & altera potestas, alteram, ne labatur, iuuaret, & pertinentia ad primatum (qualia sunt maiora & ardua Ecclesiæ negotia) altera minime explicaret: quod satis constare potest, si veteris & noui testamenti paginam, & quæ de iis potestatibus ibi leguntur copulatione (prout decet) & non disiunctiue accipimus, & lectione historiæ Damasi & Concilio Stephani Papę ac dictis Innocentii III. Ipsi quoque actus Apostolici istius gubernationis concessionem experimento actuali interpretantes, id satis insinuant, in quibus Petrum sine Apostolis aut eorum necessario consilio, nullum arduum in Ecclesia negotium legimus admisisse: qui tamen à Deo fuit dominici præcepti constans & diligens obseruator, vt si illum dominus solum & in solidum Ecclesiæ regimen tenere voluisset, non permisisset Apostolos conuocare Concilium, sicut in secundo Hierosolymitano Cócilio, (& tunc non pro causa fidei, sed pro administratione temporalium) factum legimus: Et in tertio diffinitionem illam magnam legalium, ex cuius tenore verborũ forma diffinitionis aliis Cóciliis præscri-

bitur Iacobo & aliis Apostol. nō reliquisset. Sic ergo quæ meliora sunt in vtraque gubernatione: in mystico Romanæ Ecclesię corpore & politia iuncta inueniem⁹. Monarchiæ enim ordine & executione excedit aristocratiam, & ab illa exceditur prouidentia & consilio, plus enim vident plures oculi quam vnus, vt in politicis Aristoteles refert. Accepit ergo à domino mixtus hic Romanus primatus quod in vtraque simplici politia supereminet: A Monarchia quidem ordinem, præceptionem & exequutionem vnitam: Ab Aristocratia prouidentiam solidam & efficax Concilium. Quæ mixta gubernatio, meliorem & securiorem in fragilitate humana reddit primam illam spiritualem politiam, vt Monarchia illa solum imperet & exequatur, quæ suo & communi optimatum consilio in maioribus decreta essent. Quod etiam specialibus & priuatis constitutionibus & iuratis capitulis semper Pontifices cum Cardinalibus promittunt & vouent, maxime in vim istius primæ institutionis Papatus & Cardinalatus. Hæc ergo domina nostra sacta Romana Ecclesia quando iis artibus quibus cœpit, progressum habuit, plurimum apud Deum & homines in religione, doctrina, veneratione, ac temporali dominio creuit, nihilque sibi plus nocuit, quam cum aliquádo Monarchia Aristocratiam non audit. Hinc fere mala omnia quæ Ecclesiam contristant, prouenerunt, quæ quamuis multa hodie sint, ea temen Patres Pisanæ synodi minime intendunt reuelare. Si qua vero contra forsan temperate referent, protestantur non ad aliquorum calumniā vel iniuriam id

se facturos, sed solum iure moderatæ defensionis suæ & intra tutelæ terminos coactos induxisse. Ex his ergo non est difficile videre quam aperte primę illæ increpationes contra patrum personas irrogatæ excludantur.

7 Arguunt Ordinatores quod illicentiati à Romano Pontifice recesserunt Patres. Nec attendunt admittatur ne hodie eorũ consilium in arduis Ecclesiæ rebus vt necessarium, vel vt nec quidem voluntarium vt plurimum ad facta, & non ad agenda vocantur Patres, vbi si sanum consilium liberũ & verum, procul à blanditiis (vt tenentur & vouerunt Patres) profertur, in odia, comminationes, offensiones, & mala omnia quotidiano & graui experimẽto (quod dolẽtissime referunt) certo certi incidunt. Quæ eorum recta consilia, & nullæ alię causæ (quum continuato obsequio & indefesso Romanã Ecclesiam, & illius caput semper venerati sint) infensos eos Præsidi reddiderunt: vt iam nedum liberi in sententiis, sed nec in vita quidem tuti satis esse possent. Consulentes itaque animi libertati, & vitæ securitati, ac spiritualitati Ecclesiæ, secesserunt tantisper à Curia, sicut & Dauid à Saule secessit, & Iacob à fratre Esau, & inde à Labam socero fugit, quoad tuti forent. & libertatem ac spiritualitatem Ecclesiæ in vna sancta illius congregatione, iuxta Ecclesiæ præcepta, & sua vota ac iuramenta vindicarent, & quod dominus in Euangelio præcepit, *Dic Ecclesiæ*, quantum cum Deo possent, efficaciter præstarent. Quod plures Patres minori de causa aliis temporibus fecerunt, & qui illicentiati à Gregorio

gorio. XII olim ad Pisanum primum Concilium recesserunt Patres, plurimum ab omnibus commendati sunt. Sed decuisset consultores hoc consulto tacuisse, quum Princeps cuius scribunt nomine, à tribus summis Pontificibus, quorum tempore Cardinalatus eius claudebatur, & ab vltimo tandé per decem annos continuos illicentiatus aberrauerit, nihil tamen inde contra se aut alios absentes dominos actum fuisse grauius senserunt, quale contra innocentes in præsentia agitur. Nec ipsi Patres Pisani, qui tunc Romæ erant, talia vnquam cótra eos qui hæc agunt, probauerunt, aut assenserunt. Petierunt tamen Patres ex Florentia licentiam manendi extra curiam, pro sui securitate, & spiritualitate Ecclesiæ, cum omni moderatione & humilitate, pto quibus in ptæsentia veniam deprecari, nihil esset aliud, quam vincula & carceres postulasse, manseruntque & manent hactenus Patres in optima sanctissimi D. N. obedientiæ. Nisi quod iuxta Canonicas sanctiones, quando Apostolicæ præceptiones periculum notorium continent spiritualis vel corporalis vitæ, aut turbationis, vel decolorationis status vniuersalis Ecclesię, audiri quidem possunt, admitti tamen vel impleri non debent, sed ab eis licitum est prouocare.

8 Minus officit quod dicunt armatos recessisse, Nempe nec ita se habtt, vt referunt, thoracem indutos abiisse, Bona venia cum habitu Cardinalium & armis Christianæ militiæ, (quæ secundum Apostolum carnalia non sunt, sed spiritualia) potentia tamen in domino, contra munitiones omnes car-

nales, palam & publice cum omni apparatu & reputatione bonorum Prælatorum progreſſi ſunt ex Florentia, & toto itinere ad Papiam: Ex Piſia tamen, vſque Lucam parua & neceſſaria tantum manu militari comitante, defenſionis ſuæ tantum gratia (quæ licitum facit armorum vſum profecti ſunt. Intelligentes Cócordienſem aut diſcordienſem Epiſcopum, & aliquos tales conſultores mari & terra multas gentes & inſidias ad intercipiédos Patres in via diſpoſuiſſe, quod in effectu ſatis conſtat, quę tamen omnia diuina gratia ſunt.

9 Quod tertio de mendacio arguunt, Concordienſi videlicet Epiſcopo Florentiæ obtuliſſe patres reditum, & ex Papia etiá petiiſſe doloſe literis veniá vtrumque non ita ſe habet Et quando bono dolo euitatur iniquitas, non multum inconuenit. Nam & Dauid apud regem Geth vt viueret, ſe inſanum ſimulauit: Et patres, vt illius Concordienſis fugerét dolos, qui exploraturus eorum ſec reta venerat, nó diffitétur ſe aliqua etiá diſſimulaſſe, prout dominus apud Lucam finxit ſe longius ire, Salomon quoque ad eruendam veritatem finxit ſe puerum filium meretricis medium velle ſcindere. Scripta vero ex Papia non de venia, ſed de animi aduerſantis mitigando furore proceſſerunt, & vt interim neceſſaria códucerent indicendo Concilio.

Duo Cardinales negabant ſe aſſenſũ prebuiſſe cæteris, vt Conciliũ Piſanum ſuo nomine c.nuo carent: quadere, vide Guich. lib. 10.

10 Quod quarto loco conſultores maiori verbũ efficacia obiiciunt de falſitate, ex hoc ipſo refellitur, quandoquidem ad Concilii ſolidam indictionem pauciores ſufficerent. Patres, treſque efficaciter il-

lam explerent, causis tam vrgentibus compulsi & vniti, de quibus in schedulis indictionis constat. Et plures qui in edicto asseruntur Patres, præsentes fuerunt, vel per instrumenta, aut per litteras, vel nuntios assenserunt Concilio, & iis modis omnibus assensus & mandata prestari posse, iuris indubitati est. Et ille vnus Pater qui prætenditur publice coram Notario protestatus mandatum huiusmodi nõ dedisse, per testes tamen conuincitur promissioné & assensum nuntiis & literis præstitisse Concilio & omnibus viribus suis & impensis illi opem laturum fuisse pollicitum, & quum tres Patres id referãt, pl⁹ illis quam vni credi debet, & quũ indictio & conuocatio facta sit omni meliori modo quo fieri potest valet cõuocatio ex illorum personis qui conuocare potuerũt de commissariis Principũ & erum verissimis mandatis per instrumenta Notariorũ & litteras ratificatorias satis eorum acta loquuntur. Cessent ergo ordinatores falso inniti, quod tantopere alijs exprobrant.

Quod quinto increpant, vsurpasse Patres dignitatem Pontificiam, ridiculum omnino est, nec satis fuit æquum consultoribus, ita assentari Romano Pontifici, vt quacumque & omnimodam generalis Concilij congregationem sua auctoritate indigere persuaserint: Neu pe si tempora nascentis Ecclesiæ perspexerimus, Apostoli, qui & Cardinales, Concilia generalia sæpius indixerunt, vt apertum est videre per omnem Apostolicorum actum historiã: inde annales Ecclesiæ & imperii legentibus perspicuum est, imperatores generales synodos nonnun-

quam conuocasse, quod multis in locis decretorum satis liquet. Postmodum vero, aucta & honorata Ecclesia, summi Pontifices regulam statuerunt & quidem iustissimam, ne sine Apostolicæ sedis consensu generalia Concilia edicerentur. Caput enim pro vniuerso corpore loqui solet. Quod distinctio 17. decretorum, quasi per totum, regulariter explicat, quumque conciliares causæ vt plurimum spirituales & sponsi Ecclesiæ, à spirituali primo capite vocari Synodum decet. Ea tamen regula exceptiones habet tam fere communes, quam sit ipsa regula, antiquas scilicet & modernas. Antiqua siquidem vna est, in casu quo existente Ecclesiæ necessitate vel precepto, aut iuramento Pontificis de concilio congregando precedente, ipse tamen conuocare contemnit In quo (vt sapientes referunt) indicendi ius primo ad collegium Cardinalium defertur: & si qui erunt negligentes, ad diligentes tanquam ad saniorem partem, esto minorem, & illis omnibus negligētib⁹, ad Imperatorē deuoluitur. Secūda etiā antiqua exceptio regulæ fuit Nisi de Pōtificis hæresi, esto secreta vel hæresis suspitione agendū sit, Quo casu Synodū cōuocari probe absque eius autoritate à Cardinalib⁹ vel eis nō curātibus, ab aliis Ecclesiæ Prælatis, aut ab Imperatore, vel Principibus, & etiam tunc ad Pontificis electionem, indubitati iuris est, Tertia etiam antiqua exceptio, Nisi de casu Papę in crimine graui, notorio inorrigibili, & scandalizante ageretur, tunc etiam sapientum iudicio absque eo posset synodus conuocari, quum verisimile sit reum tergiuersaturum esse iudicium.

In eo tamen casu an cōuocata synodus Pontificem possit eiicere, vel tantum corrigere, & commonere, arctioribusque statutis etiam iuratis astringere, sapientes varii sunt. Signanter si dicta incorrigibilitas ex habitu tantum vel duratione sit. Nempe si cum defensione criminis foret perinde ac hæresis haberetur. Magna tamen Cōstantiensis synodus in spiritu sancto legitime congregata, modernis temporibus dubitationes omnes antiquorum, & opiniones varias excludendo, & diffiniendo, addidit in tribus casibus, hęresis videlicet, aut schismatis, vel notorii scandalizantis incorrigibilis criminis, conuocatam synodum eiectionem Pontificum facere posse. Quod & ipsa factis comprobauit: Ioannem enim XXIII. propter crimina notoria, scandalizantia, ac Benedictum XIII. propter schisma, absque vllo genere hæresis propriæ deposuit, & superioritatem Concilii in tribus causis, fidei, schismatis, & vniuersalis reformationis, super omnia membra Ecclesiæ, etiam supra Pontificem, longa & matura primum habita disceptatione, in duabus sessionibus diffiniuit. Quare omnis alia disputatio, nisi in alia synodo diffinitio hæc corrigatur, subticenda est. Et synodus illa generalis & magna semper fuit habita, auctoritate videlicet Pontificis in rei veritate indubitati congregata: Duo enim alii contendētes de Pontificatu per synodum Pisanam præcedētem iure exauctorati fuerant, & omnis alia obedientia exinde minime legalis erat, auctoritate quoque collegii & Imperatoris, immo & ipsius Papę ac omnium fere Cardinalium, & multorum,

Prælarorum præſentia, cum ſumma auctoritate magnificentiſſime incœpta fuit, ac deinde ante illius concluſionem, omnis alia quæcunque obedientia, vtcunque de papatu contẽdentiũ, & Pontifex ipſe Martinus V. vnicus aliis reiectis electus, ſynodum ipſam Conſtantienſem & eius decreta approbauerunt, & admiſerunt, & tanquam ſanctiſſimam & Eccleſiæ ſummè neceſſariam, vt pote quæ tam pernicioſum ſchiſma excluſit, & futura extirpare docuit, venerati ſunt. Attendant nunc conſultores ſi Patres vſurparunt iuriſdictionem alienam: Nemo namque inuadit vel præſumit, quod in caſu iure ſibi licet: quomodo autem licuerit, vel intelligentibus ex litteris & ſchedulis indictionis ſatis cõſtabit, vel ſuo tempore (ſi pax non dabitur) magis innoteſcet.

12 Secundo loco reſpondent ordinatores ad fũdamenta quattuor iuriſdictionis Patrum, pręceptum videlicet, votum, iuramentum, ſcandalum, quæ ſimul cum negligentia Papæ & Cardinalium in quolibet iſtorũ conſtituunt Patres idoneos Cõcilii indictores, ac ſi quadrato agmine arguerent Patres, præceptum eſt votum eſt, iuramentum eſt indicendi Concilii, & tempus effluxum eſt; ſcandalum quoque proprium Papæ eſt, quod ſolo Concilio ſedari poteſt & debet: In omnibus tamen iis negligens quoque altera pars collegii: Ergo iſta portio Patrum libera & diligens, eſt apta indictioni Concilii.

13 Vbi dicant primo ordinatores præceptum illud vniuerſalis Eccleſiæ in 39. ſeſſione Conſtantien-

sis Concilii, in decreto quod incipit, *frequens* de Cõcilij, generalibus singulis decenniis celebrandis solẽnissime edictũ, ab octoginta fere annis seruatum non fuisse, & si fuisset, ex causa bellorum licere Papæ illud transgredi, sicut & fecit Eugenius IV, quinimo dicunt stante quolibet legitimo impedimento locum non babere, Responsio in magno periculo constitueret Pontificem simul & Ecclesiam Dei. Attendant ergo ordinatores decretum hoc statum vniuersalis Ecclesiæ respicere, & sine Concilio ad libitum vnius hominis mutari non posse, quinimo expresse tenor ipsius decreti hoc Papæ inhibet, & Basileæ (etiam cum illis Eugenius adhęret,) diffinierunt decretum hoc ad fidem pertinere. Non ergo quolibet impedimento (non voluntario ad minus) decretum tam necessarium reijciẽdum & suspendẽdum est. Qui tamen Martinus V. & Eugenius IV. solenniter satisfecerunt in Conciliis Senensi & Basileensi, nisi quod postea super loco conuentionis orientalis Ecclesiæ differentia aliqua intercessit inter patres Basileæ & Eugenium, in qua tamen Eugenius offerebat acceptare pro nouo loco Concilii, quemcunque locum Basilienses in Italia delegissẽt, & in eo omnem iurisdictionem & libertatem illis permittebat Sola tamen hæc translatio Concilii Basiliensis ad Ferrariam & inde Florentiam sine consensu synodi constituit Eugenium in maximo periculo, Nisi quod nonnulla, quæ nunc subticentur Basilienses in diuisione constituerunt: & aliquorũ membrorum Concilij decessus, & recessus, rem synodi maxime attriuit. Vnde Eugenius simul cum

ſancto ingreſſu ſuo , & vitæ perſpicua probitate, profuſaque liberalitate, periculum illius animoſæ tranſlationis euaſit: non fuit tamen decretum illud Conſtantienſe per aliquam ſynodum aut aliquem Pontificem ſublatum aut moderatum ; qui nimo nec potuit nec debuit moderari, niſi in ſimili generali Concilio: & tranſgreſſiones illæ quæ referuntur prędeceſſorum Pontificum, qui Concilia deinde tanto tempore non ſeruarũt, potius damnari oporteret, quam pro clypeo defenſionis inducere, & huiuſmodi excuſationem peccatorum acceptare. Scriptum eſt enim, *Non adiicias peccatum ſupra peccatum.* Et alibi, *Non minus ardebunt qui cum multis ardebunt.* Et Gregorius dixit, T*anto ſunt grauiora peccata quanto diutius infœlicem animam detinent alligatam.* Tẽpus vero quod interpellat pro homine, iam diu cõſtituit in mora Pontifices. Deinde non conſtat quibus legitimis impedimentis tam ſalubre opus ſub hoc Pontificatu fuerit impeditum. Nam bella quę in principio inter duos magnos Reges in Italia vigebant, Dei virtute breui ſopita ſunt, & quaſi pax Octauiana, illis pacatis, orbi eſt reddita. Cur ergo tunc prçceptum Eccleſię non eſt admiſſũ? Quare votum & iuramentum non perſolutum? Si vero deinde bella in Italia ſurrexerunt, voluntaria potius fuerunt, poterantque iuſtius ſuſpendi, quam Eccleſię vniuerſalis congregatio, in qua bellis ſedandis & confirmandæ paci Chriſtianæ, belloque contra crucis inimicos diſponendo, ac reformationi Eccleſiæ ipſiuſque recuperandis iuribus, tutius & ſecurius fuiſſet conſultum. Omnia namque prius conſilio
quam

quam armis experiri sapientem decere, Comicus ille dicebat. Sed quomodo ordinatores vocis propriæ non meminerint in hac excusatione Concilii, non satis videmus. Contradicunt enim sibi ipsis, & voces proprias ignorant, excusantes enim Concilium, à bellis argumentantur. Deinde Romanum suum Concilium instituentes, ad sedanda bella pręcipue ratiocinantur, eamque magnam causam fore ordinandæ vnius pacificæ synodi omnes admittunt, nullaque re magis posse religionem Christi pacari, & contra infideles armari, quam vna sancta vniuersali congregatione Christianorum, communis est omnium animorum conceptus, vbi spiritus sanct⁹ qui auctor est vnionis & charitatis & vniuersa Concilia dirigit, ita Christianos inuicem in vera cócordia & confœderatione coniunget, vt ouile illud vnum & plenum, quod Christus in Euangelio constituere pollicetur, & Angelus in Apocalypsi futurum Ioanni reuelauit, pro cuius reuelationis gratitudine Ioannes ipse ad pedes Angeli corruit, breui colligendum sub vnius sanctæ synodi directione, & diuino fauore speremus.

14 Quod vero de voto & iuramento consultores referunt, pari bellorum impediméto ad illa seruáda Pontificem non teneri, tam leuis euasio est, vt non diuinis modo vinculis, qualia illa magna sunt, ita vt maiora esse non possent, responsio sufficiens & accommodata non videatur: sed nec simplici verborum obligationi, aut leuibus aranearum telis astrictis hominibus excusabilis minime valida censeri possit. Quis nempe voluntariis bellis, esto forsam

iustis, tam solemnia vincula voti, & iuramenti in melioribus actionibus disrumperet? Docuit namq; Paulus, non esse facienda mala vt inde veniant bona: & Salomon in prouerbiis, ruiná magnam hominum asseuerat, per Deum vouere, & inde vota detrectare. Reuerentia namque Deo, & fides hominibus hinc apertissime violatur & frangitur. Quæ tamen propheta regius minime frangere desiderans dicebat, *Reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea, & quę locutum est os meum in tribulatione mea*, & cætereos admonens, ait, *Vouete & reddite domino Deo vestro*. Quumque Deus magnus omnipotens, voto suo & iuramento indissolubiliter astringi se asserat vt in voto & iuraméto Domini ad Abraham, Isaac, & Iacob, de multiplicando semine suo sicut arenas maris, & stellas cœli, & benedictione gentium in eo, scriptura sacra sæpius meminit: Pontificem ergo summum eius vicarium, voto suo & iuramento præ aliis strictissime teneri, dum materia voti & iuramenti de genere bonorum sit, indubitatum esse debet. Signanter cum ipse sit à Deo immediatus, magisterque fidei, & veritatis doctor, diuinæ reuerentiæ & fidei hominum seruandæ super omnes astringitur. Quare, vota sua aut iuraméta, nisi maxime in noxá vergant soluere aut cómutare nec debet, nec potest, aut aliis vt id secú faciant, committere. Etsi iuxta Salomonem nulla digna est comparatio continentis animæ, & inde votum religionis, cui studium continentiæ annectitur, commutare minime posse sapientes nonnulli voluerunt. Quæ cóparatio esse potest continentis & reformatæ Eccle-

siæ, quum communiora & publica meliora & diuiniora sint, secundum philosophos? In congregatione autem vniuersalis Ecclesiæ potissimum huic cótinentiæ & reformationi Ecclesiæ in fide, vnione, & moribus attenditur. Quis ergo tam modico obstaculo tam magnum bonum irritabit? Meminisse debuissent ordinatores Iephtę illius intentissimi ac fortissimi iudicis Israęl, quem Paulus inter sanctos annumerat, qui ne votum, quod Deo vouerat, violaret, vnicæ etiam filiæ saluti, non pepercit. Et non tam leui impedimento, quod quam-facile excludi potuit, tam magnum bonum blandientes & fallentes excusarent, præcipue si tenorem voti & iuramenti considerare vellent, quod tam solemne & publicum, Deo, virginibus Apostolorum, & omnibus sanctis ac hominibus factum legitur, etiam per viam contractus, vt timere legentes debeant, quanto plus frangentes? Signanter attenta execratione pœnarum etiam temporalium, quibus se vouentes & iurátes obligant, vt Pontifex si quæ vouet & iurat non reddiderit, tanquam scandalizator & perturbator Ecclesiæ & totius Christianitatis habeatur: quæ vero pœna publicæ Ecclesiam scandalizantibus debeatur, Dominus apud Matthæum, de eiectione & appensione molæ asinariæ & maris demersione, apertissime docuit. Cardinalibus quoque in euentum non redditionis voti & iuramenti Pontifex facultatem concedit generale Concilium conuocandi: Cuius sententię & determinationi se sponte submisit, & vltra hoc Cardinales vouerunt & iurauerunt huic promissioni nullo vnquam tem-

Hæc vota & iuramenta extant inter acta Pisani Conc.

pore contrauenire; quinimo si Pontifici contrauenienti assenserunt, fructibus capelli, & beneficiorum suorum, alia sententia non expectata, priuati censeantur. Viderint ordinatores si tam triplicatus nodus tam breui sua solutione rumpatur. Attendãt quoque, vbi Concilio impedimentum opponi debeat, priuata lege contractu & iuramento Pontificem promisisse nullum vnquam nisi euidentissimũ allegare, & quod tale iudicatum sit ad minus à duabus partibus dominorum Cardinalium per suffragia balotarum. Viderint si tale fuerit quod inducitur, & si huiusmodi diligentia iudicii præcesserit. Addunt quoque ipsi consultores votum & iuramẽtum in solo conscientiæ foro versari, immemores Apostolicæ doctrinæ, quæ finem contentionis hominum & causarum iuramentum esse constituit, quo voto solemni & iuramento Patres etiam contentiose potuerunt Pontificem de Concilio admouere Hæc autem diximus, quia ordinatores forum conscientiæ non videntur existimasse, quod tamen Pontifex à Deo immediatus, plusquam hominum contentiones vereri tenetur.

15 Insuper legalius adiungunt ordinatores ex æquitate Canonica non posse Pótifici denegari purgationem moræ, si Concilium distulit conuocare. Vtinam hac vna sola probabiliori excusatione sine tot iniuriis & contumeliis, absque tam grauibus censuris, quæ tamen debuerant esse mitiores & medicinæ non tam vltimæ exterminationes Consultores isti vsque à tot scriptis liberassent, & cum eis iocundius egissent Patres. Sed nec ista excusatio soli-

da satis est: Nempe fundamentum purgationis moræ, sola æquitas est, atque adeo vt nisi bonum vel ęquum suadeat, purgationem lex non admittat, præcedenteque tam diutina notoriaque summi Pótificis & Reuerendissimorum dominorum Cardinalium illi adhærentium negligentia Concilij congregandi, ius ad illos qui Pisanum Concilium indixerunt, ipso facto iuris ministerio deuolutum est. Ergo cui bonum æquum ne videri possit in eorum quibus quæsitum sit ius præiudicium, purgationemque morę admittere. Stat enim vulgaris iuris regula *citra alterius præiudicium legalia beneficia interpretanda esse* Nec est in purgationis moræ materia, quicquam apud omnes recte sentientes antiquius, verius, aut frequentius, quam iure ad alios deuoluto, seram esse moræ purgationem. Existimauerunt enim Iuris prudentes, vbi ius alteri quæsitum sit, radicibus quasi in alieno adactis, non facile posse conuelli. Quod tum maxime absque vlla hæsitatione procedit, vbi res integra non sit: quemadmodum in casu nostro procul dubio non est, postquã iure in se translato vtentes patres Pisanæ synodi, Conciliq indicendo pręoccupauerunt, & preuenerunt. Præterea, qui morem purgare volunt, ita agere debent, ne quid contra id quod offerunt iure obiici possit. Indictio vero Romani Concilii notorio loci vitio laborat, Romæ enim vt latius suo loco prosequemur, nec nos, nec innumerabiles alii tutum esse locum consulendi, statuendique vera, & necessaria pro Ecclesia, hodie arbitramur. Itaque, liquido const[illegible] purgationis argumentum nullo iu-

re ſubſiſtere: Et rurſum, Si de cauſa capitis eſſet in
ſynodo agendum quum alieni iuris ſit talis indictio
non conueniet capiti moram purgare: Ad excuſan-
dam vero ſummi Pontificis negligentiam, magno
verborum apparatu, magniſque eloquentiæ viri-
bus à conſultoribus elaboratum cernimus. Quo fit
vt quæ proponuntur, quamquam pulchra, com-
mentitia tamen & ficta ſatis appareant. Intellexi-
mus nempe ſummum Pontificem, dum Cardinala-
tus officio fungeretur, ſæpius Alpes tranſiſſe, & ma-
ria traieciſſe, nouum tamen atque inauditum pa-
tribus eſt, quod generalis Cōcilij indictionem per-
quiſierit aut tractauerit. Et quod Pontifex crea-
tus oratoribus obedientię ſuæ certum aliquid de te-
nendo Concilio propoſuerit, aut intimauerit. *Pa*-
terque ille, cui legationem Germanicam ſponte o-
blatam nunc immerito exprobrat, quam tamen ad
gloriam ſuæ ſanctitatis nullo ſuo commodo, ſed
laboribus & impenſis innumeris adminiſtrauit, de
pace quidem Chriſtiana, & infidelium bello, com-
miſſiones pulchras accepiſſe ſe aſſerit, De congre-
gando tamen Concilio, nec verbum quidem, imo
tunc aliquando & alias ſæpius, ab ipſo moderate
propoſitum reiici animaduertit.

Cardinal. ſanctæ Crucis deſignat.

16 Sed quorſum tam longam de Concilij deſide-
ro conſultores texerunt hiſtoriam? ſi tam ardebat,
cur deſiderio rebus ipſis Pontifex pacificus ſatisfa-
cere neglexit? Conſultores ſciunt nihil eſſe anti-
quius, quam propoſitum mente retentum nihil o-
perari, nec apud Deum & homines præſtare, vbi
quum adeſt exequutionis occaſio, non exercetur.

Nam quod bella, satis superque est dictum: Noua autem Romani Concilij indictio, propositum celebrandæ synodi vere non explicat, nam nisi Pisana prouocatio præcessisset, non creditur fuisse illa Romana attemptata, nec tam vt illa teneatur, quam vt alia frangatur (quod auertat Dominus) cogitata suspicatur. Sed negligentiâ Pontificis ostensâ, illa dominorum Cardinalium adhærentium nota esse debet, quum de adhærentibus sapientes idem iudicium fecerint. Ipsi quoque non ignari præcepti & necessitatis notoriæ, votique & iuramenti sui, tamen tam longo tempore officij sui immemores, ad quid moueri iterum debuissét? Sciebant patres quocunque verteret Pontifex, illi adhæsuros, & par periculum admonitionis eorum in præsentia, ac Pontificis fuisse. Iam vero Pontifice & illis per litteras edicti patrum admonitis, Concilium generale & liberum (ad quod tenentur, & quale vniuersalis Ecclesię esse debet) videntur refugere, domumque suam vallatam auribus & exercitibus, & non aliã pro loco Concilij vel asyli deligere.

17 Quod vero de negligentia nostra in proponẽdo Concilio, quum apud Romanum Pontificem essemus nobis retruditur, admittimus: quum aperte libertate careremus, non ausos tunc Pontificem irritare, atque hoc verius negligentiam excusat. Liberi tamen & absentes, statim cogitauimus præcepto Ecclesiæ, voto, & iuramento nostris facere satis. Et si hæc occasio liberius & securius loquendi in præsentia Romani Pontificis (quam nos Iam absentia nostra damus dominis Reuerendissimis Car-

dinalibus nunc in Curia degentibus) nobis per alios dominos (quum eram⁹ de corpore Curiæ) fuisset exhibita, cum effectu omni conatu curauissemus Pisis, aut alio loco tuto, Concilium generale indi & teneri, & contra Patres hæc admonentes non ita insurgere, nec eorum litteras mordere, & laniare, Petrum imitati, qui literas Pauli, quibus eum grauius de Cócilo arguebat, suis canonicis Epistolis non reprehendisse, sed confirmasse, atque commendasse cognoscimus.

18 Addunt quoque litterarum ordinatores, etiam in causa propria ad Rom. Pontificem indictionem Concilii spectare. Quibus vno verbo (vt prædiximus) respondebimus, eo videlicet nimium summo Pontifici blanditos: Nunquam enim si vera hæc esset sententia, contra Pontifices Concilia pararētur, quandoquidem iuris præsumptione coniuslibet contra se auctoritas frustra expectatur, nullusque bene sentiens ab hac sententia creditur recessisse: nec ad rem pertinet quod de Iohanne XXIII. ad nos vti Iudæos conuincendos ex propria (vt dicunt) scriptura non absque calumnia obiicitur. Nam si recte Constantiensis Concilii acta consideramus, eisque non vt Iudęi falsam & peruersam, sed veram & congruam, vt veri Christiani & spirituales viri interpretationem accommodemus, nusquam compertum erit ad causam aduersus se tractādam Ioannē XXIII. Concilium Constantię indixisse, sed ad reformationem & pacem Ecclesiæ. Quæ in Pisano Concilio Alexander V. infecta reliquerat instituisse, prout ex bulla conuocationis Concilii Constantiensis data Lau-

ta Laudæ anno quinto pontificatus Ioannis, satis constat. Congregata vero synodo pro ea causa ad cuius congregationem auctoritatem Pontificiam regulariter, vel aliorum in casibus supra positis necessariam esse confitemur, Postmodum, ipsa synodus congregata, per seipsam à Domino auctoritatem habet in Ecclesia plenariam, in tribus quidem causis, quibus diffinitur superior Pontifice plenissime disponendi, & determinandi; ordinarie etiam sine Pontifice; In aliis vero causis Pontificiis, non nisi cum Pontifice aut suis legatis : necessitate tamen cogente, vel sede vacante, etiam sine eis omnia plenarie concludendi & explicandi. Quare, Ioãne xxiii. post secundam sessionem Constantiensem à Concilio dissimulato habitu fugiente, & Ecclesiam deserente, Synodus ipsa iam actu congregata, Christi Domini principalis Ecclesię capitis auctoritate, & sua ordinaria contra illum quasi turbanté synodum & Ecclesiam scandalizantem procedere incepit, nulla ipsius Ioannis noua auctoritate expectata. Non ergo synodus contra Ioannem processit auctoritate Ioannis, sed sua & verius Domini dicentis, *Dic Ecclesiæ*. Nec istorum consultorum argumentatio procedit, dicentium auctoritate Ioannis Constantiensem synodum collectam esse; in eaque causam contra eundem Pontificem actam. Ergo ad Cócilium contra Papam congregandum ipsius Pontificis auctoritas est necessaria. Satis enim leue est iaculum, quo multifariam reiicitur, & nisi tu vinci aut percuti velis minime ferit. Dicimus enim ad primam propositionen, Ioannem indixisse

Constantiensem synodum non contra se; & ad secundam, processisse synodum tunc non Ioannis auctoritate, sed sua ordinaria postquam actu congregata. Secundo, argumentatio non bene discurrit, dato quod Ioannes contra se principaliter indixisset Concilium, quod minime verum est, Posito tamen casu, sic procederetur: Ioannes XXIII. de industria aduersus se Concilium indixit; Ergo ad causam contra Pontificem requiritur Pontificis auctoritas. Argumentatio non procedit, vitio fallacię accidentis. Potest enim maior annis auctore Prętore prędium vendere, verumque erit *Prætoris* auctoritatem tunc interuenisse, nec tamen verū erit Prætoris auctoritatem necessariam esse quum sine Prætore maior vendere potuisset.

19 Absoluimus secundę petitionis singulas oppositiones; tertiam obiectiuam portionem, contra Pisanam indictionem attingere res admonet, & quum prior loci huiusmodi obiectio abunde supra euacuata sit (ostendimus enim clarissime, ius indicendi Concilii apud Patres fuisse) reliquum est vt cætera subiiciamus. Inuehunt consultores, contra temporis breuitatem exquisita quadam diligentia dies computantes, magnoque verborum fastu vehementique apparatu exclamant, poterunt ne vēturi necessaria exquisisse? Poterūtne Principes accedere, volentes status sui securitati consulisse? Poterunt ne & reliqua? Sed non tanta cum fiducia prorupissent, si remotis, quibus vera iudicia corrūpuntur, animorum passionibus, rerum veritati potius quam assentationibus & blandimentis studuis-

ſent. Nam præter id quod à iure nullus certus terminus huiuſmodi indictionibus præfixus eſt, atque ideo pro rerum, locorum, & temporum contingẽtis arbitrarius relinquitur. Cui dubium etiamſi determinatum tempus pręſtitutum eſſet, ex cauſa tamen reſtringi poſſe: quod omni iure euidens eſſet, ſi & ipſi conſultores id probant. Nam quum annũ dicant aſſuetum eſſe terminum ad tantam rem incipiendã, illud tamen ne cuiquam (vt dicunt) calumniandi cauſa daretur, ad nouem menſes reſtringũt. Hic attendant conſultores ſi licuit propter verborum calumnias, quam dicunt antiquiſſimum & vſitatum terminum, arctare; cur propter realia & actualia magna Eccleſiæ ſcandala pręſentia, & quæ timebantur breui: futura, quibuſque aliter quam per Concilium occurri non poterat, terminus non eſſet abbreuiandus; quæ autem hæc ſint quamuis ſatis non orbi Patres crediderint, ea tamen nondum illorum mẽtis eſt in ſpecie reuelare, ſi quo modo pax Eccleſiæ cum eius reformatione, vel cũ hac manſuetudine haberi poſſit. Nempe quando Concilia in pace non exiſtentibus actu ſcandalis ad futuras reformationes congregabantur: quando etiam Eccleſia Orientalis conueniebat, vnius anni terminus congregandi Concilij pręſcribebatur: ſed nũc quum ſcandalis præſentibus citiſſime prouidendũ ſit, congregari illa celerius oportet. Signanter quũ ſolus ille Latinorum Europæ angulus excitari debeat, vocandique omnes, duorum menſium ſpatio conuenire Piſas poſſint, ſi ad extinguendum incendium Eccleſiæ, & rem Dei diligenter curandam a-

nimetur. Quodque superiores patres nostri vno pene anno notum facere orbi Christiano non poterant, nunc tabellariorum celeritate, & impressorum summa diligentia, litteris & schedulis imprimendis, vno fere mense tantumdem confici potest. Et boni ac prudentis medici officium esse debet, vbi morbus inualescit, nulla temporis habita ratione præsto occurrere, ne dum temporum superstitionem sequimur, ante tempus, infœlix æger opprimatur. Et quamuis breuior terminus ad excitandam diligentiam edicto Patrum prętfixus sit, mentis tamen suæ superfuit, ne quid præcipitanter ageretur, sed in omnibus, quorum dilatio euidenter periculosa non sit, mature procedere, omnesque necessarios etiam diutissime expectare, quorum auxilio & consilio tam sanctum opus iuuari posse censerent. Nec enim suæ prudentiæ iuxta sapientis verbum, inniti voluerunt Patres; sed in Domino (à quo omnis sapientia est) primum confidunt, mox in consiliis bene in causa Dei sentientium, non leue præsidium reponunt.

20 Loci vero obiectio fragilis est, & paucis verbis refellenda. Pisana ciuitas generale alias Concilium recepit, à nouem Cardinalibus indictum tépore Gregorii XII. Pontificis alias religiosissimi & prudentissimi, nisi quod Cardinales illi, quod Pótifex capitula conclauis iurata seruare renuit, ab eo discesserunt, & Pisis Concilium indixerunt: quo (tanta est vis veritatis) concursus incredibilis Christianorum omnium breui coiuit, vt celeriter collecta synodus magno hominum numero, signanter

sapientum, mullas alias diuersis temporibus à *Pontificibus* congregatus superauerit. Nam, vt illius gestis habetur, XXIII. Cardinales: tres patriarchæ principales: oratores Principum orbis in magno numero & insigni apparatu Pisis conuenerunt: Archiespiscopi etiam X. Episcopi LXXI. electi VI. Abbates lxxv. aliorum Episcoporũ procuratores LXXVI Abbatum LV. oratores solemnes vniuersitatum XII studiorum generalium: Magister generalis hospitalis Hierosolymitani, Rhodiensis, Priores generales IIII. ordinum mendicantium: Procuratores ciuitatum & capitulorum Ecclesiarum cathedralium LXX. Magistri in Theologia supra centum: Doctores iuris fere CCCC. Qui omnes diligenter rẽ Dei tractantes, exauctoratis duobus de Papatu contendẽtibus Alexandrum V. doctissimum & prudentissimum Pontificem eligentes, multa bona in Ecclesia Dei constituerunt gloriosæ illi magnæ synodo Cõstantiensi, in qua finem vltimum exequutionis accepit omnis iniqua de Pontificatu tam diuturna contentio. synodus ergo tam solemnis *Pisis* habita, admonet si & alterius capax ciuitas illa erit: Ciuitas est ad hoc sua natura non parum accommoda cœli temperie, & agri fertilitate, & ædificiorum frequentia & magnitudine, mari exposita, Arno insignis nauigabili, & piscoso, interfluenti: ciuitatibus & oppidis ditissimis vicina, nec non insulis omnium rerum feracissimis in medio quasi Italiæ sita. Vrbsque (tametsi proximis annis bello vexata est) biennio tamen iam fere respirauit, & pro magna parte reparata & aucta est. Nec non excelsa respu-

blica Florentina omnium diligentissima, quod deest reparationis domorum & villarum simul cum Pisanis ciuibus prouidere citissime curat: & iam bellum quod in Ethruria timebatur, transactione Florentium, & Senensium, & longiori constituta pace, diuino fauore sublatum est. Sed quando Pisæ alia ratione non probarentur, quæ potius affectata causa esset quam vera, conueniamus per *D*ei pietatem de loco idoneo atque omnibus tuto: absitque vt loci contentio, nisi ex aliis culpa prouenerit, sãctissimum hoc opus perturbare dicatur.

Sed iam res admonet ad postremam priorum literarum partem in qua Concilij Romani contra Pisanum indictio sua detur, properare. *I*mprimisque, duplicem in Ecclesia vniuersalem synodum erigere grauissima hæresis nota esset, contra articulũ *vnã sanctam & Apostolicam* Ecclesiam. Quumque Pisana synodus superioribus rationibus subsistat, Altare alterum erigit & dupliciter Ecclesiam constitui, non satis à consultoribus est recte prouisum. Fuit hæc nostra practica Eugenij IV. alias per nullum Põtificem cogitata, nisi per Hieroboam, qui altare instituit contra Hierusalem: Constantius quoque duplex Concilium vniuersale simul statuit Arimini, videlicet & Nicomediæ, quorum errauit vtrumque. Deinde quod consultores verbis ornatioribus dicunt, Pontificem ad indictionem Concilii inclinari, ne imputari sibi possit illud Hieremiæ, nõ ascendistis ex aduerso, nec opposuistis vos pro domo *I*srael, quod tamen Hyeremiæ dictum non fuit, sed Ezechielis capite XIII. eadem Patres induxit ratio,

vt in Pisanæ synodi mentionem præuenissent. Fatemur ergo omnes quam Pontifex affert inuocandæ synodi generalis subesse necessitatem, atque vtinam perinde in cæteris conueniremus. Apud Lateranum autem vbi verius quam Pisis ædificiorum ruinæ expectantur, infamisque atque pestilens aura obstat, tutum esse nunc conueniendi locum ad vere & salubriter Ecclesiæ cósulendum, absit vt concedamus. Latere enim insidiarum non parum in Laterano suspicamur, proinde vt notorie & manifeste suspectum, capitibusque nostris perniciosum ac formidabilem iis potissimum temporibus aliis insistentes protestationibus vehementissime & constátissime denuo recusamus: ipsis quidem consultoribus aptissimum & tutissimum locum firmiter admittimus equidum enim peditumque copiam illic habent instructissimam, arces munitissimas, classé non procul paratam, vrbem denique ipsam, populos finitimos, bello & armis assuetos, suo nutu pédentes, assuetosque capitaneos pro Pontificis voluntate, Cardinales & Prælatos paruipendere, & iam illic Cardinales hoc timore coacti, non vera, sed blandientis consulturi sunt. Verum, Pisanæ synodi indictoribus cęterisque quibus Concilio adesse conuenit, nullus profecto hominum est hodie illum insidiosissimum, periculosissimumque, vel iureiurando protinus non affirmet, nec toto in orbe quidquam adeo notum esse scimus, quo hoc notius manifestiusque non sit, maximoque salutis, Patrum discrimine accessus in vrbe hodie ab omnibus teneretur, Quare, molesta esse non debet ist hęc

recuſatio: *Quis enim*, vel elegantiſſime Clemens v. inquit, *ad iudicem grandi & feroci exercitu ſtipatum facile veneri*t? Quis auderet vel qua ratione teneretur illis ſe vltroneum offere, & eorum ſe ſinu reponere, quorum non temere violentia timeatur? hoc enim de iure timetur, de more vitatur, refugit ratio, abhorret natura, nec ad iuſtiſſimum animorum Patrum terrorem tollendum aut minuendum ampla illa verba ſalui conductus à Pontifice oblati proficiunt, promiſſioque benigne & charitatiue ſuſcipiendi atque tractandi. Quæ enim ſolemnior vnquam fides & promiſſio, quam illa capitulorum conclauis? etiam per viam contractus omni voto & iuramento vallata, & alias per Apoſtolicas litteras data, cogitari poteſt & debet? quo vero pacto ſeruata ſit, creationes Cardinalium & eorum libertas minime ſeruata oſtendant? Sed admittamus quod ſperemus ſanctitatem ſuam hanc promiſſionem integra mente ſeruare velle, vt nec odio, nec iracundiæ ceſſura ſit, quomodo tamen (Abſit ſanctitati ſuę indignatio) ex præteritis actionibus animi Patrum ſecuri eſſe poterunt? homines etenim ſunt ſummi Pontifices, & duodecim horas eſſe diei Dominus meminit? Quis tamen eos ab innumeris ſummo Pontifici aſſiſtentibus, quis à prædictorum hominum, quorum copia in Curia eſſe ſolet, iniuriis, & violentiis ſecuros reddet? admonēt intolerabiles iniuriæ, admonent immaniſſimæ violentię, admonent inauditæ & nefandiſſimæ cædes, quas nonnulli Patres Curiam ſequentes perpeſſi ſūt. Ipſe denique ne longius (vt aiunt) exempla petamus

Pontifex

Pontifex summus, dum in minoribus ageret, quantum in saluis conductibus Curiæ (a qua nulla est prouocatio) credendum sit, abunde docuit. *Stultissimum enim esse sępius dicebat, libertatem & vitam cum pelle mortuæ belluæ*, id est cum membrana saluiconductus, *commutare*. Quodque ipse tam constanter tanto tempore alijs non credidit, difficillimum erit vt aliis sibi credatur: quæ sententia ratione sanè nō caret. Nam & Innocentius III. docet, *non teneri quempiam cum litteris salui conductus sese aduersanti credere*. Pontifices quoque superiores, postquam exercitus, armatasque custodias & arces Romę tenuerunt, & nisi alia libertas Senatus restituatur, & modus alius viuendi gubernandi à Pontificibus in vrbe seruetur; nemo est qui eum locum nunc ad hāc Ecclesiam libertatem idoneum aptumque influentiæ sancti spiritus, qui communiter liberas mentes in Concilio implet, diiudicare posset. Quare postquam loci exceptio omni iure & ratione legitima redditur, postquam salui conductus oblatio iustissimum metum in viros constantes cadentem, nec iure nec ratione submouet; Omittant pro Deo tandem consultores Laterani loci mentionem. Suspicionem enim non leuem cum hac loci difficultate & discrimine præbent, nō tam eis cordi esse apud Lateranam synodum teneri, quam ne Pisis aut alibi teneatur, impedire. Quod si (vt diximus) Pisanam ciuitatem non probant (quam tamen optimam, omnibusque tutam & idoneam putauimus, credimusque) alterius idonei atque omnibus tuti loci oblationem non negamus; quinimo & antea

per litteras & nuntios nostros obtulimus, & nunc harum tenore rursus offerre non cessamus, vt intelligat vniuersa Ecclesia, sciant omnes Principes, cúctique fideles, non ad contentionem aut turbationem, minusque ad perniciosissimum schima (vt obiicitur) excitandum, sed ad quietem & pacem inducendam, ad animarum salutem procurandam, ad splendorem Ecclesiæ iuuandum, ad expeditionem contra infideles promouendam vinculis præcepti & iuramenti motos Patres Pisanæ synodi curam subiisse.

Quod postquam hac ratione & mente processisse omnipotens creator & redemptor noster intelligis, aperta nãque tibi sunt hominũ corda omnium omnesque cogitationes claré intelligis) occurre diuinæ prouidentiæ tuæ munere occurre quæsumus prius quam in flammam surgat paratum incendiũ, & quod humana diligentia, mortalique studio fieri non potest, fac vt cœlestis gratiæ dono consequamur, & pacifica vniuersali ac libera congregatione Ecclesiæ, pro vera eius reformatione, quam tot laboribus quærimus, tam spiritualiter quam temporaliter in vnum conuenientes perfruamur.

22 Hæc sunt, quæ pro refellendis iis quæ priores litteræ continebant adducenda censuimus; omissis ne modum excedamus, aliis quam plurimis quibus ad iura nostra tuenda abundamus. Super est, vt quantum posteriores monitorii litteræ æquitatis habeant, quam breuissime videamus, maior enim earum vis ex superioribus sublata cernitur: In illis tamen satis liquet contumeliose admodum consul-

tores aduersum Patres egisse, illosquē maximis ac pene inauditis iniuriis & contumeliis, iniquisque censuris & pœnis pro nulla aut leui culpa afficere voluisse, quos nunc laudant & extollunt, nunc vituperant & cruciant, ad instar militum præsidis, qui Christum salutantes, dicentesque illi aue, mox arũdine percutiebant. Nempe fortuna quadam consultores litteris illas monitorii ex duabus aliis Pontificum litteris apertissimo furto verborum contexerunt: ex altera videlicet Nicolai IV. bulla quæ incepit, *Cœlestis altitudo potentiæ*; & ad aue quodámodo pertinuisse videtur: & altera Eugenii quoque IIII. incipiente, *Multa sanctorum exempla*, quæ colaphos & arundinem concernit: In quibus monitorii litteris sic ex prædictis latrocinio aperto subtractis nõ solum patres grauissime sunt lacessiti, verum & Pontifices ipsi, quorum verbis & doctrinis litteræ illę subsistunt quum ipsorum menti Pontificum euidenter obstent, non mediocriter iniuriari videátur. Sublimem enim illam Cardinalium laudationem, quam Nicolaus ad effectum partitionis patrimonij, S. R. E. inter Papam & Senatum induxit, ad maledictionem & priuationem Cardinalium repetita eisdẽ verbis præfatione retorquét, quam tamen Nicolaus Pontifex sapientissimus nisi in Concilio generali aut casibus vrgentioribus matutiorique iudicio nunquam excogitasset. Similiterque cógesta quædam grauissima comitia & maledicta, quibus Eugenius suo monitorio contra Felicem Amedeum & illius electores, post priuationem de se factam & Amedei electionem, cumula-

tiſſime inuehitur: eadem maledicta, eiſdemque terminis, eodemque more propoſitionis conſiſtorialis, pro ſimplici Patrum admonitione Concilii, perperam & inconſulte profundunt: quæ tamen Eugenius pro ſimili cauſa minime vnquam auſus fuiſſet attentare. Immemores ergo conſultores clemẽtiæ & æquitatis Dei & ſuperiorum Pontificum quã proponunt & offerunt omni feritate & crudelitate aduerſum Patres intemperatiſſime debacchantur, inconſideratos medicos imitati, qui apud Hippocratem ſanam medicinam alicui morbo legentes, morbis aliis improportionate diſtribuunt. Inducunt etiam atroces quoſdam veſpilones, fiſcos in ſenatu proponentes, & ad tumulum quaſi viuentes Patres inducere ſatagentes, Carroſũ quendam & Cuccinum, nomina ipſo pene horrenda ſono, ac ſi hominum carnes dilaniaturi & cocturi acceſſiſſent; quorum os vanitatem & dolos locutum eſt: quum reſponda priorum litterarum iſtis adaptari poſſint, niſi nouiter deductis reſpondere non cogimur. Inter alia tamen viſum eſt iſtis addere de cõuentionibus Patrum Florentiæ initis, quas pleno oreiniquas appellant, ſicut febricitantis lingua omne dulce amarum iudicat. Nempe, conuentiones illæ libertati ſacri Senatus, ſplendori & ſpiritualitati Eccleſiæ, & iurium ſuorum conſeruationi vnice innituntur, quarum ſcripta ſi proferantur, non poſſunt à ſapientibus, niſi ſumme commendari. Pro illis tamen, conſulentium feritas, Notarium vnum rogatum, qui bona fide nihil mali ſuſpicans, quum ad Apoſtolicam Curiam negotia ſua tractaturus ac-

cessisset, in teterrimum carcerem detrusit, & grauissime torsit: quæ euidens est coniectura rancoris & odii contra Patres. Nam si clientem pacificum & innocuum: quod testimonio veritatis astitit à patronis suis rogatus, tam efferate torserunt, quid cogitandum erit de odio contra Patres? Quare omnis verborum promissio ab illorum odiis qui parcere nesciunt, Patres iure tutari minime potest. Verum consultores ipsi, qui tam copiose, tam feruenter officia quibus Cardinales summo Pontifici tenentur explicauerunt, debuissent, si recte vterentur consilio, quibus etiam Pontifex illis teneatur, admonuisse, ne in tam notorie excedentem prolaberetur offensam. Summus namque Pontifex pręcipue quodam vinculo charitatis & clementiæ sacrũ Senatum & illius membra debuit respexisse, cuius peculiari quodammodo caput, pater, & frater est, quæ omnia sunt dilectionis summæ, & charitatis nomina, non certe euersionis & odii. Caput enim quod vigilat & prospicit, & laborat pro membris, nunquam illa odio habet, quinimo gratulatur, quum membra ipsius langorem aliquem admonerent & curarent. Pater ergo & frater summæ charitatis appellationes sunt: pastor Ecclesię & vicarius Dei, quod alias recte Pontifex nuncupatur, non feritatem & tyrannidem prætendunt, summam charitatem & clementiam. Cómissurus namque Dominus Petro curam pastoralem & primatum Ecclesiæ, non semel, sed tertio & dixit, *Simon Ioannis & diligis me plus iis*, *Pasce oues meas*: & rursùs vicariatus Dei omnem charitatem & clementiam præ se fert,

quum illum referat, de quo ſcribitur, *Deus charitas eſt, & cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere, & miſerationes eius ſuper omnia opera eius*: qua vero charitate cum patribus litteris iſtis agatur, ſatis ex illis perſpicuum eſt, pro admonitione Concilij, quam ex iuſtis ſummis cauſis patres conceperunt, imo illis dominus inſpirauit, acerrimas cenſuras, interdicta, auferendarum dignitatum, beneficiorum pœnas conſultores minantur. Hęccine, reſpondeant hoc loco Carroſus & Cuccinus in graui illa de nobis querela pietatem tantam præ ſe ferentes, pietatis ſunt argumenta? Hęccine boni paſtoris & vicarii Dei officia? ſunt ne hæc munera quibus pater, & frater charitatem ſuam explicant. Et quum hic reſponderint, mox ſi placet obiiciant, an ſicut æquũ eſt bene valenti capiti membra obſequi, ita ęquiſſimum ſit eiſdem, ſi laboraret, auxilio potius prodeſſe quam obſequio placere. Reſpondeant denique quanto aduerſus eos fieri poſtularent, qui ſceleſtiſſimum aliquod porrexiſſent; ſi aduerſus procurantes per neceſſariam ſanctiſſimamque Eccleſię reformationem tot panteſque pœnas popoſcerũt. Intelligit ergo vniuerſus orbis, vident docti, indoctique, cæci etiam manibus tangunt, de bono opere Patres lapidari, nullamque ob rem aliam infenſum illis ſummum Pontificem, niſi quod Deo magis quam hominibus, obedire maluerint: Quæ res fiduciam & magnam aduerſus omnem vim ſecuritatem illis præbitura eſt. Iamque ſpiritus ſanctus (quo auctore cœperunt) Pontificẽ ipſum, qui hactenus ad Concilia durior videbatur, quum admo-

nitione Piſanæ ſynodi à patribus præueniri ſe ſenſit continuo maximam Concilii conuocandi neceſſitatem ſubeſſe profitetur, atque Lateranum protinus indicit. Inde qui antea penitus diſſentiebant, nunc de loco tantum diſſentire videntur. Iniungitur tamen Patribus per conſultores, vt Romã breui quodam termino accedant, & à proſequutione Piſanæ ſynodi abſtineant, pręceptione altera corpus, animam altera occidere ſatagentes. Nam Romæ diebus iſtis abſque notorio vitæ diſcrimine (vt eſt dictum) manere non poſſunt. à Concilii proſequutione, ratione præcepti, voti, & iuramenti ac ſcandali, ſine interitu ſalutis æternæ ceſſare non valent, & iuxta Canonicas ſanctiones & apertam Innocentij IIII. doctrinam (vt prędiximus) quoniam Apoſtolica pręcepta notorie continent, vtriuſque vel alterius vitæ periculum aut decolorationem, vel turbationem ſtatus vniuerſalis Eccleſiæ, vel vnde multa mala veriſimiliter futuræ timerent, audiẽda quidem ſunt, ſed minime admittenda, quinimo ab eis prouocandum eſſe debeat, quam doctrinã imitati olim patres primæ Piſanæ ſynodi, quibus Gregorius XII. ſub grauiſſimis cenſuris præcipiebat vt à proſequutione ſynodi ceſſarent, minime obtemperarunt, ſed prouocatione præcedente, ſynodum ſanctiſſime tenuerunt, quod ſapientes omnes & patres Conſtantiæ laudauerunt; cenſuraſque Apoſtolicas, contra illos fulminatas, quamuis ſemper timendas, in hoc tamen caſu minime obſeruandas eſſe approbauerunt; quam tamen apud Piſanos patres non ſtarent adhuc determinationes ſynodi Cõ-

ſtantienſis de ſuperioritate Concilij, nec præceptũ de congregando Concilio ſingulis decenniis, nec ſtatutum aut practicatum, impedimenta præſtita Conciliis per quoſcunque ſuſpitionem hęreſis continerent: ac ſi prætenderent velle corrigibilitatem criminum tueri & deffenſare: Quæ crimina potiſſimum capitis in Concilio moderantur, & ea potiſſimum ratione quod Concila impediebant, Ioannes XXII. & Benedictus XIII. Conſtantiæ ſunt exauctorati. Quare ergo tam efferate conſultores proſequentur Patres ſecundę Piſanæ ſynodi? quum primi de hoc fuerint laudati, nec iſti ſicut illi ſtatim prima conuocatione Concilij Pontifici obedientiã ſubtraxerint. Patres namque moderni in bona Iulij II. *P*ontificis maximi obedientia manent, & manere volunt, vt eſt dictum. Niſi conſultores cauſã ſchiſmati per aliquas priuationes obtulerint periculis tamen notoriis corporis & animæ ſecluſis, & eſto quod pręuentione Patrum, & tam iuſtis cauſis ſynodus Piſana aperte ſubſiſtat: vt tamen obedire clarius videantur *P*atres, dum *P*ontifex cenſuras & pœnas auferat, vel ſuſpendat, parati quoque erunt ſuſpendere aut prorogare ſynodi *P*iſanę proſequutionem, dum ſtatim de loco libero & tuto extra Eccleſiæ Romanæ iuriſdictionẽ conueniatur in quo etiam, vt claudantur ora detrahentium *P*atribus, quod eiectioni Pontificis præcipue ſtudeant, quod tamen alieniſſimum ab illis fuit, poſſent in talem euentum ſuſpenſionis cenſurarum & actualis aſſignati loci neutralis liberi contentari Patres, ſi in aliis diſſenſio non ſit titulum præfigi & aſſignari Conci-

ri Concilii concordandi ad reformationes futuras, & extinguédas hęreses, pacem Christianorum promouendam, & bellum contra infideles dirigendũ, vt de iis solum, & diffinitionibus quæstionum fidei, quæ in Ecclesia indecisæ manerent, in Concilio tractentur, & rem Bononiensem, & Ferrariensé omnimode Concilio remittere, vt quæ ibi determinabũtur, efficaciter & solide per omnes Principes obseruari permittantur, & iureiurando statuantur: ita vt sine Christiani sanguinis effusione, sine priuationibus & turbationibus Ecclesiæ, ista medicina Cócilii tam desiderata, Ecclesiam ipsam absque magna anxietate purget & sanet, pacemque Christianorum contineat, & expeditionem contra infideles recte & rite promoueat: quod supplicibus votis dominum nostrũ Iesum Christum enixe omnes oramus, & vt sanctissimo D. N. vicario suo, hanc mentem concordiæ loci simul & pietatis & clementiæ inspiret. Quod si (quod absit) Pontifex renuerit (quum locus Romanus hodie Concilio libero non sit aptus) euidentissimum erit vniuersæ Ecclesiæ omne Concilium prorsus illum recusare, in eumque euentum, prout de iure, Pisis aut alio loco, quo transferetur Concilium vniuersale liberum, prosequemur. Quare; rogamus per viscera Domini Dei nostri Sanctissimum D. N. omnesque S. R. E. Cardinales, Principes, & Prælatos, vt in hac nostra sancta, immo Dei intentione conueniant, ne ritus sacrorum Conciliorum, quo bona omnia in Ecclesia fundamenta sunt, prorsus aboleant. Considerentque Principes, spiritum Ecclesiæ oblitera-

tione Conciliorum quotidie magis ac magis extin-
gui, quale reformatis religionibus contingeret.
si capitula sua triennalia vel annalia non seruarent,
Concilia namque generalia, libertatem Ecclesiæ,
spiritualitatemque & pacem continerent, literas-
que alerent, & fouerent, ac euidentissime & effica-
cissime fidei exaltationem in partibus, quas infide-
les Christianis detinent, promouerent. Quare Prin-
cipes omnes, immo & vniuersi fideles assurgite, a-
deste, fauete vniuersali Ecclesiæ, pro qua Dominus
sanguinem suum fudit, intra quam nos omnes sal-
uari firmissime credimus, & pro illius pace, nó pro
vnius hominis obliquabilis quiete laborate. Né-
pe ex hac duplici indictione Concilii, nostra videli-
cet, quæ iure præuenit, & quæ subsequuta & San-
ctissimi .D N. quum duplex Concilium vniuersale
simul teneri non possit, qui contra articulum esset,
vnam sanctam: Si non consurgeret vnius Concilii li-
berę cetuti oecumenici congregatio, exprobrabi-
mur omnes à Princib⁹, lapidabimur à populis quod
splendori sponsæ Domini obicem tam notorie op-
posuerimus. Cuius tamen culpæ Patres Pisani im-
munes esse volunt, quum nullis laboribus & peri-
culis, ad tam sanctum opus vere & realiter cum pa-
ce perficiendum pepercerint.

Denique, quum incerti simus quantum apud
summum Pontificem voces nostrę valituræ sint,
dubiumque nobis sit an quæ aduersus nos cómina-
tur, cum effectu perficiat, vti res nostra tutius pro-
cedat, licet aperti iuris sit hoc casu Concilii vniuer-
salis Ecclesiæ irritas & nullas esse censuras & pœnas

prohibitiuas; constetque talia, si quando aduersus eos proposita fuissent, maiores nostros minime existimasse, imo & contempsisse: sicut Patres antiquos Pisanos fecisse vulgatum est, quos vniuersa Ecclesia commendauit: ad cautelam tamen abundantem, maioremque Apostolicæ sedis reuerentiā, protestationibus, prouocationibus, & appellationibus nostris sępius interpositis adhærentes, easque pro expressis & ad verbum repetitis haberi volentes comminationes, pœnas, censuras, priuationes, inhabilitationes, interdicta omnia denique in nostrum, fautorumque nostrorum, omnium quoquo modo nobiscum sentientium attentata, & attentanda, inania, irrita, & nulla profitemur & protestamur, sicut in primis est dictum. Et quatenus aliqua sint (quod non fatemur) harum tenore iniquissima & iniustissimā dicimus, atque ad actu indictū sacrum Concilium Pisanum, aut quo transferetur tenendum, omnesque alios ad quos iure prouocandum & appellandum sit, prouocamus, & appellamus, Ad laudem & gloriam Redemptoris & Domini nostri Iesu Christi, ac immaculatæ sponsæ suæ Catholicæ vniuersalis Ecclesiæ splendorem & exaltationem.

Datum in Burgo sancti Domini, nullius diocesis prope Parmam Die XXVII. Septembris, Anno Domini millesimo quingentesimo vndecimo, Pontificatus Sanctissimi Domini nostri Iulij Papæ II. anno octauo.


PRemissis vero Pisas qui in Kalend. Septemb. nomine patrum qui comparerent procuratoribus. Et quæ in Apologia offeruntur Iustissima pacis & Concilij federa sanctissimo Domino nostro penitus renuente, reuerendissimi Domini Cardinales, reuerendi Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Regii Prælatorumque & vniuersitatum procuratores consilieres cum celeberrimis diuini & humani iuris doctoribus in copioso numero Pisanam ciuitatem cælestibus auspiciis ingressi Kaléd. Nouemb. supra scripti anni ipsum sacrum Pisanum Concilium in spiritu sancto deuotissime inchoarunt.


EX DECRETIS PRIMÆ SESSIONIS *Sacri Pisani Concilii moderni.*

SAcrosancta synodus Pisana in spiritusácto legitime congregata generale Concilium faciens, & vniuersalem Ecclesiam representans omnibus modo, via, iure & forma, quibus melius potest & debet, decernit, ordinat, diffinit & declarat omnia & singula tam per dominum Papam quam alios quosuis prætextu conuocationis dicti Concilij Pisani dependentium que, & Connexorum acta & agenda, attentata, & attentanda siue per indicta aliasue censuras & priuationes, seu inhabilitationes (etiam consistoriales) de personis dominorum Cardinalium, dignitatibus, Ecclesiis, monasteriis, & beneficiis, siue

pensionibus, ac iuribus, siue aliter quomodocumque, in præiudicium dictæ sacræ synodi omniumque & singulorum eiusdem indictorum, fautorum & auxiliatorum, & quouis modo adhærentium, & quandocumque adhæsurorum, nulla, Irrita & inania fuisse ac fore: Illisque vti notorie nullis, Irritis, & erroneis nullatenus, deferendum. Nam & Vrbanus Pontifex rescripsit, quod dominus vel Apostoli, vel patres sancti statuerunt, debet Romanus Pontifex ad animam vsque, & sanguinem, Confirmare: alioquin non sententiam dare, sed errare, Comminatur: Quæ tamen quatenus de facto processerunt, vel postmodum processerint, ex nunc cassat, Irritat, reuocat, & annullat.




55



EPISTOLA EIVSDEM SACRÆ SYNODI AD SERENISSIMVM ROMANORVM ELECTVM IMPERATOREM.

Sacrosancta generalis Synodus Pisana in spiritu sancto legitimè congregata generale Concilium faciens: & vniuersalem Ecclesiam representans charissimo Ecclesiæ filio & aduocato serenissimo domino Maximiliano Electo Romanorum Imperatori semper Augusto salutem & omnipotentis Dei benedictionem.



VONIAM concußis parietibus disiectisque columnis consequens est vt omnis ædificij moles protinus corruat: neque sine totali corporis iactura corruptio membrorum sequatur: cauere diligenter oportet omnem Rempublicam omnemque vniuersitatem, non modo vt ipsa intacta illibataque custodiatur, verum etiam ne membra (præsertim præcipua, vt præstantia) vim & iniuriam sentiant. Nuper igitur quum allatum ad nos fuerit breuis cuiusdam sanctißimi D. Iulij Papæ secundi exemplum, quo tum maiestati tuæ, tum cæteris regibus & Christianis principibus cum magno quasi gaudio (ac si egregium & præclarum aliquod peregisset) notum facit venerabiles in Christo patres B. de Caruaial Episcopum Sabinensis. Sanctæ Crucis G. Episcopum Prænestinum Narbonen. F. tit. Sanctorum Nerei & Archillei ac. R. de prie. tit. Sanctæ Sabinæ Præbisteros.

S. R. E. Cardinales galero Cardinalatus, honore, titulis, insigniis, voce etiam actiua atque passiua, Patriarchalibus quoque, Metropolitanis, & aliis quibus præsunt Ecclesiis priuasse: cæteraque quæ in breui ipso continentur, iniqua quidem & immania, ipsoque auditu & lectione horrenda & detestanda: certo quodam iracundiæ (ne deterius dicamus) spiritu fulminasse: mirati fuimus primum nouum sententiæ genus (si sententiæ nomine dignum est) quod tam irrationabiliter tanquam perperam & contra omne ius actum est. Ac licet multa ante oculos occurrerent quæ qualem se habere consueuerit summus Pontifex dum iracundiæ subditur, plane admonebant: vix tamen eò vsque prolapsurum Sanctissimum Patrem credidissemus. Verum postquam ita res successit quemadmodum tum re ipsa notorium, tum etiam ipsius Pontificis publicatione manifestissimum effectum est, quasi instar eorum qui in exteriores tenebras deuenerunt, non satis sit grauissimè errasse, nisi & erratum quod, omni studio celare debuisset, prædicare gloriaretur: officij sui esse hæc Sancta Synodus censuit Pontificis ipsius præcipitationem (tametsi manifestissima est) Maiestati tuæ manifestiorem reddere: vt facilius iudicet quantum sit eiusmodi literis posthac deferendum: quibus etiam quæ veritate non subsistant pro veris affirmare non pudet: inquit enim post Bononien. rebellionem ad Concilium à patribus se vocatum: quum tamen certo certius sit per plures dies indictionem ante rebellionem factam fuisse: Verum est tamen prædictos venerabiles Cardinales magnis de causis illicentiatos à summo Pontifice recessisse: verum est Concilij indicendi consilium iniisse, atque hac de re mul-

ta apud Maiestatem tuam vti Ecclesiæ aduocatum, cæterosque Christianos Reges, & Principes pertractasse: vtque hæc sancta & necessaria res sequeretur omni solertia laborasse: verum denique est, Spiritu Sancto duce & Deo auctore, serenissimaque Maiestate tua ac charissimo Ecclesiæ filio Ludouico Francorum Rege Christianiss. promouentibus, Concilium ipsum tum indixisse, tunc demum indictum solemniter & fœliciter incœpisse: incœptumque diligenter prosequi: ac postmodum Deo fauente optimisque Christi fidelibus adiuuantibus, vt augeatur non cessaturos: atque propterea Cardinales ipsi aliique hoc idem agentes, Hæretici, Schismatici, reique læsæ-Maiestatis totque tam sæuis, tamque immanibus pœnis digni sunt (proh facinus) compertum est, vbi (proh dolor) scriptum aut taliter cautum reperitur. Dicat vel ipse Sanctissimus Dominus: vel grauissimorum eius consultorum quispiam: Num iure diuino, num gentium aut ciuili receptum esse compertum sit. Audet hæc Sancta Synodus affirmare quum multa & quidem grauissima ac mali exempli peregerint sæpissime retroactis temporibus aliqui summi Pontifices ac ipse Sanctissimus D. Iulius non infrequenter (absit sanctitati suæ irreuerentia: nemini enim iniuriam facit qui iure suo ac veritatis adminiculo vtitur) nihil tamen irrationabilius, nihil insolentius, aut impudentius sub specie sententiæ in Sacro Consistorio latæ actum meminisse. errare enim aliquando, ac per cupiditatem, vel libidinem, vel odium, vel iracundiam iniuriam nonunquam facere, humanum & quotidianum est (omnis enim creatura sub vitio est: hominesque etiam iustissimi plerumque peccando deuiant) verum aduersus fratres filiosque suos, quos vti bonus

pastor, vti pius paterfamilias, amplecti, commodisque & honoribus fouere ac (eorũ meritis & virtutibus officiisque vniuersæ Romanæ Ecclesiæ præstitis exigentibus) efferre debuisset: tanta iniuria feruere, tot iurgiis & maledictis patres optimos & religiosissimos prouocare, tot denique ac tam grauibus & inauditis pœnis innocentissimos offendere nihil mali meritos, & qui iam ad hunc Sacram Synodum appellarunt: sub eiusque patrocinio nihil verentur: proque tribunali instar præsidis sedendo loco quidem sanctissimo, loco iusticiam ipsam vndique redolente, loco quem nihil nisi exactissimum ratione, consultatione grauissimum, exemplo dignissimum decet: conspectu patrum, hisque, vt inquit, assentientibus, quod tamen credibile n on est (nisi per metum & impressionem forte præbitus sit assensus, (Romana enim curia, vt plæraque alia, bonorum votorum libertatem prorsus perdidit) beneficiis, honoribus, titulis, dignitatibus, cæterisque eiusmodi generis ob eam dumtaxat causam priuare: quod cùm apud eum existentes satis obligationis vinculo facere non possent, illicentiati recesserunt ad generale Concilium pro reformatione Ecclesiæ indicendum: quod ex constitutione Constantien. votoque & iuramento Deo & hominibus præstitis facere tenebantur non modo inhumanissimum & impiissimum videtur: verum etiam tale quod tum Deum Optimum Maximum ad iram prouocasse credibile est (eos enim leuiter Deus odit insequiturque, qui non modo benefacere negligunt, verum etiam benefacientibus infensi sunt) tum quoscumque Christi fideles irritare vehementerque commouere deceret: quid enim iam Christiana in republica deterius, quid perniciosius expectari potest, quàm ipsum Christi

Vicarium: quem dignitati vtilitatique Ecclesiæ indefesso studio nunc maxime consulere oportebat (grauissimis enim notoriisque criminibus ad scandalum vsque manifestissimum misella Ecclesia opprimitur: atque ita opprimitur, vt nisi protinus occurratur naufragium factura procul dubio videatur, spreto Constantiensis constitutionis precepto, spreto solenni voto & iuramento vniuersalis Ecclesiæ, reformationem tamdiu tanto cum discrimine tum pretermittere aut potius contemnere: tum præterea eos qui pietatis intuitu & promissionis Religioni, Spiritu Sancto duce, opem ferre studeant vti rebelles hostesque & infideles insequi quasi iam palam facere querat summus Pontifex, nihil magis cordi sibi esse, quàm, vt olim, de subactis hostibus triumphum Iulius Cæsar retulit: ita se de subacta dirutaque Ecclesia Dei, id est de bonis illius membris (quod absit) aliquando triũphare? quare Sancta Synodus omnia quoquomodo ratione istius sanctissimæ indictionis facta vel facienda, contra indictores aut alia Concilij supposita ad instar Constantiensis Synodi reuocauit & annullauit in decretis suæ primæ sessionis: idque vt Maistas tua adiuuet & exequatur orat, & monet. Et ideo erige aures, Cæsar, qui enim ob indictum Concilium Schismaticos Hereticosque Cardinales expressius appellat, ille idem tuam Christianissimique Regis Maiestates vna eademque voce Schismaticas Hæreticasque satis apertè prædicat. Vestro enim assensu vestroque auxilio eiusdem Concilij indictio facta est. Quamobrem mirum videtur quod Sanctissimus Pater non aduerterit talis sententiæ tenorem apud eos intimare atque etiam iactare, quos non minus quàm Cardinales ipsos illa eadem sententia tenere dam-

natos intelligere debuisset. Assurge igitur, Cæsar optime: adesto, vigila, labitur Ecclesia, opprimuntur boni, impij efferuntur, mergitur iusticia, colitur impietas, surgunt, in sinumque recipiuntur infideles, qui vero pro Ecclesiæ consilium capiunt, illique opem & auxilium ferunt, quasi hostes eiiciuntur, opprimuntur, obruuntur. Age, Cæsar maxime, Maiestatem tuam appellat ipsa, cuius aduocatum & protectorem te fecit omnipotens, Ecclesia videlicet Romana & vniuersalis. Tuum magna miserabilique voce auxilium rogitat. Celsitudinem tuam iunctis vtrisque palmis supplex obsecrat, deprecatur, neue præcipitem agi patiaris, obtestatur. Hoc ipsum sancta quoque Pisana Synodus, quæ illam repræsentat, orat, quantisque potest precibus postulat. Quæ res vt promptius alacriusque concedatur, tametsi sponte pro innata pietate & religione, proque excelsi animi magnitudine, nec non illustrium maiorum dignitate facturam Maiestatem tuam confidimus. Vnum itaque illam præ cæteris meminisse cupimus: quod postquam assensu auxilioque tuo sancta hæc Synodus indicta collectaque est, non potest (citra Celsitudinis tuæ offensam) iniuria illi obuenire: quo ergo animo quaque vi Maiestatem tuam offendentes pro Imperij sublimitate consueuisti coercere, iisdem æquissimum est vt Dei præsertim & religionis, cuius studiosissimus es, intuitu Pisanæ Synodi sacrorumque Conciliorum violatores & turbatores insequaris: quod vt quàm primum atque ex animo Maiestas tua faciat, etiam atque etiam hortamur & deprecamur. Plura ad euidentissimam indictionis congregationisque nostræ iusticiam demonstrandam, atque quàm leuia & fragilia quæ per summi Pontificis consultores in litteris

indicti asserti Concilij Lateranensis obiiciuntur, ostendendum, responsio nuper ædita: quàm grauissimè quidem & sapientissimè venerabiles Cardinales & alij Sacri huius Concilij indictores eisdem litteris accommodarunt, plene & abunde continet. Eamque ob rem apologia Pisani Concilij prætitulatur: & incipit Creator & Redemptor noster. Unde ne Epistolæ modum excedamus minime repetemus. Bene & fæliciter valeat Maiestas tua Cæsarea.

Dat. Pisis in generali Congregatione nostra, die XII. Nouembris, Anno Domini. M.D.XI.

Per Palladium Bellonem Decium, Sacri Pisani Concilij moderni Calcographum.

TYPOGRAPHVS LECTORI S.

LEctor beneuole te obiter monitum cupimus, anno M.D.X. Franciscum Marcum Iurisconsultum & Consiliarium Parlamenti Gratianopolitani, controuersiam *de auctoritate Papæ & Concilij* agitasse, & haberi I. parte operum Francisci Marci, quæst. 455. fol. 194. editionis Lugdunensis anni M.D.LXXIX. in cuius Decisionis fronte, Epistola Ludouici XII. Galliarum Regis ad Parlamentum Gratianopolitanum legitur, quæ omnes causas dissidij suborti inter Iulium II. PP. & Ludouicum XII. Franciæ Regem explicat. Quocir-

cà, illam Epiſtolam, vna cum articulis propoſitis & concluſis in ſynodo Turonenſi, (qui iuri diuino & natali vſquequaque congruunt) hîc adſcribenda eſſe duxi.

A NOS AMEZ ET FEAVX CONSEILLERS LES GENS DE NOSTRE Cour de Parlement du Dauphiné.

DE PAR LE ROY DAVPHIN.

Nos amez & feaux, vous auez bien peu cognoiſtre, comme puis certain temps en ça, noſtre S. Pere le Pape a faict pluſieurs entrepriſes & choſes contraires aux priuileges & libertez de l'Egliſe Gallicane, & loix de noſtre Royaume: leſquels pour pluſieurs bons regards nous auons ſupportez & tollerez patiemment, eſperans que par remonſtrance ou autrement, ſon plaiſir fuſt s'en deporter: Mais en lieu de ce faire, il s'eſt ouuertement declaré en guerre cõtre nous & a voulu troubler & reuolter nos Eſtats en Italie, & principalement ceux de Gennes. A ceſte cauſe, deſirant y remedier & pouruoir, Voulons & vous mandons, que pour auiſer la forme qu'autrefois a eſté tenuë en telles & ſemblables choſes, & telles qu'auons à contenir, vous deputiez quelque nombre d'ẽtre vous pour y vacquer & entẽdre, & nous aduertir de ce qui ſera aduiſé, pour à l'aſſemblee que faiſons à Orleans (à la fin du mois d'Aouſt prochainement venant) des Prelats & gens d'Egliſe de noſtre-dict Royaume, nous y puiſsions prendre vne bonne & reſoluë deliberation & concluſion à l'honneur & ſeruice de
Dieu

Dieu, & de ladite Eglise, & au bien de nous, & de nostre dict Royaume, pays, segneuries, & seureté de nosdicts Estats. Donné à Blois, le penultiesme iour de Iuillet.

LOYS. ROBERTET.

ARTICVLI PROPOSITI, DELIBERati & conclusi in Concilio Ecclesiæ Gallicanæ, congregato mense Septembri anno Domini M. D. X. *in Ciuitate Turonensi, auctoritate Christianissimi Regis D. Ludouici XII*

I.

AN liceat Papæ bellum inferre Principibus tẽporalibus, in terris quæ non sunt de patrimonio vel dominio Ecclesiæ, &c.

Conclusum fuit vnanimiter per Conciliũ, Papã nec posse, nec debere.

II.

AN liceat Principi defendenti se & sua, non solùm propulsare armis eiusmodi iniuriam, sed etiam inuadere terras Ecclesiæ possessas à Papa notorio hoste suo; non tamen ea intẽtione vt illas retineat sed tantùm vt impediat, ne per eas Papa ille fortior & potentior sit ad offendendum dictum Principem & suos.

Conclusum est per Concilium Principem hoc posse sub conditionibus & qualitatibus in Articulo propositis.

III.

AN ob tale odium notorium & aggressionem iniustam, liceat tali Principi substrahere se ab obedientia huiusmodi Põtificis, attento etiam quod

Pontifex concitauit alios quoſdam Principes & communitates, immò & tentauit cogere ad inuadendas terras & dominia eiuſdem Principis, qui potius beneuolentiâ ſedis Apoſtolicæ dignus fuit.

Concluſum eſt per Concilium, Principem poſſe ab obedientia Papæ ſe ſubducere ac ſubtrahere: non tamen in totum & indiſtinctè, ſed pro tuitione tantùm ac defenſione iurium ſuorum temporalium.

IIII.

TAli ſubſtractione licitè facta, quid agendum ſit, tum Principi ipſi ac ſubditis eius, tum etiam Prælatis & Eccleſiaſticis perſonis regni ſui in rebus de quibus ad ſedem Apoſtolicam antea recurri ſolebat.

Concluſum eſt per Concilium, ſeruandum eſſe ius commune antiquum, & Pragmaticam ſanctionem Regni, ex decretis ſacroſancti Concilij Baſilienſis deſumptam.

V.

AN liceat huiuſmodi Principi Chriſtiano armis tueri ac defēdere alium Principem ſibi cōfœderatum, & cuius protectionem legitimè ſuſcepit, &c.

Concluſum fuit per Concilium, licere.

VI.

SI quod ius talis Pontifex ad ſe pertinere contendat, vt patrimonij ſanctæ Eccleſiæ Romanæ partem: contra Princeps Imperij, iuris ſui eſſe dicat, & de ea controuerſia paratus ſit & offerat ſtare arbitrio vel iudicio bonorum virorum per compromiſſum prout de iure: an eo caſu liceat Pontifici abſque alia cauſæ cognitione, bellum inferre dicto Principi: & ſi fecerit, an liceat Principi armis reſiſtere, & alijs etiam Principibus in huiuſmodi diſſidio ei adeſſe,

eumque defendere: maximè illis qui ei cognatione vel affinitate coniuncti sunt, cùm etiam per centum annos proximos, Ecclesia Romana in eius iuris controuersi possessione non fuerit.

Conclusum est per Concilium, licere Principi hoc casu resistere de facto, & alijs ei adesse in iure suo tuendo.

VII.

QVid si Papa nolit acceptare quod Princeps iuridicè & honestè offert, sed contrà, non obseruato iuris ordine, contra talem Principem pronunciet sententiam aliquam, an ei obtemperandum sit, maximè cùm non est integrum ac tutum tali Principi ad sedem Romanam ire vel mittere, & ius suum viâ iuris ciuilis, & rationibus defendere.

Conclusum est per Concilium, non teneri talem Principem parere tali sententiæ.

VIII.

SI Pontifex iniustè, ordine iuris non seruato, procedens de facto, & manu armata, pronunciet ac publicet aliquas Censuras contra Principes sibi resistentes eorumque subditos & confœderatos, an ei parendum sit, & quod remedium adhibendum.

Conclusum est vnanimiter per Concilium, talem sententiam nullam esse, nec de iure vel alio quocunque modo ligare.

Visum est tamen Concilio, ante omnia, mittendos ab Ecclesia Gallicana legatos ad D. Papam Iulium, qui fraterna charitate, & secundum Euangelicam correctionem, eum admoneant, vt à cœptis desistere velit, pacemque & concordiam Principum amplecti. Quod si nolit legatos in hoc audire, interpelletur

de conuocando Concilio libero, iuxta ſacroſancti Baſilienſis decreta, & hoc facto reſponſoque eius accepto prouidebitur prout ius erit.

Obſerua Lector, Conuentus Aurelianenſes, de quibus fit mentio in Epiſtola Regis Galliarum ad Parlamentum Gratianopolitanum, demum tranſlatos fuiſſe Turonas, vt ex præcedentibus Articulis manifeſtum eſt.





CONSILIVM CLI. PHILIPPI DECII IVRISCONSVLTI CLARISSIMI, HABITVM PRO ECCLESIÆ auctoritate, Anno M. D. XI.

SVMMARIVM.

I. *VERITAS omnibus præferenda est.*

II. *Papa an accusari possit, si incorrigibilis sit in crimine.*

III. *Contumacia non dicitur propriè hæresis, sed largo modo.*

IV. *Hæresis propriè dicitur in duobus tantùm casibus.*

V. *Quinque decausis Papa iudicari potest.*

VI. *Episcopus potest remoueri ab Ecclesia particulalari vt scandalum euitetur.*

VII. *Ratione scandali generaliter à communibus regulis receditur.*

VIII. *Iudicibus aliquid extra iudicialiter facientibus armata manu resisti potest.*

IX *Papa non potest turbare statum Ecclesiæ.*

X. *Priuilegia locum habere non possunt vbi aliquod grande scandalum resultat.*

XI. *In rebus ad mores & politiã Ecclesiæ spectantibus, credendum est potius Canonistis quã Theologis.*

XII. *Solutio rationum contrariarum.*

XIII. *Duobus in casibus Papa accusari potest in Concilio.*

XIV. *Licet exceptio firmet regulam, non tamen videtur illam ampliare.*

XV. *Simoniacus & schismaticus largo modo dicuntur hæretici.*

XVI. *Non valet argumentum à delicto quod fit in omittendo, ad delictum quod fit in committendo.*

XVII. *An Papa qui post suam creationem iurauit, & vouit infra biennium celebrare Concilium, obligetur ex vi sacramenti sui.*

XVIII. *Duplex vinculum potentius ligat.*

XIX. *Princeps contractu obligatus, absoluta potestate contrauenire non potest obligationi.*

XX. *Nemo absolui potest à iuramento, nisi vbi iuramentum extortum aut illicitum est.*

XXI. *Iuri repugnat naturali vt quis seipsum absoluere possit.*

XXII. *Certis in casibus, Concilium generale Papam iudicare potest.*

XXIII. *Cuiusnam sit congregare Concilium contra Papã.*

XXIV. *An minor pars Cardinalium, pro congregatione Concilij generalis, maiorem partem requirere possit.*

XXV. *Vbi agitur de interesse Papæ, eius aut Cardinalium qui ei adhærent auctoritas, in congregatione Concilij minimè requiritur.*

XXVI. *Vbi agitur de interesse Ecclesiæ particularis, si Prælatus sit negligens, potestas agendi ad Capitulum deuoluitur.*

XXVII. *Propter ſcandalum euitandum, Concilium generale poteſt congregari ſine Papæ auctoritate.*

XXVIII. *Ius Collegij in vno ſolo redigi poteſt, quare duo aut tres Cardinales Piſanum Concilium indicere potuerunt.*

DIuino implorato præſidio, maximi ponderis eſt præſentis caſus materia, in qua admoneri me tacitè ſentio, officij mei non eſſe hanc prouinciam contra ſummum Pontificē ſuſcipere, cuius antceſſor Innocentius VIII. proprio motu me eius & Apoſtolicæ ſedis Capellanum, Rotæque auditorem conſtituit. Requiſitus tamen nomine Chriſtianiſſimi Regis noſtri, ab his qui pro regia Maieſtate Mediolani imperium moderantur & regunt (cùm ipſa regia Maieſtas de me optimè merita ſit, quæ in patriam maxima cum dignitate me reuocauit, & ampliſſimum ſtipendium, quod mihi Paduæ à Venetis præſtabatur, vltra omnes qui hactenus in Iure Canonico legerint, non ſolum conſeruauit ſed auxit) non potuiſſem tale onus mihi iniunctum, abſque maxima ingratitudinis nota recuſare.

1. Præſertim cum maxima modeſtia requiſitus fuerim, *vt dicam pro Veritate & Iuſtitia quod mihi videtur.* Quo caſu etiam ambobus exiſtentibus ſuperioribus vt de communibus amicis legitur, ſanctum eſt præhonorare veritatem: *Nam qui veritatem ſequitur, Deum ſequitur* 11. quæſt. 3. in Can. quiſquis, *& potius debet quodlibet ſcandalum tolerari, quàm quòd veritas relinquatur,* Vt dicitur in cap. qui ſcandalizauerit, de

Regul. iuris. Et prò veritate melius est pati suppliciũ quàm pro adulatione beneficiũ 11. quæst. 3. in Can. nemo peritorum. Et ideo hanc disputationem pro veritate summus Pōtifex æquo animo pati debet, prę-sertim, quia non de his quæ in facto consistunt sed solùm de iure verba facturus sum, & sermo noster duntaxat in disputatione iuris versabitur: & in facto de tanto Pontifice præsumendum est pro eius integritate & sanctimonia, quem apex tantæ dignitatis extollit, vt dicitur in Can. non nos 40. distinct. Iuridicè itaque propositá quæstioné aggredior, in qua vt distinctè procedamus ex themate breuiter proposito pro vera resolutione, quatuor elici possũt quæstiones.

Prima erit, an Papa accusari possit si incorrigibilis sit in crimine, pro quo religio Christiana scandalum patiatur.

Secũda, an Papa efficaciter obligetur ad illud quod cum voto & iuramento promisit, ita quod seipsum absoluere non possit.

Tertia quæstio erit, an in dictis & similibus casibus Concilium generale sit iudex contra Papam.

Quarta erit de modo & forma congregandi Concilium in dictis casibus.

11. Circa primum dubium, videbatur primo motu quod Papa tali casu accusari non possit. Et ita quamplures esse non ambigo qui partes summi Pontificis susciperent & tuerentur, ex eo quod legitur in Can. aliorum 9. quæst. 3. *Aliorum hominum causas Deus voluit per homines terminare, sed sedis istius* Præ*sulem, suo sine quæstione reseruauit iudicio*, & qui Dei iudicio reseruatur, ab humano iudicio iudicari non potest, Can.

quo

quorumdam. 23. distinct. Et idem dicitur in Can. Nemo, in Can. facta, in Can. Cuncta per mundum 9. quæst. 3. Ex quibus & similibus iuribus, glossa in Can. si quis pecunia, 79. distinct. infert, quod si de crimine contra Papam obiecto disceptatur, ipse non cogitur alicuius stare iudicio; sed excipere potest *Dominus est qui me iudicat*. Et ideo glossa in dicto Can. nemo 9. quæst 3. per illum textum ibi *ab omni Clero*, arguit quod etiam Concilium Papam iudicare non possit. Item glossa in Can. mandastis, 2. quæst. 5. Et ad hoc videtur textus in Can. Concilia, §. hinc etiam, in verb. *Symmachus Papa* 17. distinct. vbi cùm Symmachus Papa apud Concilium de hæresi accusatus fuisset, patres Concilij residentes ibi dixerunt *Symmachus quantum ad homines respicit, sit immunis & liber: eius causam totam Dei iudicio reseruamus*. Et hoc idem probatur 21. distinct. Can. nunc autem. vbi Marcellinum vrbis Romæ Episcopum accusatum de hæresi, ex eo quod à paganis compulsus idolis sacrificasset, Concilium noluit iudicare, sed ipsi Marcellino Papæ dixit, *Tuo ore iudica causam tuam, non nostro iudicio, prima sedes non iudicabitur à quoquam*. Et ideo Hostiensis in cap. proposuit, de concess. præben. dicit, quod si Papa iacet in peccato, admoneri potest iuxta regulam Euangelij, cui subijcitur quantum ad primam partem, dum dicitur *Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum*, vt habetur in cap. nouit de iudicijs. & 2. quæst. 1. in Can. si peccauerit, in principio. Quantum vero ad aliam partem regulæ quæ dicit, *quod si non audiuerit dic Ecclesiæ*. Hostiensis dicit, quod non habet locum in summo Pontifi-

ce, quia ipſe ab Eccleſia militante iudicari non pòteſt per iura ſupra allegata: vnde illa verba *dic Eccleſiæ*, intelliguntur in ſummo Pontifice de Eccleſia triũphante & cæleſti. Et notat Abbas in cap. nouit, charta antepenult. verſic. *ſed circa hoc quæro*, de iudic. nec prędictis videtur obſtare gloſſa, in Cā. ſi Papa 40. diſtin. quæ in terminis dicit, quod Papa accuſari poteſt de crimine notorio in quo incorrigibilis ſit, & inde ſcandalizetur Eccleſia: quia Theologi dicunt illam non eſſe veram: & ita concludunt Auguſtinus de Anchorena, Petrus de Palude, & Antoninus Archiep. Florentinus, qui illos refert & ſequitur in tertia parte eius sũmæ, in tit. 20. chart. 4. §. 3. incipiente *quæritur vtrum Papa*. Et in tit. 23. cap. 2. §. 6. in fine: & mouentur ratione ſatis colorata & apparenti, quia gloſſa in dicto can. ſi Papa, adducit rationem quæ non eſt vera, dum inquit, quod tali caſu Papa accuſari poteſt, quia eſt in contumacia ex quo non vult corrigi, & talis contumacia dicitur hæreſis 81. diſtinct. Can. ſi qui ſunt presbyteri, & 33. diſtinct. Can. fin. quod incipit Nullus. Pro hæreſi autem Papa accuſari poteſt, vt eſt caſus in dicto Can. ſi Papa: Ergo videtur quod tali caſu accuſari poſſit. Sed dicunt ipſi quod prædicta ratio in qua dictum gloſſæ fundatur, non eſt vera, quia textus in dicto Can. ſi Papa, de hæreſi, proprie dicta intelligitur, pro errore fixo eorum quæ ſunt fidei.

III. Contumacia verò non dicitur propriè hæreſis ſed largo modo & impropriè: Et ideo ſecundum eos gloſſa non eſt vera, & idem dicit Card. in dicto Can. ſi Papa, & ſanctus Thomas, vt refert ibi Card. Alex. Et ad hoc facit, quia etiam Simonia dicitur hæreſis

1. quæst 1. Can. quisquis, in Can. eos qui; & notatur per glossam in cap. firmissimè, de hæret. Et similiter schisma hæresis dicitur, 24. quæst. 3. Can. inter hæresin. Et in pluribus alijs casibus dicitur hæresis, vt glossa prosequitur 23. quæst. 4. Can. illi qui, § quia vero, & dicto cap. firmissimè.

IV. Sed propriè hæresis dicitur solum in duobus casibus, quando quis aliter sentit de articulis fidei quàm Romana Ecclesia, 24. quæst. 1. in Can, hæc est fides: & quando quis malè sentit de Sacramentis Ecclesiæ in cap. ad abolendanm, de hære. in prin. Et ita Abb. post Hostiensem & alios concludit in dicto cap. firmissimè, de hæret. Et ideo dicitur de hæresi in dicto Can. si Papa, intelligitur propriè, quia verba legis propriè intelliguntur, vt notat. Bartol. in l. ita vulneratus ff. ad leg. Aquiliam: & quia loquitur in materia exorbitanti contra regulam quæ strictè debet interpretari, l. si vero §. de viro, ff. solu. matr. in regul. ea quæ de reg. iur. in VI. & ita in terminis tenet gloss. in Can. si quis pecunia, 79. distinct. Vnde concludendũ videtur, quod Papa pro tali crimine, licet incorrigibilis sit, non possit pro hæretico accusari. Similiter non videtur quod pro ipso crimine notorio & scandaloso accusari possit, quia hoc iure cautum nón reperitur, ergo non est dicendum, cap. illa ne sede vacante, cap. is qui de sentent. excom. in VI. nota. in l. illam Cod. de Collation. Et hoc comprobatur per textum in dicto Can. si Papa, vbi regula ponitur quod Papa nó potest ab alio iudicari: & excipitur causa hæresis: vnde exceptio illa facta de hæresi, videtur confirmare regulam in omnibus alijs casibus non ex-

ceptuatis,32. quæſt. 7. in Can. Dominus, cap. 2. in fine de Coniugijs leproſ. & notat. Bart. in l. quæſitum, §. denique, ff. de fundo inſtruct. & textus in dicto Can. ſi Papa, videtur loqui in delicto ſcandaloſo, dum dicit quod propter eius delictum, innumerabiles populos ſecum in præcipitium ducit, & tamen tali caſu ibi dicitur quod à nemine iudicari poteſt: & ſic ibi videtur textus contra gloſſam in dicto Can. ſi Papa: & ex his opinio Theologorum ſuaderi poſſe videbatur.

v. Sed ſupradictis non obſtantibus, & ſimilibus quæ adduci poſſent, contrarium de iure eſſe arbitror, ſaltem in aliquibus caſibus, in quibus communiter doctores tenent quod Papa ab alio iudicari poſſit. Primus eſt in hæreſi, in quo omnes Doctores conueniũt quod accuſari poſſit, vt expreſſè dicitur in dicto Can. ſi Papa, ibi à nemine eſt iudicandus niſi depræhendatur à fide deuius: & meritò, quia nullum peccatum eſt grauius hæreſi, 22 quæſt. 2. Can. primum, in principio, 32. quæſt 7. Can. quid in omnibus: & quia admodũ perniciosũ eſt, ſi vera fides quæ in toto populo Chriſtiano requiritur, in capite non reperiatur, vt dicitur 61. diſtinct. Can miramur. Et ideo Papa hæreticus in eo quod hæreticus eſt, minor eſt quolibet Catholico, vt dicit gloſſa in Can. Achatius 24. quæſt. 1. in verbo, *in hæreſin*. Secundus caſus eſt, quãdo Papa ſponte Concilio ſe ſubijceret, nam iſto caſu etiam clarum eſt quod à Concilio iudicari poteſt, 2. quæſt. 7. in Can. nos ſi incompetenter, in principio. Et ita ſæpenumero multi Pontifices fecerunt expurgando eorum innocentiam de criminibus pro quibus infamati fuerunt: Sic Damaſus Pontifex Roma-

nus infamatus de adulterio, coram XLII. Episcopis se purgauit, vt dicitur in dicto Canone nos si incompetenter, § penult.: Sic & Sixtus fecit cùm à quodam Basso iniustè persequeretur, vt habetur 2. quæst. 5. in Can. mandastis. Sic de Leone legitur eadem causa & quæstione in Can. auditum: Sic & Petrus Apostolus, vt Gratianus refert, 2. quæst. 7. in Can. Petrus. Sic & Gregorius, vt in Can. si quis super eadem causa & quæstione. Et rectè isti, & benefecerunt vt humilitatem ostenderent, qua nihil est in summo Pontifice splendidius, vt dicit textus Canonis dicti contra morem: & quia expedit quod à criminum suspicione liberetur, quando mala fama de Pontifice in lucem prodierit, ne infirmorum corda percutiantur, & Pōtificis ministerium, vituperetur vt legitur 2. quæst. 5. in Can. si mala fama. Et ad hoc plura iura Rom. adducit in Consi. 522. *Beatißimus*. Et ex isto secundo casu, Abb. infert in disputatione. Episcopus, & quidam Rector in solutione secundi dubii, quod à Papa appellari potest ad Concilium quando Papa consentit. Tertius casus est quando Papa confitetur peccata eius confessori, quia illi subiicitur, istos tres casus ponit glossa, in Can. nemo, 9. quæst. 3. Quartus est casus, quando esset schisma inter duo contendentes de Papatu, vt sentit glossa in Can. fin. 69. distinct. & notat Cardinalis in Consil. 150. *quæsitum sæpe fuit*, in 1. dubio. Abb. in cap. quia diligēti, & colu. 1. de elect. Et de istis casibus non agitur in casu proposito, ideo in his vlterius non insisto.

Est quintus casus in quo difficultas consistit, videlicet quādo Papa incorrigibilis sit in aliquo notorio

delicto, pro quo Ecclesia scandalizatur, & tali casu glossa in terminis in dicto Can. si Papa, tenet quod Papa accusari possit. Et de illa glossa maximum factum fuit fundamentum contra Eugenium IV. in Cōcilio Basiliensi: & illa glossa communiter tenetur per omnes, vt dicit. Abb. in cap. significasti de electione. Et in dicta disputatione Episcopus, & quidā Rector in fine secundi dubij, vbi inquit quod totus mundus approbat illam glossam, & idem Abb. in cap. proposuit colu. fin. de concess. præben. & in cap. cùm venissent, colum. 4. de iud. & illam glossam pluribus rationibus comprobat Rom. in consilio 523. *quæstio discutienda est*. Primò quod Papa, qui in notorio crimine persistit & non vult corrigi, incidit in suspicionem hæresis 38. distinct. in Can. fin. 81. distinct. in Can. si qui sunt, & in cap. final. de pœnis. Sed pro hæresi Papa accusari potest, dicto Can. si Papa: Ergo & pro tali crimine, & fuit ista ratio glossæ, in dicto Can. si Papa.

VI. Secundò, quia remouetur Episcopus ab Ecclesia particulari vt scandalum tollatur, vt notat Innocentius in cap. cùm pridem, de renunc. idem à fortiori videtur dicēdum in summo Pontifice, in quo est periculum vniuersalis Ecclesiæ. Tertiò per auctoritatē Euangelij, *si occulus tuus aut pes scandalizauerit te*, de quo textu eleganter loquitur in Can. illud sanè, 24. quæst. 3. *expedit enim vt vnus homo moriatur pro populo ne tota gens pereat:* Ergo Papa incorrigibilis moriatur ciuiliter, ne tota Ecclesia pereat: quia Papa positus ad gubernationem populorum non debet esse ruina illorum, vt textus dicit 11. quæst. 3. in Can. ita corporis: Nam tot mortibus dignus est, quot exempla perdi-

tionis ad populos suos transmittit, Can. præcipuè, 11. quæst. 3. Quartò quia Papa positus est vt vitia extirpet, excessus corrigat, & mores reformet, vt habetur in proœmio Clemen. vers. *quia etiã*: & ideo hac ratione Zacharias priuare potuit Childericũ Regem Frãciæ regno: quia ex suo regimine, vniuerso regno scandala imminebant, 15. quæst. 6. in Can. alius, cum glossa. Pari ratione Concilium potest Papam deponere, cùm super eo in tali casu habeat potestatem, vt latiùs Roman. concludit in consi. supra allegato, & hoc idẽ tenet Bald. in cap. olim, col. fin. circa finem in vers. *idem dicit*, de rescript. vbi refert Hugutionem in Can. si duo forte, 79. distinct. & post eum concludit, quod Papa potest remoueri propter notorium crimen & enorme. Et hoc comprobatur quia delictum notoriũ Papæ & Prælatorum, facile transit in exemplum subditorum, & scandalum generatur mentibus laicorũ dicentium, *vbi est Deus clericorum?* vt dicitur in cap. Magnæ, de voto. Vnde pro tali delicto scandaloso, videtur quod accusari possit: quia videmus, quod licet Papæ regulariter obediendum sit, etiamsi præceptũ graue & intolerabile videatur, 19. distinct. Can. in memoriam. & 100. dist. Can. contra moram, tamen vbi scandalum imminet, non est Papæ obediendum, vt notat Innocentius in cap. inquisitioni, de sentent. excomm. circa finem: vbi inquit non esse obediẽdum Papæ, quando ex tali præcepto præsumeretur status Ecclesiæ perturbari, vel fortè alia mala ventura esse, quia tunc obedientes peccant, cùm debeant futura mala præcauere & non iuuare, vt formaliter Innocentius ibi dicit, quem sequitur ibi Hostiensis & Io-

annes Andræas, Petrus de Perusio, Antonius de Butrio, & Abbas, & Cardinalis. in Consi.147. *videtur*, circa finem, & in Consi. 150. *quæsitum sæpe fuit*, in fine, Abb. in cap. si quando, de rescrip. in cap. cùm teneamur, de Præbend. Et propter hoc Abb. in dicto cap. inquisitioni, excusat Cardinales qui recesserant à Gregorio XII. ratione scandali quod imminebat, vt citati sub pœna excommunicationis non teneantur comparere. Ita ergo videtur in proposito dicendum, quod licet regulariter à nemine Papa debeat iudicari, tamen ista regula limitari debet, & non habere locum quando Papa in crimine scandaloso reperitur.

VII. Nam ratione scandali generaliter à communibus regulis receditur, vt ex pluribus probat Roman. in l. si vero §. de viro, in 7. fallentia ff. sol. matrim. facit textus in cap. cũ teneamur, de præbẽd. in cap. nihil cum scandalo, de præscript. & in cap. tua de Cle. ægro. & in cap. quia circa, de consang. & affinit. cum similibus, vt tradunt moderni in dicto cap. nihil, de præscript. Ad idem facit textus in Can. presbyteros, in Can. peruenit 95. distinct. in Can. de his verò 50. distinct. & 23. quæst. 3. Can. 1. §. 1. Et ideo benè consonat, quod si scandalum aliter remoueri non potest, quod Papa accusari possit.

VIII. Et videmus in iudicibus facientibus aliquid de facto extraiudicialiter, quibus de facto armata manu resisti potest, l. prohibitum Cod. de iure fisc. lib. 10. notat Innocentius, in cap. si quando, de officio deleg. Bart. in tractatu qui sint rebelles, in verbo *rebellando*, in principio: gloss. in l. non videtur §. qui

iussu

iuſſu, ff. de reg. iuris, Dinus in regula quod quis, de regul. iuris in v I. Bald. in l. vt vim in 7. quæſt. ff. de iuſt. & iure. in l. 1. in 12. quæſt. Cod. vnde vi. Cardinalis in Clement. 1. in fine, in verſiculo *9. quæro*, de celebr. Miſſa. Abb. in cap. Conquerente, in vltimo notab. de reſtit. ſpol. Alexand. in Conſil. 144. *poſt redditum primum* Con. col. 1. lib. 2. cum ſimilibus quæ nota ſunt. Ita ergo videtur dicendum in ſummo Pontifice, qui depræhenditur in notorio delicto, propter quod religio Chriſtiana ſcandalizaretur, vt illi poſſit & debeat reſiſti, ſaltem per iſtam viam iuris quod accuſari poſſit, vt ſcandalum pernicioſum quod imminet remoueatur.

.IX. Et ſi aliter diceretur, eſſet magnũ abſurdũ, quia eſſet in poteſtate Papæ ſuis malis moribus Eccleſiæ ſtatũ turbare, & Eccleſiam deſtruere ſi reſiſti ſibi nõ poſſet: quod nullo modo dicendum eſt per ſupra dicta. Nam iura quæ dicunt quod Papa non poteſt turbare ſtatum Eccleſiæ, vt per gloſſam 8. quæſt. 1. in Can. Apoſtolica, in Can. per principalem, 9. quæſt. 3. & in cap literas, de reſti. ſpol. in verbo *non poteſt*, cũ ſimilibus, quæ parũ operarentur ſi Papa non poſſet accuſari, & à Concilio iudicari: quia parum eſſet iura condere, niſi eſſent cõſtituti magiſtratus qui illa exequerentur l. 2. §. poſt originem, ff. de Origine iuris.

X Et hoc idem confirmatur, quia priuilegium illud datum ſummo Pontifici, vt ab alio iudicari non poſſit, non videtur habere locum in iſto caſu, in quo maximum detrimentum Eccleſiæ & fidelibus reſultaret. Arg. C. ſuggeſtum de deci. vbi priuilegium reſtringitur, vt non habeat locum quando ſcanda-

lum resultaret: facit textus in l. ex facto in principio ff. de vul. & pup. & ad idem facit quia in tali priuilegio mens & intentio concedentis attenditur, dicta l. ex facto. vbi Bald. in 3. notabili. & Innocentius in cap. cùm Ecclesiasticæ, de except. intentio autem concedentis non videtur fuisse quod voluerit priuilegiare personam Papæ, stante scandalo in præiudicium Ecclesiæ, *cùm ipsi Ecclesiæ plus tribuendum sit quàm personæ Papæ*, vt in simili dicitur, quod maior fauor præstatur loco, quàm personæ, in cap. ne aliqui, & glossa fin. de priuil. in vi. ad idem glossa in cap. fin. in verbo *dignitatibus*, de rescrip. in vi. in cap. ad nostram, in glos. i. in fine de confir. vtili. Et ita ex omnib. supradictis corroborata est conclusio glossæ, in dicto Can. si Papa, & plurimum etiam confirmabitur ex his quæ inferius dicam, respondendo ad allegata supra in contrarium.

xi. Et nobis sufficit quod opinio dictæ glossæ, communiter approbata sit à doctoribus iuris Canonici, vt ex supradictis colligitur. Nec curandum est quod Theologi aliter dicant, quia in ista materia magis standum est doctoribus Canonum, quàm Theologiæ Magistris, quia hîc non agitur de articulis fidei, sed de moribus & integritate vitæ, quo casu magis credendum est professoribus Canonum, prout est in Matrimonio, in Voto, in Decimis, in Vsuris, quia ista respiciunt moralẽ philosophiam, vt latè tradit Petrus de Ancharano, in disputatione incipiente, *Antiquis & modernis temporibus*, quẽ refert & sequitur Ioannes de Ana. in cap. in ciuitate, in 4. char. de Vsuris. Alexand. in consi. i. col. 6. lib. 2. Et ex his habetur respon-

ſio generalis ad omnia allegata ſupra in contrarium.

XII. Ad maiorem tamen declarationem ſpecialiter ad omnia reſpondetur. Primò, ergo non obſtat quod dicitur in Can. aliorum, 9. quæſt. 3. cum ſimilibus quæſtionibus allegatis in contrarium, quia procedunt regulariter, & talis regula limitatur non procedere in quibuſdam caſibus ſupra dictis, & præſertim in hæreſi per textũ in dicto Can. ſi Papa. Non obſtãt quædam iura, in quibus etiam de hæreſi Concilium noluit iudicare Symmachum Papam, nec Marcellinum, quia primo de Symmacho (ſecundum gloſſam ibi in verbo *immunis* dicto Canone Concilia, §. hinc etiam, in verb. Symmachus Papa) calumnioſè accuſatus fuit, & conſtabat Concilio de calumniâ, ideo abſolutus fuit: Et licet textus dicat *cauſa Symmachi Dei iudicio reſeruatur*, ita placuit pronunciare Concilio, quia non conſtabat de crimine, & de occultis Eccleſia non iudicat 32. quæſt. 5. in cano. final. 32. diſt. in Cano. erubeſcant & in 2. quæſt. 5. in Can. conſuluiſti. Si enim crimen hæreſis probatum fuiſſet, Concilium iudicare potuiſſet, vt probatur in dicto Can. ſi Papa. *Nam vana fuiſſet congregatio Concilij, ſi poteſtatem iudicandi non habuiſſet.* Secundo de Marcellino non fuit iudicatus vt hæreticus, quia paratus erat ſe corrigere, quo caſu non debet pro hæretico reputari, ſi Papa velit ſe corrigere, ſecundum gloſſ. in dicto Can. ſi Papa, in verbo *à fide*. Facit textus in cap. ad abolendam, de hæreti. 24. quæſt. 3. Can. dixit Apoſtolus. Et gloſſa. 2. in Can. nec licuit, 17. diſtinct. & gloſſa 3. 24. quæſt. 1. in Can. hæc eſt fides. Se-

cundò respondetur quod Marcellinus cōpulsus idolis sacrificauit, vnde per hoc non dicitur hæreticus licet peccauerit, vt dicitur de pœnit. distinct.1.in Can. potest fieri, in glossa 2. & idem glossa fin. 9. quæst. 3. in Can.non solum: Et in hæresi omnes ita tenent. Vnde non est in hoc laborandum. Non obstat quod dicit Hostiensis in dicto cap. proposuit, quod illa verba *dic Ecclesiæ*, intelliguntur in summo Pontifice de Ecclesia triumphanti, & non de Ecclesia militanti, quia illud verum est regulariter, sed fallit in quibusdam casibus supradictis, & presertim in hæresi, & crimine scandaloso. Et ita Abb. in terminis dicit in dicto cap. proposuit, colum. final. vbi inquit dictum Hostiensis procedere in delicto occulto, pro quo non scandalizatur Ecclesia: secus si notorium sit & scandalosum delictum, quia tunc tota regula Euangelica habet locum in summo Pontifice, cùm pro tali crimine accusari possit, vt voluit singulariter glossa in dicto Can. si Papa, 40. distinct. Et ad supradicta omnia etiam aliter & latè respondet Roman. in Consi. 523. supra allegato. Nō obstat successiuè quod contra illam tenent Theologi, quia nobis sufficit quod approbata sit per Magistros & Doctores Canonum, quorum auctoritas in casu isto præualet vt supra dictum fuit: Non obstat quod ratio glossæ, in dicto Can. si Papa, non videtur vera, quia in tali casu non dicitur propriè hæresis, & textus in dicto Can. si Papa, de hæresi propriè intelligitur, vt supra in contrarium latè dictum fuit.

XIII. Quia pro responsione & intellectu dictæ glossæ aduertendum est quod glossa ibi in dicto Can. si

Papa, ponit duos casus, in quibus Papa accusari potest. Primus est in hæresi, vt ibi expressè dicitur: Secundus est in alio delicto notorio & scandaloso, in quo Papa incorrigibilis sit: Illa enim incorrigibilitas seu contumacia dicitur hæresis secundum glossam ibi, & tali casu non requiritur quod sit hæresis propriè, quia tunc secundus casus reduceretur ad primũ de hæresi. Et non esset verum quod in duobus casibus Papa accusari possit, vt glossa ibi dicit, vnde sufficit quod in secundo casu, scilicet delicto notorio & scandaloso sit largo modo hæresis cum illa qualitate scandali. In hæresi vero propriè, etiam si delictum esset occultum Papa accusari potest, vt glossa ibi dicit, & ideo argumentum Theologorum factum supra in contrarium, non conuenit ad mentem & intentionem glossæ, si rectè consideretur. Et ita dixi dũ haberem sermonẽ de hac re cum alijs Doctoribus in hac causa requisitis. Et per hoc etiam respondetur ad aliud, quo dicebatur, quod Canon si Papa, intelligitur de hæresi propriè, quia illud verum est quando Papa deberet accusari de hæresi simpliciter, secus si agatur de crimine scandaloso, quia ratione scandali, Papa accusari potest, licet non sit propriè hæresis, secundũ glossam in dicto Can. si Papa, quæ communiter approbatur: Non obstat quod illa glossa non probatur iure, quia immò probatur ratione scandali, vt supra dictum fuit: Non obstat quod exceptio facta in Can. si Papa, de casu hæresis contra regulam quæ ibi ponitur, confirmare videtur regulam in casibus non exceptuatis, quia illud verum est in alijs casibus dissimilibus ab exceptuatis. Secus est in similibus

casibus, quia exceptio facta in vno ad similem casum porrigitur, vt notat Abb. per illum textum, in cap. cùm dilecta, de consit. vtil. vel inutil. & idem Abbas, in cap. iurauit, de probat. in cap. ad audientiam de Cleri. non residen. & notat Bald. per illum textum, in cap. post translationem, in verbo *quanquam*, de renunt. Et hoc etiam procedit si exceptio facta sit per dictionem taxatiuam tantùm, vt notat Bartol. in l. si constante in principio, ff. soluto matr. in l. 3, §. cum Titio, ff. de adimen. lega. Et tradit Angelus, in legẽ si hominem, §. in Ædilitijs ff. de Ædi. edict. in l. Paulus, §. hæres rogatus, ff. de vsuris; cum similibus, vt Alexand scribit in l. 1. Cod. de bonor. posses. contra tabul. & in dicta l. si constante, in 2. char. & in Consilio 130. *in causa*, col 3. lib. 4. & in proposito ratione scandali, casus videtur similis hæresi, secundum glossam in dicto Can. si Papa, quæ communiter approbatur, vt supra dictum est. Et ad hoc bene facit, quod notat Salicetus in l. de crimine, in 2. opposit. Cod. qui accu. vbi per illum textum dicit, quod licet aliquid specialiter exprimatur, non per hoc videtur derogatum aliis casibus qui alia via & alio modo includuntur.

XIV. Et facit etiam quod dici solet, quod licet exceptio firmet regulam, non tamen videtur illam ampliare, ad ea quæ aliàs sub regula non comprænendũtur, vt notat Bart. in l. generali, §. vxori ff. de vsufructu legat. Abbas in cap. in nostra, de sepul. cum similibus quæ nota sunt. Vlterius etiam considerandũ est quod textus in dicto Can. si Papa dum excipit casum hæresis, non videtur loqui de hæresi propriè, vt

ſupra dicebatur, cùm vtatur verbis generalibus, dum inquit, *niſi ſit à fide deuius*, iſta enim verba etiam in hæreſi largo modo verificari videntur.

xv. Et ideo videntur habere locum in Simoniaco & ſchiſmatico, quia largo modo dicuntur hæretici, vt ſupra dictũ eſt, & idem in ſimilibus caſibus, vt in Can. omnes 22. diſtinct. vbi in hæreſin labitur, qui priuilegia Romanæ Eccleſiæ auferre conatur: Ad idem facit textus in Can. ſi. 30. diſtinct. & 4. quæſtione 1. in Can. quod autem, 24. quæſt. 3. in Can. hæreſis, in cap. cùm contumacia, de hæretic. in vi. cùm ſimilib. Vltimò non obſtat, quod textus in dicto Can. ſi Papa, dum ponit regulam, quod Papa iudicari ab alio non poſſit, videtur etiam loqui in delicto ſcandaloſo, vt ſupra ponderatur, quia loquitur ille textus quando Papa erat in ſuis operibus negligens & remiſſus.

xvi. Et ſic in delicto in non faciendo, in quo minor eſt culpa quàm in faciendo, prout loquitur gloſſa in dicto Can. ſi Papa. argum. gloſſ. in l. ſi mora, ff. ſolut. matrim. Et ideo non valet argumentum in delicto quod fit in omittendo, ad id quod fit in committendo, vt notat Bart. in l. licet, §. fin. ff. de pecul. facit textus in l. Argentarius, §. cũ autem; & quod ibi Bald. ff. de edendo. Et ſatis eſt nobis, quod gloſſa iſta in dicto Can. ſi Papa communiter approbetur. Et ſic remotis omnibus allegatis, ſupra in contrarium firmata remanet Concluſio, *quod Papa accuſari poßit de notorio crimine in quo incorrigibilis ſit & Eccleſia ſcandalizatur*: Et ita primum dubium breuiter abſolutum ſit.

XVII. Venio ad ſecundum dubium, in quo quæritur, an Papa qui poſt eius creationem iurauit & vouit infra biennium celebrare Concilium, efficaciter obligetur, ita quod ſe abſoluere non poſſit. Et prima facie videretur dicendum quod ſeipſum abſoluere poſſit, vt in terminis voluit Petrus de Ancha. in cap. venerabilem, in fin. de elect. dicens, *quod ille qui non habet ſuperiorem poteſt ſeipſum abſoluere à iuramento.* Et Petrus de Anch. refert nouiſſimè & ſequitur Felinus in cap. 2. de ſponſ. col. 8. in verb. *tertia declaratio*, & in cap. 1. in 4. char. in verb. *ſexta declaratio*, de conſt. & ibi dicit, non obſtare ſi dicatur quod debet eſſe diſtinctio perſonarum inter abſoluentem & abſolutum, argum. cap. fin. de inſt. & in cap. per veſtras, de iure patron. quia ipſe reſpondet dupliciter: Primò, quod illa regula eſt de iure poſitiuo, cui Papa non ſubiicitur, cap. propoſuit, de conceſſ. præbend. Secundò, quod Papa poterit alteri ſuam abſolutionem committere, iuxta gloſſam, in cap. ſane. Clem. 1. de offic. delegat. & talis abſolutio non eſſet neceſſaria, ſi facta fuiſſet dicta promiſſio antequam ad Papatum promoueretur, quia non valuiſſet, vt notat Abb. in cap. ſicut noſtris, in 3. notabili de iureiurando, vbi inquit, quod ſi Cardinales ante creationem ſummi Pontificis aliqua ſtatuunt, & promittunt etiã cum iuramento illa obſeruare, ſi contingat aliquem ipſorum ad Papatum promoueri, tale iuramentum non valet per illum textum.

Sed breuiter his (vt infra apparebit) remotis, contrarium de iure in caſu propoſito concludendum eſt, videlicet quod ex tali promiſſione efficaciter Papa obligatur,

obligatur, nec se absoluere possit. Nam quod Papa tali casu obligetur, non videtur dubitandum, quia iuramentum & votum est de iure diuino, vt per glossam in cap. quanto, de iureiur. Cui Papa subiicitur: vt notatur in cap. quæ in Ecclesiarum, de constit. 17. quæst. 1. in Can. sunt quædam. Et hac ratione Papa, qui est Princeps, ex suo contractu astringitur, vt notatur in cap. 1. de probat. in cap. 1. de natura feud. vbi Bald. notat Cynus in l. digna vox, in versi. vltimo *scias*. Cod. de leg. cum similibus quæ nota sunt. Nam & Deus ipse, ex eius promissione obligaretur, vt notat Bald. in l. 1. in princip. ff. de pact. vbi Magistrum sententiarum ita dicentem refert. Et in terminis in casu nostro hoc specialiter tradit Antonius de Butr. in cap. 1. colu. 2. in ver. *ex quibus patet*, de constit. vbi refert casum qui fuit tempore Gregorij XII. Cùm enim de eius electione tractaretur in conclaui, ante Papatum & etiam post, promisit, iurauit, & vouit renunciare Papatui pro sedando schismate, quod xxx. annis durauerat: & eodem modo promisit non creare Cardinales, postea noluit implere quod promiserat, propter hoc quàmplures Cardinales ab eo de ciuitate Lucana recesserunt, & se Pisas contulerunt. Concludit Ant. de But. in dicto cap. 1. col. 2. in versi, *& sic Papa*, de constit. quod in tali casu Papa efficaciter obligatur, adeo quod seipsum absoluere nullo modo possit. Et idẽ tenet Imola ibi col. 3 quia debet esse distinctio personarum inter ipsum absoluentem & absolutum, arg. cap. fin. de insti. & ad hoc facit quia in facto proprio quis seipsum absoluere non potest, vt de voto notat Abbas

in cap. Magnæ, in principio de voto.

XVIII. Et quia hoc videtur duplex vinculum voti & iuramenti, quod potiùs ligat, cap. 1. de treug. & pace.

XIX. Et hoc bene facit, quia quando Princeps ex contractu obligatur, etiam de plenitudine potestatis contrauenire non potest, vt notanter dicit Paulus de Castro, in dicta lege digna vox, Cod. de legib. Et idem Bald. in cap. 1. §. ad hæc col. 5. in ver. *item notatur ex glossa de pace iuraméto firmata*: idem tenet Paulus de Castro in Consilio 420. *videtur in antiquis*. Et hoc idem in terminis huius quæstionis tradit Petrus de Anch. in Consil. 65. *pro declaratione dubiorum* colum. 2. Et quod dictum est Papam seipsum absoluere non posse, maximè haberet locum quando Papa iam in periuriũ incidisset, quo casu, quando quis incidit in periurium absolutio fieri non potest, vt notat Feder. in Consil. 300. *factum tale est*, *debitor*: & sequitur Abb. in cap. 1. col. penult. de iureiur. Anthon. de Butr. & Immol. in cap. debitores de iureiur. Roman. in Consil. 426. *in re presenti*, in prin. & idem Bald. in Authen. quod eis in fi. Cod. de nuptiis, in l. 1. in fi. Cod. si aduersus rem iudicatam.

XX Præterea dato, sine præiudicio veritatis, quod absolutio fieri possit à summo Pontifice absoluendo seipsum, hoc intelligitur cum causa: sine causa verò nullo modo fieri potest, vt de summo Pontifice in casu nostro notat, Abb. in dicto cap. 1. de constit. col. 3. & idem Abb. in cap. quanto, col. 4. in ver. *ex quo infero*, de iureiur. & in cap. proposuit, col 3. de concess. præben. Nam etiam alios sine causa Papa absol-

uere non poteſt,vt per gloſſ.in dicto cap. quanto. Talis enim abſolutio debet fieri cauſâ cognitâ, vt notat Innocent. in cap.ad aures,quod metus cauſa, Abb. in cap. 1. col.penult. de iureiur. Cauſa intelligitur quando iuramentum eſſet illicitum, vt notat Cardinal. in Clement. 1.§.final. in 17. quæſt. de iureiur. vbi allegat Innocent. in cap. debitores, eod. tit. de iureiurando, & idem tradit Paulus de Caſtro in Conſil. 216. *præſuppoſito ſine præiudicio*, col. 2. vbi inquit quod abſolutio à iuramento peti non poteſt, niſi quando iuramentum extortum fuiſſet dolo, vel metu, vel ſuper re illicita, puta ſuper vſuris: vt per Innocent. in cap. ſi verò, de iureiur. ſecus vbi licitum fuit iuramentum, quia debet efficaciter obſeruari: nec abſolutio peti poteſt, ſicut in cap. quamuis, de pact. in vı.& in cap. cùm contingat, de iureiur. & in ſimilibus caſibus, quia ſi licitum fuit iuramentum abſolutio fieri non poteſt, vt tenent Archid. Ioann. Andræas & Dominicus in dicto cap. quamuis: Angelus. in l. ſi quis pro eo in princip. ff. de fideiuſſo. Roma. in Conſil. 427. in caſu propoſito. in fin. Paulus de Caſtro in dicto Cõſil. 226. & in Auth. ſacramenta puberum col. 3. Cod. ſi aduerſ. vendi. Alex. in Conſil. 42. *ſuper præmiſſo* col. penult. lib. 1. & in Conſil. 51. *viſis*, lib. 3. cum ſimilibus quæ nota ſunt. Et ideo cùm in caſu noſtro licitũ fuerit iuramentum, vt Concilium fieret pro reformatione Eccleſiæ, Papa efficaciter debuit illud obſeruare, & nullomodo abſolui potuit. Et ita etiam dixi ſuperioribus diebus cũ ad lectionem meam acceſſiſſent reuerendiſſimi Cardinales Sanctæ Crucis & Coſſenſis. Non obſtant allegata ſupra in contrarium,

quia responsio colligitur ex supradictis, & etiam formaliter respondendo: non obstat dictum Petri de Anch. in dicto cap. venerabilem, quia non est verum saltem in casu nostro, & contrarium tenent Antonius de Butr. & Imola, in cap. 1. de consti.

XXI. Quia non videtur, quod quis seipsum absoluere possit, cap. fin. de institu. nec obstat quod illa regula sit de iure positiuo, quia imò videtur de iure naturali, quia sibi ipsi quis imperare nec se prohibere potest, l. penult. ff. de arbitris. Non obstat quod alteri Papa absolutionem committere possit, quia ille alius faceret nomine Papæ, & sic videretur ipse Papa facere per alium, vt Abbas declarat in cap. fin. de instit. Præterea & secundo dato, quod Papa seipsũ posset absoluere, hoc esset intelligendum in his in quibus habet potestatem absoluendi: secus videtur in his quæ sunt de iure naturali, vel diuino, vel ex cõtractib. in quibus efficaciter obligatur, vt supra dictum est. Vel tertiò concludenter respondetur, quod dictum Petri de Anch. habet locum, prout etiam ipse loquitur, quando subesset iusta causa absoluendi, sed nulla causa subsistente, absolutio nullo modo fieri potest per supradicta. Et ista est clara responsio quæ de plano & indubitanter procedit. Non obstat quod notat Abb. in dicto cap. sicut nostris, quia in casu nostro nihil facit: nam ibi Abb. loquitur quando fuit facta promissio in conclaui ante electionem Pontificis, sed in casu proposito fuit facta promissio à summo Pontifice, post eius promotionẽ. Præterea Abb. ibi loquitur quando promissio facta erat in præiudicium dignitatis Pontificalis, quod nõ est in casu isto,

in quo promiſſio reſpicit honorem & dignitatem Eccleſiæ vniuerſalis, vt Concilium congregetur pro reformatione Eccleſiæ, & cultus diuini, qui debet augeri, cap. ex parte de conſti. cap. vaſa, de conſec. diſt. 1. & ibi gloſſa & fauor Eccleſiæ reſpicit vtilitatem publicam, vt notatur per gloſſ. 24. quæſt. 4. in Can. quid ergo: facit textus in l. 1. §. huius ſtudij, ff. de iuſt. & iur. & ex his ſatisfactum ſit ſecundo dubio: & *Concluſio eſt, quod Papa ex tali promißione efficaciter obligetur, & non poßit aliquo modo abſolui, & quod ad obſeruationem iuramenti & promiſsionis aſtringi poſſit.*

XXII. Accedo ad tertium dubium, in quo breuiter & concluſiuè reſpondetur, quod licet regulariter Concilium generale Papam iudicare non poſſit, vt notatur per gloſſam in Can. nemo, 9. quæſt. 3. & in Can. mandaſtis, 2. quæſt. 5. Tamen in caſibus ſpecialibus, in quibus ſupra dictum eſt quod Papa accuſari & conueniri poteſt, dicendum eſt & concludendum, quod Concilium generale ſit iudex: hoc expreſſè omnes dicunt in cauſa hæreſis & fidei, gloſſa & Domin. in Can. Anaſtaſius 19. diſtinct. Archidi. & Dominic. in cap. Dei fauorem. de hæret. in VI. Abb. in cap. propoſuit, de conceſſ. præbend. colum. penult. in cap. ſignificaſti, in 7. dub. de elect. & in cap. fraternitatis in princ. de hære. Archiep. Florentinus in tit. 23. cap. 2. §. 6. in 3. parte eius ſummæ, Cardin. in Conſil. 150. *quæſitum ſæpe fuit*, in 4. dub. Et tali caſu conſiderandum eſt, quia non eſt ſpeciale quod concilium ſit iudex contra Papam in cauſa hæreſis. Licet enim ſit ſpeciale quod Papa in cauſa hæreſis iu-

dicari possit, dicto Can. si Papa, 40. distinct. hoc posito videtur quod de iure communi Cõcilium sit iudex in tali casu: quia parum esset iura condere, nisi essent Magistratus qui illa exequerentur. l. 2. §. post originem ff. de orig. iuris: ideo statim quod statutum specialiter fuit, quod Papa in causa hæresis iudicari possit, videtur quod ordinario iure ab ipso Concilio iudicari debeat. Et ideo pari ratione videtur, quod etiam in omnibus casibus specialibus, in quibus Papa iudicari potest, quod Concilium generale sit iudex. Et ad hoc facit quod notat Card. in dicto Consilio 150. in primo dubio: & quod in crimine notorio & scãdaloso Papa à Concilio iudicari possit, latè probat Roma. in Consil. 523 *quæstio discutienda*, per totum: & idem Abbas dicit in cap. proposuit, de concess. præbend. col. fin. & Doctores omnes in locis supra allegatis in primo dubio, qui tenent quod Papa iudicari possit, intelligunt à Concilio: & faciunt istam consequentiam, quod si Papa iudicari potest, quod Concilium sit iudex. Et ideo in hoc non videtur laborandũ, & in ista conclusione residet Card. Alexandrinus in Can. Synodum col. 2. 17. distinct. & ita breuiter tertium dubiũ expeditũ sit, quod satis cum primo coniunctum videtur, vt supradictum est.

XXIII. Vltimò superest quartum dubium, præsupposito quod Concilium generale sit iudex in casibus specialiter supradictis. Quæritur de modo congregandi Concilium, & ad hoc etiam paucis respondetur, quod licet congregatio Concilij generalis regulariter debeat fieri à summo Pontifice, 3. distinct. §. porro, & in Can. 1. & per totum 17. dist. tamen

quando Papa ipſe accuſari & iudicari debet, auctoritas Papæ in cauſa eius propria non requiritur, vt decidit Baldus in cap. olim, circa finem, in verbo *idem ait*, de reſcrip. & tali caſu congregatio Concilij ſpectat ad Cardinales, & ſufficit maior pars præſentium, & non habet locum quod dicitur in cap. licet de elect. & idem Bald. dicit in dicto Can. olim col. pen. & quod dictum eſt de Cardinalib. idem ſequitur Card. in Conſil. 150. ſupra allegato, in 3. dubio: & idem concordat Archiep. Florent. in tertia parte ſuæ ſummæ in tit. 23. cap. 2. §. 7. & cum prædictis concordat Abb. in cap. licet, col. 3. de elect. in ver. *quis autem*, vbi ad hoc allegat Huguti. in Can. ſi duo forte, 79. diſt, & dicit Abbas, ibi hoc practicatum fuiſſe Piſis: vbi Cardinales congregati ſcripſerunt ad Principes & Prælatos. Et ſi Cardinales non concordarent in congregando Concilium: ad Imperatorem ſpectaret talis congregatio Concilij, vt Cardin. concludit in dicto conſil. 150. in quarto dubio, vbi inducit textum in can. fin 65. diſtinct. & hoc latiùs proſequitur Cardin. in conſilio præallegato, & Archiep. Flor. in 3. parte tit. 23. cap 2. § 7. ſupra allegato. & in hoc quia per alios plenè ſcriptum eſt, vlterius non inſiſto.

XXIV Vlterius tamen inſiſtendum eſt quia reuocatur in dubium & quæritur, An minor pars Cardinalium, pro congregatione Concilij generalis maiorem partem requirere poſſit: & prima facie videbatur dicendum quod non, quia licet in caſu ſupradicto talis congregatio ſpectaret ad Cardinales, vt ſupradictũ fuit, videtur illis cõpetere vti Collegio, & non vti

ſingulis, vt Bald. dicit in cap. olim, col. pen. de reſcript. & ideo maior pars ipſorum requiritur, vt etiã Bald. expreſſè dicit, in dicto cap. olim, col. pen. allegat. l. quod maior ff. ad munic. & ſubiicit, quod maior pars præſentium requiritur, dum modo duæ partes præſentes ſint, l. nulli ff. quod cuiuſque vni: Et hoc videtur procedere ſecundum regulam, quæ eſt quod in actibus Collegij, maior pars attenditur: vt per gloſſam in cap. cùm omnes de conſtit. in verbo tracta. de reb. Eccl. non alien. in vi. cum ſimil. ergo nullo modo videtur quod minor pars alios poſſit requirere: & hoc idem videtur velle Cardin. in conſil. 150. ſupra allegato, vbi in 3. & 4. dubio concludit, quod ſi Collegium Cardinalium, ad quod pertinet congregatio Concilij, ſit diuiſum, & non concordet in tali conuocatione, ad Imperatorem talis poteſtas deuoluitur. Ergo videtur, quod vna pars Cardinalium hoc facere non poſſit, ſaltem ſi ſit minor pars. Et eſt communis concluſio, quod in actibus Vniuerſitatis vel Collegij debeant duæ partes intereſſe, & maior pars illorum ſufficit, & ita intelligitur l. quod maior, vt Abb. concludit in cap. cùm omnes de cõſt. & in cap. 1. circa fin. de his quæ fiunt à maio. parte Capituli, notat Barto. in dicta lege quod maior, cum ſimilib. quæ nota ſunt. Non obſtat quod minor pars totam poteſtatem conſequatur propter aliorum cõtumaciam, vt notat Abb. in dicto cap. cùm omnes, & in cap. in cauſis. in vlt. notabili de elect. & in cap. cum nobis. col. penult. eod. tit. & idem tradit Bald. in l. 1. col. fin. Cod. quando non pe. par. quia hoc haberet locum quando illi de Collegio vel Vniuerſitate citati

cati & requisiti fuissent à superiore, qui haberet potestatem citandi, prout loquuntur Doctores in locis præallegatis. Secus quando Collegium vel Vniuersitas per seipsam absque superiore debet congregari, quia tunc præcisè duæ partes requiruntur, vt notanter Abbas dicit in dicto cap. in causis: & ideo, cùm in isto casu Collegium Cardinalium debeat absque superiore congregari, videtur quod duæ partes omnino debeant interesse, vt Abb. specialiter dicit in dicto cap. in causis. Similiter, non obstat quod minor pars instante termino intra quem actus vtilis vel necessarius debet expediri, potest maiorem partem cõuocare, & in eius negligentiam actum expedire, vt notat Anton. de Butrio & Abb. post Ioannem Andream in cap. cum nobis, col. penult. & fin. de elect. & Petrus de Anchor. in cap. 1. de const. in chart. 15. ver. *videndum restat*: quia responderi potest quod in casu isto non instat terminus congregandi Concilium ipsis Cardinalibus: licet enim summo Pontifici esset præfixum tempus biennij, & illud elapsum sit, tamen ipsis reuerendissimis Cardinalibus, ad quos potestas congregandi Concilium deuoluitur, non est statutum tempus infra quod hoc facere debeant. Et si dicatur, cùm Domini Cardinales in casu videantur supplere negligentiam Papæ, tempus duorum annorum statutum Papæ, videtur repetitũ illis qui habent negligentiam supplere. cap. licet, de suppl. neglig. Prælat. cap. 2. de conceff. præben. facit textus in l. si iudex, ff. de iudi. Respondetur, quod ex quo etiam tempus aliorum duorum annorum decursum fuit, ad Imperatorem vel alios talis potestas

deuoluta videtur: ita quod etiam omnes Cardinales non haberent vlterius potestatem, & ita prima consideratione dicendum videbatur.

xxv. Sed predictis non obstantibus, saltem in casu proposito contrarium de iure suaderi posse hoc modo videtur, quia vt supra dictum est, cùm in isto casu agatur de interesse Papæ in congregatione Cõcilij, auctoritas eius non requiritur. vt Bald. expressè dicit in dicto cap. olim de rescript. vt supra dictum est. Cùm non sit verisimile quod ipse velit consentire, ex quo contra eum congregatur, vt dicit Cardin. Alexand. in Can. Synodum 17. distinct. & videmus in simili, quod licet aliquo casu consensus Prælati requiratur, cap. causam quæ de iudi. tamen si agatur contra Prælatum, eius consensus non requiritur, vt Doctores tradunt in cap. edoceri, de rescrip. & notatur per glossam 2. quæst. 7. in cap. cum Pastoris, & facit glossa magna, in fine, in l. cùm non solum. Cod. de bon. quæ libe. Modo sic quod dicitur de summo Pontifice, idem dicendum videtur de Cardinalibus, qui sunt apud eum vel Romæ, qui nutu ipsius Papæ mouentur, quia quando caput suspectum est, etiam alij qui verisimiliter caput sequuntur suspecti sunt, & de illis idem quod de capite iudicatur, vt notat Vincent. quem Abb. post alios refert, & sequitur in cap. 1. de iud. & idem notat Bald. in l. 1. col. 1. Cod. si Rector. prouin. & facit textus in cap. accedens elec. 1. & quod ibi Abb. vt lite non contesta. vnde de talibus Cardinalibus idem dicendum est quod de summo Pontifice, isti enim adhærentes sunt summo Pontifici, & de adhærentibus idem iudicatur quod de

principali. cap. ad Apostolicæ, de re iudicat. in VI. nota cap. 1. de postu. prælato. & in l. quæ religiosis, vbi Angelus in principio ff. de rei vend. Sicut ergo in tali congregatione Concilij Papa ipse, contra quem debet Concilium congregari, excluditur, ita Cardinales qui cum eo sunt excludi videntur, & potestas congregandi Concilium, quæ ad Cardinales deuoluitur, intelligitur de Cardinalibus qui non adhærent summo Pontifici, quibus ista facultas competere videtur.

XXVI. Secundò principaliter hæc conclusio sic deducitur. Quia ego video quod vbi agitur de interesse Ecclesiæ particularis si prælatus negligens sit, potestas agendi ad Capitulum deuoluitur, & Capitulo etiam negligente, deuoluitur ad particulares Canonicos Ecclesiæ, vt notat Abb. in cap. cùm olim col. 4. de test. vbi ad hoc allegat Innocen. in cap. dilecti de maior & obed. & idem Abb. in dicto cap. dilecti, col. 3. post. Hostiensem & alios, & idem tenent Anton. de But. Card. & Imola in dicto cap. cùm olim, Lapus in allegatione 51. *dicebatur in effectu*, in princip. & ad hoc facit quod notatur per gloss. in cap. vt circa, in princip. in verbo *aliqui*, de elect. in VI. & quod habetur in cap. si quis Presbyterorum, de reb. Eccles. non alien. 12. quæst. 2. Can. non liceat: & per glossam in Can. constitutum in glossa penult. 16. quæst. 1. & in Can. si sacerdotes, in verbo *moriendo*, 16. quæst. 3. & in cap. quia contingit, in verbo *indebitè*, de religios. dom. cum simil. & tali casu de negligentia Prælati & Capituli constare dicitur, si quã primũ potuerunt nõ sunt persecuti iura Ecclesię vt notat

Anton. de Butr. Abb. & Imola post Innocent. in dicto cap. cùm olim, de testib. Et idem concludit Lapus, in allegatione 51. supra allegata, & secundum eos, alia monitio non requiritur: quod maxime haberet locum si factum esset notorium, vt notatur per glossam in Clem. quia contingit, de religios. dom. in verbo *negligentia*, vt probatur in cap. Romana, §. notoria de censi in vi. & tradunt Arc. & Mode. in dicto cap. cùm olim, & ista ad casum nostrum optimè applicari potest, vbi agitur de interesse vniuersalis Ecclesiæ, & maiori periculo, & ideo cautius agendum est. Cap. vbi periculum de elec. in vi. & textus in cap. bonæ elect. 1. de postul. Præla. vide Paulum de Castro consil. 419. *viso puncto*, col. 2. in antiquis secundum nouam formam, & consil. seq. vbi plura dicit quæ ad propositum conferunt. Et concludendum videtur, quod pro interesse vniuersalis Ecclesiæ Reuerendissimi Domini Cardinales existentes in regali Dominio, etiam ipsi particulares, & singuli instare possint pro vniuersali Concilio, propter negligentiam Papæ, & Collegij Cardinalium: nam negligentia Papæ constat per lapsum biennij, infra quod Papa promiserat Concilium congregare, quia vbi appositum est tempus, alia monitio non requiritur ad probandum negligentiam, vt notat Baldus in l. 2. Cod. de spon. & Petrus de Anch. in consil. 64. *pro clariori decisione*, circa finem, Dom. in cap. licet Canon, §. 1. per illum textum de ele. in vi. & de summo Pontifice in casu isto, non est curandum, quia cùm Concilium principaliter contra ipsum debeat congregari, eius auctoritas non requiritur, vt supradictum fuit:

&ideo tali casu Congregatio Concilij Cardinalibus incumbit: vt etiam supra dictum est, & licet videatur hoc competere Cardinalibus vti Collegio, tamé quia Collegium deprehenditur in negligentia, hæc prouincia ad Cardinales particulares deferri videtur, vt supra dixi in Ecclesia particulari, vt Doctores omnes tenent in dicto cap. cùm olim, de test. & in cap. dilecti, de maio. & obed. Non obstat quod non videtur apparere de negligentia Collegij Cardinalium, quia ad probandum negligentiam in facto negatiuo, de quo agitur, monitio requiritur, vt est auctor Innocent. in cap extirpandæ, de præben. quem Doctores communiter sequuntur, & notat Bald. in Aut. hoc amplius, col. 4. Cod. de fidei commiss. Bald. & Imola, in l. si mora, ff. sol. mat. cum simil. vt tradit Alex. in l. ita stipulatus, col. 5. de verborum oblig. quia ad hoc respondetur, quod illa doctrina non habet locum in casu nostro, vt in terminis dicunt Anton. de Butr. Abb. & Imol. post Innocent. in dicto cap. cum olim, & concludunt, quod absque alia monitione, negligentia prælati & capituli probatur, si quamprimum potuerunt non sunt iura Ecclesiæ prosecuti: & idem tenet Lapus in dicta allegat. 51. vt etiam supra dictum est. Et ideo dictum Innocentij videtur procedere prout loquitur, quando agitur quod quis incurrat aliquam pœnam extrinsecam: Secus vbi agitur de negligentia, quæ aliter non punitur, prout Doctores loquũtur in dicto cap. cum olim, & ita dicit Felinus in cap. si autem, col. 3. de rescrip. Vel secundo responderi potest, quod in casu isto agitur de facto notorio vbi monitio non est necessaria, vt supra

dixi allegando glossam in dicta Clem. quia contingit, & text. in cap. 1. §. notorio, de censi. in VI.

XXVII. Tertiò principaliter hoc idem comprobatur, quia propter scandalum quod imminet, Ecclesia vniuersalis opprimi videtur, & vt talis oppressio remoueatur Concilium generale debet congregari, & in hoc videtur tractari de defensione Ecclesiæ vniuersalis, vnde sicut vbi agitur de defensione particularis Ecclesiæ admittuntur Canonici particulares, etiamsi essent excommunicati vel periuri, vt est textus in cap. dilecti, de excess. & glossa ibi, in verbo *interlocuti*, & notatur per glossam in cap. cùm Ecclesiasticæ de excess. & dicit Abb. post Hostiensem in dicto cap. dilecti, col. 2. quod vbi agitur de repellendo malo Prælato, dicitur defensio necessaria, ideò etiam excommunicatus admittitur, & facit glossa in dicto cap. vt circa in princip. de elect. in VI. in verbo *aliqui*, cum similib. supra allegatis: ita videtur quod pro defensione vniuersalis Ecclesiæ, Cardinales singulares debeant admitti, & ex omnibus supradictis conclusio videtur.

XXVIII. Quod reuerendissimi Domini Cardinales, qui in Regali dominio reperiuntur, conuocare possunt Concilium generale nomine Collegij Cardinalium, quia totũ ius Collegij in ipsis residere videtur, ex quo alij adhærentes Papæ simul cum Papa in casu isto excluduntur. Nam ius Collegij, etiam in vno solo conseruari & residere potest, l. sicut §. final. ff. quod cuiusque vniuers. Et ideo vnus solus qui remanet de Capitulo, Prælatum eligere potest, vt per gloss. & Doctores in cap. gratum, de postul. præla-

to. & in vno ſolo Cardinali ius Collegij reſidere poteſt, & ipſe poterit Papam eligere, vt notatur per gloſſam, & ibi Abbas in Clem. ne Romani, §. porrò, in verbo *omnes*, de elect. & non ſolum nomine Collegij, ſed etiam vti ſingulares propter negligentiam Papæ & Collegij debent admitti pro intereſſe vniuerſalis Eccleſiæ, vt ſupradictum eſt, & ex his iuſtificatur & comprobatur quod in propoſito notare voluit Petrus de Monte in libello de poteſtate Papæ, colum. 16. in verſ. 6. *quæro*, prout illum refert fidelis recitator Felinus in cap. ſuper literis, in 5. charta, verſ. *an ſua ſit iuriſdictio*, de reſcrip. vbi inquit quod in congregatione Concilij generalis minor pars eorum qui debent intereſſe, poteſt citare maiorem partem, vel melius dicamus, *quod minor pars eorum qui in generali Concilio intereſſe debent, poteſt requirere maiorem partem, quia citatio eſt actus ſuperioris, requiſitio vero etiam inter pares fieri poteſt*, vt notat Innocent. in cap. cum nobis. col. fin. de elect. & ibi Anton. de Butr. in col. penult. verſ. *venio ad ſecundum*, & Abb. in fi. col. & ſi alij requiſiti non venerint, illa minor pars poteſt pronunciare ſe conſtituere Concilium generale, & apud eos eſſe totam iuriſdictionem Concilij, vt Petrus de Monte concludit in loco præallegato: nam tali caſu, cùm Cardinales etiam particulares agere poſſint pro intereſſe vniuerſalis Eccleſiæ, & defenſionem vniuerſalis Eccleſiæ ſuſcipere vt ſupradictum eſt, & hoc debeat fieri apud Concilium (cùm alius non ſit iudex per ſupradicta) videtur quod alij requiſiti qui debent in Concilio generali intereſſe, teneantur comparere pro intereſſe

vniuersalis Ecclesiæ. Et hoc clarum est si nomine Collegij Cardinalium requisitio facta sit, stante quod ius Collegij in dictis Cardinalibus resideret, vt supra dixi. Tali enim casu omnes qui debent in Concilio interesse citari possunt, & non venientes excluduntur propter eorum contumaciam: & ius totum Concilij in præsentibus resideret: quia citatio fuit facta per superiorem, id est per Collegium Cardinalium, cui hoc ius congregandi Concilium incumbit, vt supra dictum est, per ea quæ notat Abb. in dicto cap. cum nobis. In cap. in causis, de elec. cum similib. supra allegatis. Et idem tamen videtur dicendum, si reuerendissimi Cardinales, suo nomine particulari instarent pro interesse Ecclesiæ vniuersalis, vt supra dictum est: quia, qua ratione propter interesse vniuersalis Ecclesiæ, ipsi etiam particulariter petere possunt vt Concilium congregetur (cùm alius non sit iudex) pari ratione, alij qui interesse debent in Concilio requisiti, propter hoc debent venire, pro ipso interesse vniuersalis Ecclesiæ: aliàs propter eorum negligentiam, potestas totius Concilij videtur in præsentibus tantùm residere, prout dicit Petrus de Monte in loco supra allegato: & hoc etiam declarabitur respondendo ad allegata supra in contrarium. Non obstat ergo dum supra primò dicitur, quod potestas congregandi Concilium videtur competere Collegio Cardinalium, quia dato quod verum sit Collegium, videtur residere in istis: quia alij excluduntur simul cum summo Pontifice in isto casu per supradicta. Secundò reresponderur, quod etiã dictis Cardinalibus (vti singulis) videtur hoc competere propter interesse vniuersalis

uerſalis Eccleſiæ , vt ſupradictum fuit. Non obſtat quod ſi Collegium Cardinalium diuiſum ſit quod ad Imperatorem ſpectat Congregatio Concilij, vt Cardin. dicit in dicto conſilio 150. quia in caſu noſtro nō videtur diuiſum, ex quo ius Collegij reſidet in illis qui à ſummo Pontifice receſſerunt , vt ſupra dictum eſt. Vel ſecundò, dictum Cardinalis intelligitur, niſi aliqui particulares Cardinales hanc prouinciam ſuſciperent, quia poſſunt per ea quæ ſupra dicta ſunt. Et per hoc tollitur quod in contrarium dicitur de duabus partibus quæ requiruntur in actibus Collegij, quia hoc etiam à particularibus poteſt expediri, propter aliorum negligentiam, propter quam etiam ius Collegij, vel vniuerſitatis videtur reſidere in minori parte, vt ſupra dictum eſt. Non obſtat quod maior pars non poteſt dici contumax cùm non ſit citata per ſuperiorem, quia ſufficit quod ſit requiſita. Et inſtante de præſenti intereſſe vniuerſalis Eccleſiæ debuit comparere, aliter negligens videtur, & ad præſentes videtur tota poteſtas pertinere, ſicut ſupra dixi de Prælato negligente proſequi iura Eccleſiæ, poteſtas defertur ad Capitulum: & Capitulo negligente, deuoluitur poteſtas ad particulares Canonicos Eccleſiæ: & negligentia Prælati, & Capituli deprædenditur, ſi quàmprimum poſſunt non ſequuntur iura Eccleſiæ: ita videtur in propoſito, quod poteſtas remaneat penes minorem ex quo maior pars requiſita nō venit, & non procurat intereſſe Eccleſiæ cùm poſſit, & maxime in caſu notorio, prout ſupradictum fuit: & quia videtur minor tranſgreſſio de vna parte vniuerſitatis ad aliam, quàm de Prælato vel Capitulo ad

particulares: quia in habentibus similitudinem facilior est transitus, §. item per acceptilationem instit. quibus modis tolat. obli. l. in rem. § item quæcunque, ff. de rei vend. cap. cùm ab Apostolica, de his quæ fiunt à Prælatis. Vltimò non obstat quod Collegio Cardinalium nec ipsis reuerendissimis Cardinalibus non sit præfixus terminus congregandi Concilium, vt supra dicebatur, quia stante interesse Ecclesiæ alius terminus non requiritur, & eo ipso quod nõ prouident, vt consulatur Ecclesiæ cùm possint, dicũtur esse in negligentia vt Doctores dicunt in dicto cap. cùm olim, de testi. & supra declaratum fuit. Non obstat, quod in casu isto Reuerendissimi Cardinales videntur habuisse terminum biennij in supplendo negligentiam Papæ, vt supra dicebatur. Et illud tempus videtur etiam elapsum, quia responderi potest, quod dum essent Reuerendissimi Cardinales penes summum Pontificem, non potuerunt talem congregationem, facere ideo ipsis impeditis tempus nõ currit cap. quia diuersitatem, de concess. præbend. Præterea non agitur hic de supplendo negligentiam Papæ, quia ex alio capite talis potestas congregandi Cõcilium ipsis reuerendissimis Cardinalibus immediatè conceditur: quia cùm sit Concilium congregandum contra ipsum summum Pontificem eius auctoritas non requiritur, vt supra dictum est: & si hactenus hoc non fecerunt excusati fuerunt, quia erant apud ipsum Pontificem, & hoc facere nõ potuerunt, Cardinal. dicto cap. quia diuersitatem. Et ita remotis omnibus allegatis supra in contrarium firmata remanet talis conclusio, quæ ad practicam, hoc modo re-

duci poteſt.

Quod Reuerendiſſimi Cardinales congregentur in loco idoneo, pro Concilio prout eis videbitur, & ibi congregati (promouentibus ſereniſſimo Imperatore & Chriſtianiſſima Regia Maieſtate) ipſi nomine Collegij Cardinalium, quod in eis repreſentatur, & etiam nomine ipſorũ particulariter omni meliori modo &c. faciant requirere omnes qui in Concilio generali intereſſe debent, vt veniant ad congregationem Concilij pro maximo & euidenti intereſſe Vniuerſalis Eccleſiæ & totius Religionis Chriſtianæ: quibus non venientibus, eorum negligentia depræhenditur, propter quam totum ius Concilij generalis reſidebit in præſentibus: & ipſi pronunciabunt ſe in effectu conſtituere Cõcilium generale, & apud eos eſſe totam Iuriſdictionem Concilij generalis, vt concludit Petrus de Monte in loco ſupra allegato, cuius deciſio prima facie videbatur non eſſe ſecundum regulas iuris communis: ſed tamen ex his quæ ſupra dixi iuſtificari videtur. *Laus Deo.*

PHILIPPVS DECIVS PAPIÆ.



SERMO DE EADEM MATERIA, EDITVS PER EXCELLENTISSIMVM VTRIVSQVE IVRIS DOCTOREM PHILLIPVM Decium siue de Dexio, Mediolanensem, pro iustificatione Concilij Pisani, nunc Mediolani residentis.

SVMMARIVM.

I. *NON esse iudicandum de actionibus, priusquam causæ illarum cognitæ fuerint.*

II. *Omnium hominum atque ipsius Iulij II. confeßione, Ecclesia reformatione in capite & in membris indigebat.*

III. *Concilijs tantùm generalibus Ecclesia reformari potest.*

IIII. *An Concilium Pisis indictum sit legitimum.*

V. *Congregatio Concilij generalis regulariter spectat ad summum Pontificem, tamen duabus de causis Concilium sine consensu Papæ congregari potest.*

VI. *Vbi caput suspectum est, etiam alij qui caput sequuntur suspecti sunt, proinde duo aut tres Cardinales Concilium conuocare potuerunt.*

VII. *Vbi agitur de interesse Ecclesiæ particularis, si*

prælatus fuerit negligens, potestas agendi ad capitulum deuoluitur.

VIII. *Responsio ad obiectiones bullæ Iulij II. contra Concilij Pisani conuocationem.*

IX. *Papa correctioni fraternæ subiicitur.*

X. *Cardinalibus, vt se contra Iulij violentiam defenderent, præsidio armato vti licuit.*

XI. *Falsò Pisani Cardinales crimine falsi accusantur à Iulio* II.

XII. *Excusationes quibus Iulius II. persuadere vult se non fuisse obligatum ad Concilij conuocationem.*

XIII. *Concilium Lateranense, haberi non potuit Romæ, propter violentiam* Iulij II. *à quo ratio villicationis suæ, tutò & liberè exigi non poterat.*

I. 

NTEQVAM perscruteris, non reprehendas, intellige prius, & tunc increpa. Verba sunt Salomonis, Damaso Papa referente in Can. eorum 11. quæst. 3. In labyrinthum enim erroris incidit qui prius iudicat quàm intelligat: vt legitur in Canon. sciendum, 29. distin. & tale iudicium temerarium est quod non nocet illi de quo temerè iudicatur, sed ei qui iudicat, Canon. temerarium 11. quæstio 3. nam cogitare & meditari quis debet quid loquatur, 50. distin. Can. ponderet in princip. Virtus lenta est, & omnia percunctatur, iniquitas autem omnia præcipitat, de pœnit. distinct. 3. Canon. inter hæc hir-

cum. Non ſum neſcius Reuerendiſſimi Patres & ſupremi gradus Antiſtites, quam plurimos admirari quod à Reuerendiſſimis paternitatibus veſtris Concilium Piſis indictum fuerit, & quidem à minori parte Cardinalium, cùm talis facultas prius ſummo Pontifici competere videatur, & eo negligente ad Collegium Cardinalium deferatur. Sed illos rogatos quamplurimum eſſe velim, ne quod maturè & legitimè factum fuit prius damnent & iudicent, quam ſingula recte intelligant, quia ex infra dicendis liquido apparebit Cōcilium iuridicè & legitimè Piſis indictum fuiſſe, ad cuius rei euidentem demonſtrationem ſic proceditur.

11. Conſtat enim & omnibus exploratum eſt, Eccleſiam vniuerſalem, quæ congregatio fidelium dicitur, Canon. Eccleſia de conſec. diſtinct. 1. indigere reformatione in capite & in membris: nam primo de capite, Leo Papa ſanctiſſimus ſcribit, *totius familiæ Domini ſtatus & ordo nutabit ſi quod requiritur in corpore non inueniatur in capite*, Can. miramur 61. diſtinct. ipſe enim ſummus Pontifex maiorem zelum in cultu Dei habere debet, quam alij Chriſtiani, vt dicitur in Canon. officij 24. quæſtio. prima & capite langueſcente cætera corporis membra inficiuntur 6. quæſt. 1. Can. ex merito, & in Canon. ſunt plurimi §. verum, eadem cauſa & quæſtione. Secundò idem de membris dicendum eſt, non ſolum enim Epiſcopi & Preſbyteri, ſed omnes Clerici & omnes qui domui Dei deſeruiunt, magnopere præuidere debent, vt totum populum ſermone, conuerſatione, & operibus præcedant, quia

vehementer Ecclesiam Dei destruit, meliores esse laicos quàm clericos Canon. qualis 8. quæst. 1. vita enim Pastoris debet esse exemplar subditis. 2. quæstio 7. Canon. cum pastoris, & non sufficit quod Prælati æqualem vitam cum subditis ducant, Canon. final. 8. quæstio prima & Prælatus vilissimus reputatur, nisi sicut honore præstantior est ita scientia & sanctitate præcellat, Canon. vilissimus 1. quæstio 1. Delicta namque prælatorum facilè transeunt in exemplum subditorum: & scandalum generatur mentibus laicorum, dicentium vbi est Deus clericorum, vt legitur in capite magnæ de voto: & scire Prælati debent, quod si peruersa perpetrant, tot mortibus digni sunt quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt, Canon. præcipuè 11. quæst. 3.

111. Ad talem igitur necessariam Ecclesiæ vniuersalis reformationem mediante salutari remedio Concilij procedendum est: in Conciliis enim *velut in quadrato lapide sanctæ fidei structura consurgit, & cuiuslibet vitæ atque actionis norma consistit,* vt inquit textus in Can. sicut sancti 15. dist. & *frequens Conciliorum generalium celebratio, agri Dominici præcipua cultura est, quæ vepres, spinas, & tribulos hæresium, errorum, & schismatum extirpat, excessus corrigit, deformata reformat, & vineam Domini ad frugem vberrimæ fertilitatis adducit:* vt habetur in Canon. Constantiensis Concilij, in Canon. frequens: talis enim reformatio in Concilio generali maturius conficitur: quia ibi quamplures con-

uocantur & omnes in vnum conueniunt, Can. Canones, §. Concilij verò, 15. dist. vnde *firmius reputatur iudicium plurium quàm vnius*, cap. prudentiã, in princ. de offi. deleg. & *facilius inuenitur quod à pluribus quæritur*, Can. fin. 20. distinct. Et magis *integrum est iudiciũ quod plurimorum sententiis confirmatur*, 64. distinct. Can. extra conscientiam, cap. per hoc, §. verum. vbi domin. de hæreti. in vi. Et ista ratione, quia factum in Concilio firmiùs reputatur, clausula generalis non tollit constitutiones Conciliares, sed specialis derogatio requiritur, vt notat Archidia. in cap. 1. de constitu. in vi. Bald. in l. humanum Cod. de legi. Et hac ratione Episcopus contra constitutionem Conciliarem dispensare non potest, vt notatur per glossam in cap. cùm dilecti, in verbo *ætate*, de elect. & in tali congregatione Concilij, quod omnino fieri debeat pro reformatione vniuersalis Ecclesiæ, omnes conueniunt, & fateri necesse est: Et ipse summus Pontifex non negat nec negare potest, cùm ad hoc se cum voto & iuramento astrinxerit, & hac ratione Concilium Romę indixerit.

IV. Sed difficultatem facit quod Concilium præualere debeat, vel hoc Pisanum à reuerendissimis Cardinalibus ob negligentiam summi Pontificis prius institutum, vel illud quod à summo Pontifice nouissimè indictum fuit: & ideò pro vera resolutione vidẽdum est de duobus. Primò, an indictio Concilij facta à reuerendissimis Cardinalibus iuridicè facta fuerit. Secũdò, an impugnari possit ex his quæ in bulla summi Pontificis continentur.

V. Circa

v. Circa primum conclusiuè concedam, ponendo cōclusiones quæ latius in Consilio à me edito habentur, vnde considerandum est quod licet congregatio Concilij generalis spectet regulariter ad summum Pontificem (can 1. in fin. Can. 2. per totum 17. distin. & 4. dist. in §. porrò, & absque auctoritate Papæ congregatum Concilium dicitur Conciliabulum, Can. multis in princip. 17. distinct.) hoc procedit regulariter prout expressè dicitur in dicto can. 1. 17. distinct. & secundum regulam loquuntur iura supra allegata cum similibus.

Sed prædicta regula fallit in duobus casibus, primus est *quando Papa ipse accusandus sit, quia tunc auctoritas eius nō requiritur*, vt decidit Bald. in cap. olim in fine de rescript. & notat Dominic. in cap. ad Apostolicæ, in princip. in not. de re iudi. in vi. & ad hoc facit, quia licet in aliquo casu consensus alicuius requiratur tamen si contra eum agatur talis consensus remittitur, vt de Prælato notatur, cap. edoceri de rescrip. & per glossam 2. quæst. 7. in can. cùm pastoris. & facit glossa magna in fine in l. cùm non solum, Cod. de bo. quæ lib. & ideo tali casu, quando contra Papam agitur, Concilium est supra Papam, & illum iudicare potest, vt notat Archidia. & Domin. in cap. in Dei fauorem, de hæret. in vi. Abb. in cap. significasti, de elect. in cap. proposuit, de concess. præben. & in cap. fraternitatis, in princip. de hæreti. Secundus casus est, quando Papa est negligens in congregando Concilium, quia tunc Concilium à seipso congregari potest, vt concludit Anton. de Rosel. in tractat. de potestate Papæ, in charta 52. col. 3. vbi tali

casu dicit cautelam esse quod Concilium pronunciet Papam nolentem Concilium congregare, vel illi auctoritatem impertiri, suspectum esse de hæresi, & loco Papæ Concilium habebit auctoritatem ; & idem concludit de Turrecr. Cardinalis sancti Sixti, qui fuit acerrimus defensor Papæ, & tamen ita tenet in summa de Ecclesia in 3. lib. cap. 8. in col. 4. vbi inquit, quod tali casu Cardinales habent potestatem cõgregandi Concilium, & hoc idem tradit Cardin. in Cõsil. 150. *quæsitum sæpe fuit*, in 3. dubio Abb. in cap. licet, col. 3. de elec. & Archiep. Florent. in tertia parte eius summæ, in tit. 23. cap. 2. §. 7. Vnde cùm in isto casu agatur de reformatione, quæ etiam in capite fieri debet in facto proprio summi Pontificis auctoritas sua expectari non debet, vt dictum est: Similiter cùm appareat de manifesta Papæ negligentia in conuocando Concilium, Reuerendissimi Domini Cardinales absque eo Concilium congregare potuerunt per supradicta: Nam per lapsum biennij infra quod Papa promisit congregare Concilium à die suæ assumptionis, constat de negligentia: quia vbi est appositum certum tempus ad probãdum negligẽtiam alia monitio non requiritur, vt notat Bald. in l. 2. Cod. de spons. Petrus de Anch. in Consil. 64. *pro clariori decisione* in fine, Dominic. in cap. licet canon, §. 1. de elect. in *vi*. & sic patet, quod duplici ex capite, Cardinales potuerunt absque summo Pontifice Concilium in isto casu indicere, & de hoc non videtur dubitandum.

vi. Sed maximum dubium facit, quod licet in prædictis casibus congregatio Concilij spectaret ad Car-

dinales, vt dictum est , videtur illis competere vt Collegio, & non vt singulis, vt Bald. inquit in dicto cap. olim. col penult. de rescript. & ibi dicit quod maior pars Cardinalium requiritur. Ergo videtur quod minor pars, prout in casu isto fuit, hoc facere non potuerit. Ad hoc, in quo tota difficultas consistere videtur, responderi potest & diligenter aduertendũ est, quia sicut in proposito Papa ipse excluditur cùm de facto eius proprio agatur, vt supradictũ est, ita pariter excludi videntur alij Cardinales qui sunt apud ipsum Pontificem, quia quando caput suspectum est, etiam alij qui caput verisimiliter sequuntur, suspecti sunt, & de illis idem quod de capite iudicatur, vt notat Abb. post Vincent. & alios. in cap. I. de iudi. Bald. in l. I. col. I. Cod. si Rector. prouinc. facit textus in cap. accedens el. I. & quod ibi Abb. vt lite non contestata. Nam tales adhærentes sunt summo Pontifici, & de adhærentibus idem iudicatur quod de principali. cap. ad Apostolicæ, de re iudi. in VI. cap. I. de postul. prelato. l. quæ. religiosis. vbi Angelus ff. de rei vend. Sicut ergo in tali congregatione Concilij Papa excluditur, ita Cardinales omnes qui apud ipsum resident excludi videntur, & potestas congregandi Concilium, quæ ad Cardinales in supradictis casibus deuoluitur: intelligitur de Cardinalibus qui non adhærent summo Pontifici, quibus ita facultas videtur cõpetere: quia totum ius Collegij in ipsis videtur residere, cũ etiam in vno ius Collegii conseruari possit, l. sicut §. fin. ff. quod cuiusque Vniuersit. & ideo vnus solus qui remanet de Capitulo eligere potest Prælatum, vt per gloss. & Doctores in cap. gra-

tum, de postu. prælat. & etiam in vno Cardinali ius Collegij residere potest, & ille solus Papam poterit eligere vt notatur per gloss. vbi Abb. in Cle. ne Romani. porrò, in verbo *omnes* de elect.

VII Secundo principaliter responderi potest, quod prædicti reuerendissimi Cardinales, etiam vti particulares, duo vel tres, dictum Concilium indicere potuerunt: quia videmus quod vbi agitur de interesse alicuius Ecclesiæ particularis, potestas agendi inprimis incumbit Prælato, & si Prælatus negligens sit ad Capitulum deuoluitur, & Capitulo etiam negligente deuoluitur ad particulares canonicos Ecclesiæ, vt notat Abb. in cap. cùm olim de testi. col. 4. vbi ad hoc allegat Innocent. in cap. dilecti. de maior. & obed. vbi etiam Abb. post Hostiensem & alios, & idem tenent Antonius de Butr. Cardin. & Imola in dicto cap. cùm olim, & Lapus alleg. 51 *dicebatur in effectu* in princ. & de tali gligentia Prælati & Capituli constare dicitur si quàm-primum potuerunt non sunt prosecuti iura Ecclesiæ, & alia monitio non requiritur, vt concludunt Anton. de Butr. Imol. & Abb. post Innoc. in dicto cap. cùm olim, de testi. & ista ad casum nostrum bene applicari possunt, vbi agitur de interesse Ecclesiæ vniuersalis, & de maiori præiudicio: ideo cautius agendum est cap. vbi periculum, de elec. in VI. cap. bonæ el. I. de postu prælat. Vnde concludendum videtur, quod reuerendissimi Cardinales, etiam vti particulares, agere & instare possunt pro interesse vniuersalis Ecclesiæ, de quo agitur. Et hoc confirmatur, quia propter scandalum quod imminet, Ecclesia vniuersalis opprimi videtur, quia si

agatur de repellendo malo Prælato, dicitur defensio necessaria, vt Abb. dicit post Hostien. in 2. col. in cap. dilecti de excep. quo casu particulares, etiam si periuri sint & excommunicati, admittuntur pro defensione neccessaria Ecclesiæ, dicto cap dilecti, vbi gloss. in verbo *interlocuti*, & per gloss. in cap. cum Ecclesiasticæ, de exception.

Nec obstat si dicatur quod de negligentia Prælati & Capituli constare non videtur, quia ad probandum negligentiam quæ in facto negatiuo consistit, monitio necessaria est, vt est dictum Innoc. in cap extirpandæ, de præben. Doctores communiter illud sequuntur. Bald. in Aut. hoc amplius col. 4. Cod. de fidei com. Bald. & Imola in l. si mora, ff. sol. matr. cum similib. vt tradit Alexan. in l ita stipulatus, col. 5. de ver. obl. quia ad hoc respondetur quod illa doctrina non habet locum vbi agitur de interesse Ecclesiæ, vt in terminis dicunt Anton. de Butr. Immola, & Abb. post alios, in dicto cap. cùm olim, & Lapus in allega. præalleg. & dictum Innocentij videtur procedere prout loquitur, quando agitur quod quis incurrat aliquam pœnam extrinsecam, puta vt priuetur beneficio propter non residentiam, secus vbi agitur de negligentia simplici, quæ non punitur, prout loquuntur Doctores in dicto cap. cum olim, & ita Felinus dicit in cap. si autem col. 4. de restit.

Secundò responderi potest quod in isto casu agitur de facto scãdaloso & notorio, quo in facto notorio non est monitio necessaria, vt per gloss. in Cle. quia contingit, in verbo *negligentia*, de religios. dom. facit tex. in cap. Romana §. notoria de Censibus in vi.

Et de his in Consilio priùs dictum fuit: Et ita breuiter primum dubium absolutum sit.

VIII. Venio ad secundum, videlicet ad ea quæ in bulla summi Pontificis dicuntur, quibus omnibus & singulis iuridicè & breuiter sic responderi potest. Primò enim reuerendissimis Dominis Cardinalibus obiicitur quod sine legitima causa à capite recedentes se Papiam contulerunt.

IX. Sed respondetur, quod id quidem consultò & iustissima ratione factum fuit: cùm enim summus Pontifex charitatis officio secundum regulam Euangelij, cui etiam ipse subijcitur, ab eis sæpius monitus & requisitus fuisset, & non audiuerit, suamque promissionem cum voto & iuramento factam adimplere negligeret: licuit ipsis procurantibus reformationem vniuersalis Ecclesiæ, prout tali casu eorum officiũ postulabat, insalutato hospite recedere, cũ absque periculo carceris & vitæ licentia peti non potuisset, & illam obtineri non posse illis satis constaret. De prædicta enim regula Euangelij, habetur in cap. nouit. de iud. in can. si peccauerit 2. quæst. 1. & illam quilibet obseruare tenetur cap. ex iniuncto, § fin. de hæreti. & illi etiam Papa subiicitur, 25. quæst. 1. in Can. sunt quidam: & in terminis de Concilio, notat Abb. in cap. proposuit, col. 3. de conceß. præben. & Papa negligente congregare Concilium, ad reuerendissimos Cardinales pertinet congregatio Concilii, vt Cardin. tradit in Cõcilio 150. *quæsitũ sæpe fuit*, in tertio dubio. Abb. in cap. licet. col. 3. de elec. & quia cùm agendum sit contra ipsum summum Pontificem, non illi, sed Cardinalibus conuocatio Concilij vide-

tur competere, vt Bald. concludit, in cap. olim in fin. de rescrip. & Doctor. in cap. ad Apostolicæ, in princip. not. de re iudi. in vi. & ipsis reuerendissimis Cardinalibus videtur competere vti Collegio, & etiam in ipsis particularibus, vt in Cõsilio deductum & ostensum fuit. Et reuerendissimos Cardinales qui recesserunt, exemplum aliorum reuerendissimorum Cardinalium admonebat, qui hac de causa transgressionis voti & iuramenti à Gregorio XII. qui Lucæ morabatur, discesserunt, & Pisas se contulerunt, vt refert Anton. de Butr. in cap. 1. col. 2. de constit. & certè nulla ratio suadet quod summus Pontifex ex hoc tantum debeat commoueri: cùm ipse dum esset in minoribus sæpius ob minores & lõgè leuiores causas à pluribus summis Pontificibus absque licẽtia recesserit, & reuocatus sub grauissimis cẽsuris redire noluerit. Vnde incõgruũ est, quod in hoc reuerendissimi Domini Cardinales ab eo arguantur 3. quæst. 7. in cã. iudicet: Et legitur quod nihil obijcere debet Catilina Cethego, vt notatur per glossam per illum textum, in l. quoniam, Codice de hære. facit tex. in lege in arenam, Codice de inofficioso testam. cum similibus.

x. Nec, vt in secundo dicitur, argui & reprehendi reuerendissimi Domini Cardinales debent, quod præsidio armatorum vsi fuerint, quia licet armorum vsus, præsertim Ecclesiasticis, prohibitus sit, & vt Ambrosius inquit, arma Clericorum sint lacrymæ, Can. Conuenior, 23 quæst. 8. & 36. dist. can. fin. tamen ad suam defensionẽ Clerici familiares armatos suscipere non prohibẽtur, cũ leges omnes omniaque

iura vim vi reppellere cunctísque se defendere permittant, cap. dilecto in princ. de sent. excom. in VI. l. sciendum §. qui cùm aliter ff. ad l. Aquil. adeo quod etiam Cardinalem pro defensione interficere permissum sit, vt notat Angelus in l. vt vim, ff. de iust. & iure, & monacho contra Abbatem in eum sæuientẽ armata manu resistere licet, vt Card. dicit in Cle I. in ver. *præfatæ*, de statu monach. & de Paulo legitur qui petijt milites à Prætore quorum præsidio illæsus seruaretur 23. quæst. 3. can. sex defferentiæ, in fine, & licitè Cardinales aufugiebant per ea quæ habentur 7. quæst. I. can. sciscitaris, & can. aduersitas, eadem 7. quæst. I. Nec minus quoque reuerendissimis Cardinalibus obstare videtur, quod falsò quidem tertiò asseritur illos voluisse ad summum Pontificem redire & desertionis suæ veniam petijsse. Quo enim spiritu de regressu ad eum cogitare debuerunt, cuius minis territi admodum erant apud eum residentes, plurimumque lætarentur è manibus eius euasisse, & Papiã saluos applicuisse, maximas Deo gratias agerent? Et licet fortè nonulli à seipsis pro concordia & compositione verba fecissent (eis etiam non prohibentibus id ex industria ab ipsis toleratum fuit) ne summus Pontifex commotus in eos sæuiret: quia vt Hieronymus testatur, etiam homines iusti pro tempore aliqua simulare possunt, ob suam & suorum salutem, vt inquit text. in can. vtilem, 22. quæst. 2. facit tex. in cap. afferte, de præsump. in Can. si quælibet culpa. 22. quæst. 2.

XI. Ad illud vero quod reuerendissimis dominis Cardinalibus maximo animi impetu & exaggeratis

verbis

verbis de falſitate opponitur, ex eo quod nonnulli (ex his quorum nomine ſimul cum alijs Concilium Piſis indictum fuit) negant ſe vnquam in tali re conſenſiſſe. Reſpondetur quod hoc negare nullomodo poſſunt, quia per litteras eorum conſenſum præſtiterunt, quibus literis etiam priuatis mandatum probatur, Clem. 1. de Procur. lib. 1. §. 1. ff. de Procur. & hoc quamplures reuerēdiſſimi Cardinales atteſtãtur, quibus potius credendum eſt, quàm vni qui ſolus cõtradicit, vt ſummo Pontifici reconcilietur, & eius gratiam aucupetur, cap. in noſtra de teſtib. cap. licet cauſam, de probat. l. 3. §. 1. ff. de teſtib. & certe de tali falſitate nullomodo præſumendum videtur, cùm ille vel illi ex abundanti inſcripti fuerint, & abſque illis Concilium Piſis indici potuiſſet, vt in Conſilio deducitur, quo caſu vbi agitur de modico intereſſe falſitas nunquam præſumitur, cap. accedens, de crimine falſi, & cùm requiſitio facta fuerit *omni meliori modo quo fieri potuit*, valet conuocatio ex perſonis illorum qui ſoli habebant poteſtatē: quia clauſula illa *omni meliori modo*, operatur quod actus valeat ex iſto capite quod potuit fieri, vt notat Bartol. & Imola. in l. cum pater, §. filius matrem de leg. 2. & Cardinal. & Imola. in cap. ex literis de officio deleg. & notat Bald. in l. quotiens, col. fin. Cod. de hæred. inſtit. Paulus de Caſtro in Conſilio 365. *ſuper puncto*, col. pen. Fulg. in Conſilio 90. *in quæſt*. col. 2. cum ſimilibus quæ nota ſunt.

XII Quod autem ad excuſandum ſuam negligentiam ſummus Pontifex longo verborum apparatu conatur oſtēdere quod cum eſſet in minoribus omni

ſtudio&diligentia procurauit vt generale Concilium celebraretur, & ſtatus Romanæ Eccleſiæ in melius reformaretur: Reſponſio clara videtur, nam licet ſummo Pontifici credendum videatur vbi de facto eius atteſtatur, Clem. 1. de probat. hoc tamen non procedit in his in quibus Papa liberam nō habet poteſtatem videlicet in preiudicium tertij, vt in caſu iſto videtur, & ita Abb. concludit in dicta Cle. 1. in fin. & in cap. cum nobis de teſtib. idem dicit Petrus de Anch. in Conſilio 399. *præmitto* in fin. col. Paulus de Caſtr. in Conſil. 156. *viſo & examinato puncto*, col. fin. Et ideo prædictis verbis ſummi Pontificis licet ornatiſſimis, nulla fides adhiberi debet, quia vt Auguſtinus teſtatur in can. ſedulo 38. diſtinct. *melius eſt veriores quàm diſertiores audire ſermones, ſicut malè quis debet prudentiores quā formoſiores habere amicos*. Et certè nouum eſt, & hactenus inauditum fuit, ſanctitatem ſuam, dum Cardinalatus officio fungeretur, operam præſtitiſſe vt Concilium generale conuocaretur, & ſi tanto Concilij deſiderio ipſe ſummus Pontifex, vt aſſerit, concitatus fuiſſet, cur ad Pontificatum aſſumptus ſuum deſiderium adimplere neglexit, etiam nulla habita ratione voti & iuramenti?

Et fragilis & leuiſſima eius excuſatio videtur, quæ ex bellorum motibus cauſatur, quia etiam tempore aſſumptionis eius, ſuberant huiuſmodi bellorum impedimenta, vt etiam ipſe confitetur: & tamen ſe celebraturum Concilium infra biennium cum voto & iuramēto promiſit, ideo propter hoc nō excuſatur, vt notat Cynus in l. ex conducto §. 1. ff. de loca. Bald de

pace Constan. in verbo *vassalli*, el. 2 & in l. si ea col- penult. Codice de vsuris. Alex. in l. interdum §. quo ex naufragio, in fin. de acqui. possess. Et certe hac de causa potius Concilium accelerari debuisset, cùm illud salutare sit remedium, vt bellis imminentibus consulatur: vt etiam ipse summus Pontifex in sua bulla attestatur, ex quo in tali excusatione repugnantia & manifesta contrarietas deprehenditur, quæ admitti non debet l. 1. Cod. de furtis. cap. solicitudinem de Apel.

Et dum successiuè allegatur quod à solis Romanis Pontificibus Concilia generalia congregari & indici debent, non negamus hoc esse verum regulariter vt canones dicunt: sed summo Pontifice, cui inprimis talis cura incumbit, negligente, ad reuerendissimos dominos Cardinales Pontifici non adhærentes potestas ista defertur, vt supra dictum est. Et cùm in casu isto negligentia summi Pontificis, præsertim ex decursu temporis manifesta appareat, reuerendissimi Domini Cardinales optimo iure Concilium Pisis indixerunt, & cùm agatur de euidenti & maximo interesse vniuersalis Ecclesiæ, hoc absque alia monitione facere potuerunt, vt supra in Consilio dictum fuit, & hoc fauore Ecclesiæ permissum videtur, vt nauiculæ Petri fluctuanti succurratur; hoc enim fauore Ecclesiæ, sæpe numero à regulis iuris communis receditur, l. sunt personæ ff. de relig. facit tex. in l. fin. Cod. de sacrosanctis Ecclesijs, facit text. in can. indignum, 38. dist. & in cap. sedulo, & quod de baptismo dicitur in Can. retulerunt, de consec. dist. 4. Non obstat quod sanctitas Papæ velit & semper possit

de æquitate canonica moram purgare, vt notat Bald. in l. qui crimen in 6. quæst. Cod. de accusa. Alexan. in l. si insulam col. 2. de verborum obligat. quia respondetur illud habere locum ad euitandum pœnā extrinsecam, quæ ab æquitate canonica est aliena, prout loquitur text. qui allegatur in cap. suam de pœnis; secus si agatur simpliciter de facultate faciendi actum quæ moroso competat, quia si in alium translata sit mora purgari non potest, vn notat Imola in dicta l. si insulam, quem Alexā. ibi refert col. 18. vers. 8. *principaliter fallit*, Et licet Alexan. dubitare videatur, tamen pro dicto Imola facit, & quod notat Bart. per illum text. in l. liberto, §. Lucius. ff. de annul. leg. Bald. in leg. dictam. Cod. de condi. ob causam, & hoc maximè videtur habere locum in isto casu in quo res non est integra, ideo videtur quod mora purgari non possit. Præterea nulla ratio purgationis moræ haberi debet ex eo quod de facto summi Pontificis agendum erit, in quo eius auctoritas minimè requiritur, vt supra dictum est. Vnde cùm in tali causa facultas congregandi Concilium ad summum Pōtificem non pertineat, purgatio moræ in eo considerari non potest.

Nec obstat quod dicitur de Concilio Constantiensi, quod cōtra Ioan. XXIII. eo auctore congregatū fuit, licet eius causa ageretur: quia hoc minimè verum est, vt constat ex ipso Concilio Constantiensi, vbi in principio dicitur quod cōgregatio illius Concilij facta fuit vt perficerentur quæ ab Alexandro V. in Concilio Pisano inchoata fuerant, & ita patet quod à principio illud Concilium congregatum

non fuit contra Ioannem xxiii. bene verum eſt quod poſtea Concilium inſurrexit contra ipſum Ioannem xxiii. & voluit villicationis eius rationes perſcrutari, & tunc ipſe nedum auctoritatem non interpoſuit, ſed aufugit, & propter fugam & contumaciam priuatus fuit: Et dato quod ipſe etiam in facto proprio auctoritatem interpoſuiſſet, ex abundanti illud feciſſet, & non ſequitur quod eſſet neceſſaria, & quod abſque eo Concilium congregari non potuiſſet.

Præterea, eſto quod mora purgari à ſummo Pontifice potuiſſet: ex oblatione Concilij facta in loco notoriè non tuto mora purgari non videtur, quia talis oblatio ad purgandam moram in loco congruo fieri debet, l. ſi ſoluturus. ff. de ſol. notatur in l. quæ decen. in prin. eo tit. in l. acceptam, vbi Bart. Cod. de vſur in l. illud vbi gloſſ. ff. de peric. & commo. rei vendi.

Nihil etiam obſtare videntur quæ de breuitate temporis & inhabilitate loci ciuitatis Piſarum opponuntur, quia terminus arbitrarius eſt, cùm à iure determinatus non reperiatur, Ar. l. 1. ff. de iure delibe. & etiam ſi præfixus fuiſſet propter periculum quod imminet, reſtringi ac moderari potuiſſet, quia regulariter quilibet terminus ex cauſa moderari poteſt, vt notat Bart. in l. 2. ff. de re iudi. not. in cap. cùm ſit Romana, de app. vbi Abb. cum ſimil. vt ibi dixi. in termino enim conſtituto prouideri poterit vt futuris & imminentibus malis occurratur, in quibus periculum eſt in mora, deinde terminus prorogari poterit, prout Concilio videbitur: & aliàs cum minori dilatione, tempore Gregorij xii. Concilium Piſis

congregatum fuit, & in hoc certe ſummus Pontifex reuerendiſſimos dominos Cardinales arguere non debet, cùm ipſe terminum Concilij, qui vt ab eo aſſeritur non minus anno à ſanctiſſimis patribus cōſtituebatur, ad nouem menſes reſtrinxerit.

Similiter ad illud quod de loci incommoditate allegatur, Reſponderi poteſt, quod cùm aliàs Concilium ibi congregatum fuerit, ita & nunc pariter congregari poteſt, licet hactenus bello ciuitas Piſarum obſeſſa, à duobus annis citra nihil mali habuit, etiam fere reſtaurata & in priſtinum ſtatum reſtituta videtur, & omnia quæ ad victum neceſſaria ſunt facilè præparari poſſunt, propter agri fertilitatem, & quia mari propinqua eſt. Accedit etiam ciuitas Lucæ quæ illi vicina eſt, maximo adiumento illi eſſe poterit, & ſi Patribus Concilij videbitur, locus mutari poterit, prout in indictione Concilij dicitur, & ſic patet leuiſſimam eſſe huiuſmodi loci & temporis excuſationem.

XIII. Poſtremò ad Concilium quod Romæ à ſummo Pontifice indictum & ordinatum fuit, dicimus quod cum de reformatione capitis agendum ſit congregatio Concilij in facto proprio ad ſummum Pontificem non pertinet, & dato quod illi competeret, manifeſta eius negligentia excluditur, adeo quod mora purgari non poteſt, vt ſupra dictum eſt: & etiã ſi purgatione moræ locus eſſet Concilij in Vrbe Romana, his temporibus non eſt tutus, vt notorium eſt: quis enim Romæ auderet à ſummo Pontifice eius villicationis rationes exigere, qui ſolitus eſt in eos ſæuire qui eius volũtati repugnãt: iuxta notata per Bald.

in l. de pupillo §. si quis ipsi Prætori, de operis noui nunciat. & iustissima est excusatio non comparentis ad locum non tutum, cap. ex parte de appel. Clem. pastoralis §. Pisanæ de re iudi. cap. accedens el. 2. vt lite non contest. & cùm summus Pontifex capitali odio reuerendissimos Cardinales prosequatur, non debent credere literis salui cōductus dicto capite accedens, & in cap. literas in fine, de re stit. spoliat.

Et licet reuerendissimi Domini Cardinales his optimis & apertissimis rationibus se tueri possint, & in Concilio prius Pisis indicto persistere vlterius, tamē cogitantes vt eorum bona mens & animi sinceritas omnibus re ipsa innotescat, cùm ipsi nihil aliud quærant, nisi quod saluti vniuersalis Ecclesiæ consulatur, & vt omnis occasio schismatis imminentis remoueatur, se obtulerunt & offerunt paratissimos esse obedire summo Pontifici: & debitam reuerentiam illi exhibere, dummodo sanctitas sua *de communi concordia locum tutum pro Concilio generali constituere velit. Et vt hoc facere omnino dignetur, cum omni reuerentia & humilitate sanctitatem suam rogauerunt, & iterum rogant plurimum & deprecantur.* In hoc enim tota machina præsentis disceptationis resoluitur: nam si hanc iustissimam & æquissimam oblationē summus Pontifex admittere noluerit, & vt hactenus fecit, illam reseruauerit & reiecerit, veritas manifesta apparebit (quæ tergiuersari non poterit) *quod ipse Concilium liberum nullomodo congregari velit*. Ar. l. non solum. ff. de action. & obli. non tantum enim verbis, sed etiā facto voluntas declaratur, l. Paulus ff. rem ra. ha. cap. dilecti el. 1. de app. facit text. 22. quæst. 5. in Can.

Cauete 11. quæſt. 3. in can. exiſtimant: & tali caſu patres Piſani Concilij, vt ſupra dictum eſt, optimo iure ad vlteriora procedere poſſunt, & debent.

Non obſtante quod ſummus Pontifex tale Concilium ſub grauiſſimis cenſuris prohibuerit, quia in hoc illi obediendum non eſt, & eius cenſuram timere non debent, vt in terminis latè concludit Anton. Roſellus in tractatu ſuo de poteſtate Papæ, in charta 55. in fine: quia tale præceptum contra Concilium illicitum eſt, ideo illi non eſt parendum, allegato cap. literas, de reſtit. ſpo. Ad hoc facit textus in can. non ſemper 11. quæſt. 3. vbi dicitur quod Prælato non ſemper obediendum eſt: vnde ſi præcepit aliquid contra Deum, vel ſi prohibet quod à Deo præceptum eſt, illi non eſt parendum, 11. quæſt. 3. in can. ſi is qui præ eſt, *Nam Deo magis quàm hominibus obediendum eſt*, 8. diſtinct. can. quæ contra, in fin. & 11. quæſt. 3. in can. ſi Dominus. Et tali caſu ſententia excommunicationis vel interdicti non grauat apud Deum, nec apud Eccleſiam eius, dicto can. ſi is qui præeſt, & in can. non debet. 11. quæſt. 3. & idé in terminis Abb. tradit in cap. inquiſitioni, circa fin. de ſét. excomumuni. vbi inquit, quod Cardinales qui receſſerunt à Gregorio XII. ex eo quod noluit obſeruare votum & iuramentum, quanquam reuocati fuiſſent ſub grauiſſimis cenſuris, non tenebantur obedire: quia Concilium impeditum fuiſſet, & hoc idem voluit Petrus de Ancha. in Conſilio *95. pro declaratione dubiorum* col. fin. vbi in terminis dicit, quod reuerendiſſimi Domini Cardinales tenentur proſequi Concilium, ad quod ſe cum voto & iura-

mento

mento obligauerunt, non obstante prohibitione Papæ. Et ita de iure concludendum videtur.

Et hæc breuiter dicta sunt, vt puto, pro Veritate & Iustitia, & pro confirmatione Consilij aliàs à me editi, quæ omnia in disputatione iuris versantur, ideo cum bona venia sanctissimi Domini nostri scripta sint, & sub correctione Apostolicæ sedis: in his verò quæ in facto consistunt & personam Sanctissimi Domini nostri respiciunt, ego nihil dicturus sum, quia nihil scio, & non est meum ponere os in cælum, Can. in tantum, 21. dist. & pro sanctitate & integritate vitæ illius præsumendum est, quem apex tantæ dignitatis attollit Can. non nos, 40. dist. *Laus Deo.*

PHILIPPVS DECIVS Mediolanensis.

rR





CONCILIVM DELECTORVM CARDINALIVM, ET ALIORVM PRÆLATORVM, DE EMENDANDA ECCLESIA, S. D. N. D. Paulo III. ipſo iubente conſcriptum, & exhibitum, Anno M. D. XXXVIII.



EATISSIME Pater, tantum abeſt, vt verbis explicare poſſimus, quàm magnas gratias Reſpublica Chriſtiana Deo Optimo Maximo agere debeat, quòd te Pontificem hiſce temporibus ac paſtorem gregi ſuo præfecerit, eámque quam habes mentem dederit: vt minimè ſperemus cogitatione eas quas Deo gratias debet conſequi poſſe, nam ſpiritus ille Dei quo virtus cœlorum firmata eſt (vt ait propheta) labantem, imò ferè collapſam in præceps, Eccleſiam Chriſti per te reſtaurare, & huic ruinæ manum vt videmus ſupponere decreuit, eámque erigere ad priſtinam ſublimitatem decoríque priſtino reſtituere, certiſſimam diuinæ huius ſententiæ coniecturam nos facere valemus, quibus ſanctitas tua ad ſe vocatis mandauit, vt nullius aut commodi tui, aut cuiuſpiam alterius habita ratione, tibi ſignificaremus abuſus illos, grauiſſimos videlicet morbos, quibus iampridem Eccleſia Dei laborat, ac præſertim hæc Romana curia, qui-

bus effectum propè est, vt paulatim ac sensim ingrauescentibus pestiferis his morbis magnam hanc ruinam traxerit, quam videmus. Et quoniam sanctitas tua spiritu Dei erudita: qui (vt inquit Augustinus, loquitur in cordibus nullo verborũ strepitu) probè nouerat principium horum malorum inde fuisse, quòd nonnulli Pontifices tui prædecessores prurientes auribus, vt inquit Apostolus Paulus, coaceruauerunt sibi magistros ad desideria sua, non vt ab eis discerent, quid facere deberent, sed vt eorum studio & calliditate inueniretur ratio, qua liceret id quod liberet. Inde effectum est, præterquam quòd principatũ omnem sequitur adulatio, vt vmbra corpus, difficilimúsq; semper fuit aditus veritatis ad aures principũ, quòd confestim prodirent Doct. qui docerent Pontificem esse dominum beneficiorum omniũ: ac ideo quum dominus iure vendat id, quod suum est, necessario sequi, in Pontificem non posse cadere simoniã. Ita quòd voluntas Pontificis qualiscumque ea fuerit, sit regula qua eius operationes & actiones dirigantur: ex quo proculdubio effici, vt quicquid libeat, id etiã liceat. Ex hoc fonte, sancte pater, tanquam ex equo Troiano, irrupere in Ecclesiam Dei tot abusus & tam grauissimi morbi, quibus nunc conspicimus eam ad desperationem ferè salutis laborasse, & manasse harum rerum famam ad infideles vsque. Credat sanctitas vestra scientibus, qui ob hanc præcipuè caussam Christianam Religionem derident, adeò, vt per nos, per nos inquimus, nomen Christi blasphemetur inter gentes. Tu verò, sanctissime pater, & verè sanctissime, edoctus à spiritu Dei, præter

veterem illam tuam prudentiam, quum totus in hanc curam incubueris, vt sanatis ægritudinibus, Christi Ecclesia tuæ curæ commissa bonam valetudinem recuperaret, vidisti, ac probè vidisti, inde incipiendam medicationem, vnde primum ortus est morbus, sequutúsque doctrinam Apost. Pauli, vis esse dispensator non Dominus, & fidelis inueniri à Domino: imitatus etiam seruum illum, quem in Euangelio Dominus præfecit familiæ suæ, vt det illis in tempore tritici mensuram, ac propterea decreuisti nolle quod non liceat, nec vis posse quod non debes. Ideóque nos ad te accersiuisti, imperitos quidem ac tam magno negotio impares, non parum tamen affectos cùm honori & gloriæ sanctitatis tuæ, tum præcipuè instaurationi Ecclesiæ Christi, ac grauissimis verbis iniunxisti, vt omnes hos abusus colligeremus, tibíque illos significaremus: obtestatus nos reddituros esse rationem huius negotij nobis demandati Deo optimo, si negligenter ac infideliter ageremus. Atque vt omnia liberius inter nos tractari possent, tibíque à nobis explicari, iureiurando nos destrinxisti, addita etiam excommunicationis pœna, ne cuipiam aliquid huius nostri muneris proderemus. Nos igitur tuo imperio parentes collegimus, quanto paucioribus fieri potuit, hos morbos eorúmque remedia, ea inquam quæ pro tenuitate ingenij nostri excogitáre potuimus. Tu verò pro tua bonitate, ac sapientia omnia resarcies, ac perficies, in quibus pro tenuitate nostra offenderimus. Verùm vt omnia certis quibusdam finibus complectamur, cùm sanct. tua, & sit princeps prouinciarũ harum quæ subsunt

ditioni Ecclesiasticæ, vt sit Pontifex vniuersalis Ecclesiæ, sit etiam Episcopus Romanus, nihil nobis dicendum sumpsimus de his, quæ pertinent ad hunc principatum Ecclesiæ, quem tua prudẽtia optime regi videmus: tangemus tantum ea quæ pertinent ad officium vniuersalis Pontificis, & nonnulla quæ sunt Romani Episcopi. Illud verò ante omnia, beatissime Pater, putamus statuendum esse, vt dicit Aristoteles in Polit. sicut in vnaquáque Repub. ita & in hac Ecclesiastica gubernatione Ecclesiæ Christi hanc præ omnibus legem habendam, vt quantum fieri potest leges seruentur. Nec putemus nobis licere dispensare in legibus, nisi vrgenti de causa & necessaria. Nulla namque perniciosior consuetudo in quauis Repub. induci potest, quàm hæc legum inobseruantia, quas sanctas maiores nostri esse voluerunt, earúmque potestatem venerandam & diuinam appellarũt. Scis tu hæc omnia opt. Pont. legisti iampridem apud philosophos & theologos: illud verò non tantũ huic proximum, sed longè prius & potius superiore putamus, non licere Pont. & Christi vicario in vsu potestatis, clauium potestatis inquimus, à Christo ei collatæ, lucrum aliquod cõparare. Hoc etenim est Christi mandatum: Gratis accepistis, gratis date. His primum statutis cùm sanct. vestra ita gerat curam Ecclesiæ Christi, vt ministros plurimos habeat, per quos hanc curam exerceat. Hi autem sunt clerici omnes, quibus mandatus est cultus Dei, Presbiteri præsertim, & maximè Curati, & præ omnibus Episcopi. Idcirco si gubernatio hæc sit rectè præcessura, primo danda est opera, vt hi ministri idonei sint muneri,

quo fungi debent.

PRIMVS abuſus in hac parte eſt ordinatio clericorum, & præſertim præſbiterorum, in qua nulla adhibetur cura, nulla adhibetur diligentia: quòd paſſim quicunque ſint, imperitiſſimi ſint, viliſſimo genere orti ſint, malis moribus ornati ſint, adoleſcẽtes admittantur ad ordines ſacros, & maximè ad præſbiteratum, ad characterem, inquam, Chriſtum maximè exprimentem. Hinc innumera ſcandala, hinc contemptus ordinis Eccleſiaſtici, hinc diuini cultus veneratio non tantum diminuta, ſed etiam propè iam extincta. Ideo putamus optimum fore, ſi ſanctitas tua primò in hac vrbe præficeret huic negotio duos aut tres Prælatos, viros doctos, & probos, qui ordinationibus clericorum præeſſent. Iniungeret etiã Epiſcopis omnibus, adhibitis etiam pœnis cenſurarum, vt id curarent in ſuis Diœceſibus. Nec permittat ſanctitas veſtra vt quiſpiam ordinetur, niſi ab Epiſcopo ſuo, vel cum licentia deputatorum in vrbe, aut Epiſcopi ſui: inſuper vt in Eccleſiis ſuis quiſque Epiſcopus magiſtrum habeat, à quo clerici minores & literis, & moribus inſtruantur, vt iura præcipiunt.

ABVSVS alius maximi ponderis eſt in collatione beneficiorum Eccleſiaſticorum, maximè Curatorũ, & præ omnibus Epiſcopatuum, in quibus vſus inualuit, vt prouideatur perſonis, quibus conferuntur beneficia, non autem gregi Chriſti & Eccleſiæ. Ideò in conferendis his beneficiis, Curatis, inquam, ſed præ aliis Epiſcopatibus, curandum eſt vt conferantur viris bonis, doctíſque: ideo vt per ſe poſſint fun-

gi illis muneribus ad quæ tenentur: insuper illis quos verisimile est residentiam facturos. Non ergo Italo conferendum est beneficium in Hispania, aut in Britannia, aut è contra, hoc seruandum est tam in collationibus, quum vacant per decessum, quàm in cessionibus, in quibus nunc tantum habetur ratio voluntatis cedentis nullius prætereà rei. In cessionibus his, si quispiam præficeretur probus vnus pluresve, bene factum iri putaremus.

Alivs abusus, quum beneficia conferuntur, seu quum ceduntur aliis, irrepsit in constituendis super eorum fructibus, pensionibus. Imò quandoque cedens beneficio, omnes sibi fructus reseruat. Qua in re illud est animaduertendum, nulla alia de causa, nullóque alio iure pensiones constitui posse, nisi vt quasdam eleemosynas, quæ in pios vsus & indigentibus concedi debēt. Nam redditus sunt annexi beneficio, vt corpus animæ: ideò sua natura pertinent ad eum, qui beneficium habet, vt possit ex eis viuere honestè pro suo ordine, simúlque queat sustinere impensas pro diuino cultu & templi, sacrarúmque ædiū reparatione, vt quod reliquum est, impendat in pios vsus. Hæc est enim natura eorum redditu um. Verùm sicuti in rerum naturæ administratione nonnulla fiunt à natura particulari præter inclinationem vniuersalis naturæ: Sic in Pontifice, quoniam est vniuersalis dispensator bonorum Ecclesiæ, si viderit eam fructuum portionem, quæ in pios vsus expendi debet, aut eius partem in pium quempiam alium vsum, vt expendatur magis expedire, potest proculdubio id facere. Ideo iure merito pensionem po-

nere poteſt, vt ſubueniat egeno, præſertim clerico, vt honeſtè queat vitam ducere pro eiuſdem ordine. Ideò omnes fructus reſeruari, adimíque id omne quod diuino cultui, ſubſtentationíque habentis beneficium tribui debet, magnus eſt abuſus. Itémque penſiones dari clericis diuitibus, qui cómodè & honeſtè viuere queunt ex redditibus quos habent, magnus certè abuſus, tollendus vterque.

ALIVS item abuſus in permutationibus beneficiorum, quæ fiunt cum pactionibus, quæ ſimoniacæ omnes ſunt, nullóque reſpectu habito niſi lucri.

ABVSVS alius omnino auferendus, qui calliditate quadam nonnullorum peritorum iã inualuit in hac curia; nam quum lege cautum ſit beneficia teſtamẽto legari non poſſe, quum non ſint teſtatoris, ſed Eccleſiæ, & vt res hæc Eccleſiaſtica ſeruaretur communis bonorum omnium, non autem fieret priuata cuiuſpiam, inuenit humana non tamen Chriſtiana induſtria, plurimos modos, quibus huic legi illudatur.

Nam fiunt renũtiationes Epiſcopatuum, aliorúmque beneficiorum primo cum regreſſu, addunt reſeruationem fructuum, addunt reſeruationem collationis beneficiorum. Inſuper cumulant reſeruationem adminiſtrationis, faciúntque hoc pacto Epiſcopum, qui nullum ius habet Epiſcopi: alterum verò cui iura omnia Epiſcopi competant: non tamen Epiſcopum.

Videat Sanctitas tua, quò proceſſit aſſentatoria illa doctrina, qua tandem effectũ eſt, vt id liceat, quòd libeat.

libeat. Quid quæso est hoc? nisi hæredem beneficij sibi constituere. Alius præter hunc inuentus est dolus, quum scilicet coadiutores dantur Episcopis petentibus, minus idonei, quàm ipsi sint, ita vt nisi quispiam claudere oculos voluerit, liquidò videat hæredem ea ratione institui.

ITEM lex est antiqua instaurata à Clemente, ne filij præsbiterorum habeant parentum beneficia, ne scilicet res communis hoc modo fiat priuata: dispensatur tamen (vt audiuimus) in hac veneranda lege. Noluimus tacere, id quod verissimũ esse quiuis prudens per se iudicauerit, nullam rem magis conflasse hanc inuidiam clericis, vnde tot seditiones sunt ortæ, & aliæ instant, quàm hanc auersionem commodorum & prouẽtuum Ecclesiasticorum à communi ad rem priuatam: ante hac omnes sperabant, nunc in desperationem adducti, acuunt linguas contra hanc sedem.

ALIVS abusus est in expectatiuis & reseruationibus beneficiorum, quibus & datur occasio, vt aliena mors desideretur, & libenter audiatur. Præcludunt etiam aditum supremum dignioribus quum vacant, dant litibus caussam. Omnes has putamus tollendas esse.

ABVSVS alius est, eadem calliditate inuentus. Nã quædam beneficia incompatibilia iure sunt & appellantur, quæ ex ipsa vi nominis maiores nostri admonere nos voluerunt, non deberi ea vni conferri: nunc in his dispensatur, non tantum duobus, sed pluribus: & quod peius est, in Episcopatibus. Hunc morem, qui ob auaritiam tantum inualuit, tollendum duci-

mus, præſertim in Epiſcopatibus. Quid de vnionibus beneficiorum ad vitam vnius, ne ſcilicet obſtet illa beneficiorum pluralitas ad obtinenda incompatibilia, nónne eſt mera fraus legis.

Alivs etiam abuſus inualuit, vt Reuerendiſſ. Cardin. Epiſcopatus conferantur ſeu commendentur, non vnus tantum, ſed plures: quem, pater Beatiſſime, putamus magni eſſe momenti in Eccleſia Dei. Primò quidem, quia officium Cardinalatus, & officium Epiſcopi incompatibilia ſunt. Nam Cardin. eſt aſſiſtere Sanct. tuæ pro gubernanda vniuerſali Eccleſia: officium autem Epiſcopi eſt paſcere gregem ſuũ, quod præſtare bene & vt debet haud poteſt, niſi habitet cum ouibus ſuis, vt paſtor cum grege. Præterea Pater ſancte hic vſus maximè obeſt exemplo. Quomodo namque hæc ſancta ſedes poterit dirigere & corrigere aliorum abuſus, ſi in præcipuis ſuis membris abuſus non tollerentur? Nec ob id quod Cardinal. ſint, putamus eis magis licere tranſgredi legem: imò longe minus. Horum enim vita debet eſſe aliis lex, nec imitandi ſunt Phariſæi, qui dicunt & non faciunt: ſed Chriſtus ſaluator noſter incœpit facere, & poſtea docere. Amplius hic vſus nocet in conſultationibus Eccleſiæ, nam hæc licentia fomentum eſt auaritiæ. Ambiunt præterea Cardin. à regibus & principibus Epiſcopatus, à quibus poſtea dependent, ne poſſint liberè ſententiam dicere, imò ſi poſſent & vellent, fallerentur tamen paſſione animi in iudicando perturbati. Ideò vtinam hic mos tolleretur, & prouideretur Cardinalib. vt poſſent honeſtè pro dignitate viuere omnibus æquales reddi-

tus: quòd putamus facile fieri posse, si vellemus abiicere seruitutem Mammonæ, & Christo tantum seruire.

His castigatis, quæ pertinent ad constituendos tibi ministros, quibus veluti instrumentis & cultus Dei bene administrari & populus Christianus in vita Christiana bene institui & regi possit, accedēdum nobis est ad illa quæ spectant ad gubernationem Christiani populi. In qua re, Pater beatissime, abusus ille primo & præ omnibus corrigendus est, ne scilicet Episcopi primum & præ omnibus aliis, deinde ne Curati abessent à suis Ecclesiis & Parochiis, nisi ob grauem aliquam caussam, sed residentiam facerent: maximè Episcopi, vt diximus, quia sunt sponsi Ecclesiæ ipsis demandatæ. Nam per Deum immortalem, quis miserabilior viro Christiano conspectus esse potest Christianum orbem peragranti, quàm hæc solitudo Ecclesiarum? Omnes ferè pastores recesserunt à suis gregibus, commissi sunt omnes ferè mercenariis. Imponenda ergo esset magna pœna Episcopis præ aliis, deinde Curatis, qui absunt à suis gregibus, non tantum censurarum, sed etiam ne reciperent redditus illi qui absunt, nisi impetrata licentia à tua Sanctitate Episcopi, Curati ab Episcopis suis per breue aliquod temporis spatium. Legantur in hoc aliqua iura aliquorum conciliorum decreta, quibus cautum erat Episcopo non licere abesse à sua Ecclesia, nisi tribus tantum Dominicis.

ABVSVS etiam est, quòd tot Reuerendissimi Cardin. absint ab hac Curia, nec aliqua in parte fa-

ciát quidpiam eius officij, quod ſpectat ad Cardinalem. Ideò & ſi fortaſſe non omnes, quia expedire existimamus nonnullos habitare in prouinciis ſuis, nã per illos tanquam per radices quaſdam in totum orbem Chriſtianum ſparſas continẽtur populi ſub hac Romana ſede: plurimũ tamen eſſet Sanct. tuæ vocare ad curiam, vt hic reſiderent. Hac enim ratione præterquàm quòd fungerentur officio ſuo Cardinalib. prouideretur etiam amplitudini Curiæ, ſuppleretúrque ſi quid ei detractum fuiſſet per receſſum multorum Epiſcoporum, qui ad ſuas Eccleſias ſe contuliſſent.

ALIVS abuſus magnus, & minimè tolerandus: quo vniuerſus populus Chriſtianus ſcandalizatur, eſt ex impedimentis quæ inferuntur Epiſcopis in gubernatione ſuarum ouium, maximè in puniendis ſceleſtis & corrigendis. Nam primò multis viis eximunt ſe mali homines, præſertim clerici à iuriſdictione ſui ordinarij. Deinde ſi non ſint exempti, confugiunt ſtatim ad pœnitentiam, vel ad datariam, vbi confeſtim inueniunt viam impuritati, & quod peius eſt ob pecuniam præſtitam. Hoc ſcandalum, beatiſſime Pater, tantopere conturbat Chriſtianum populum, vt non queat verbis explicari. Tollantur, obteſtamur Sanct. tuam per ſanguinem Chriſti, quo redemit ſibi Eccleſiam ſuam, eámque lauit eodem ſanguine. Tollantur hæ maculæ, quibus ſi daretur quiſpiam aditus in quacumque hominum Republica, aut regno, confeſtim aut paulò poſt in præceps rueret, nulloque pacto diutius conſtare poſſet: & tamen putamus nobis licere, vt per nos in Chriſtianam Rempublicam

inducantur hæc monſtra.

ALIVS abuſus corrigendus eſt in ordinibus religioſorum, quòd adeò multi deformati ſunt, vt magno ſint ſcandalo ſæcularibus, exèmplóque plurimū noceant. Conuentuales ordines abolendos eſſe putamus omnes, non tamen vt alicui fiat iniuria, ſed prohibendo ne nouos poſſint admittere. Sic enim ſine vllius iniuria citò delerentur, & boni religioſi eis ſubſtitui poſſent. Nunc verò putamus optimum fore, ſi omnes pueri qui non ſunt profeſſi, ab eorum monaſteriis repellerentur.

Hic intelligitur de religioſis non reformatis.

Hoc etiam animaduertendum & corrigendū cenſemus in prædicatoribus & confeſſoribus conſtituēdis à fratribus, quòd ab eorum præfectis primum adhiberetur magna diligentia, vt idonei eſſent: deinde vt præſentarentur Epiſcopis, quibus præ omnibus cura Eccleſiæ eſt demandata, à quibus examinarentur per ſe, vel per viros idoneos, nec niſi eorum conſenſu admitterentur ad hæc peragenda.

DIXIMVS, Beatiſſime Pater, non licere aliquo pacto in vſu clauium aliquid lucri vtenti comparari, eſt in hac re firmum verbum Chriſti GRATIS ACCEPISTIS, GRATIS DATE. Hoc non tantū ad Sanct. tuam pertinet, ſed ad omnes qui ſunt participes huius poteſtatis: ideo à Legatis & nuntiis vellemus idē ſeruari. Nam ſicut vſus qui nunc inualuit, dedecorat hanc ſedem, & conturbat populum, ita ſi fieret econtrà, maximum decus huic ſedi compararetur & ædificaretur mirificè populus.

ABVSVS alius turbat Chriſtianum populū in Monialibus, quæ ſub cura fratrum conuentualium, vbi

in plerisque monasteriis fiunt publica sacrilegia cum maximo Ciuium scandalo. Auferat ergo Sanct. vestra omnem eam curam à conuentualibus, eámque det aut Ordinariis aut aliis, prout melius videbitur.

ABVSVS magnus & perniciosus est in gymnasiis publicis, præsertim in Italia, in quibus multi philosophiæ professores impietatem docent. Imò in templis fiunt disputationes impiissimæ: & si quæ sunt piæ, tractantur in eis res diuinæ coram populo valde irreuerenter. Ideò putaremus indicendum Episcopis vbi sunt publica gymnasia, vt per eos admonerentur lectores qui legunt, ne docerent adolescentes impietatem, sed ostenderent infirmitatem luminis naturalis in quæstionibus pertinentibus ad Deum, ad mundi nouitatem vel æternitatem, & similia, eósque ad pietatem dirigerent. Similiter ne permitterent fieri publicas disputationes de huiusmodi quæstionibus, neque etiam de rebus Theologicis, quæ certè multum existimationis perdunt apud vulgus: sed priuatim de his rebus fiant disputationes, publicè de aliis quæstionibus Physicis. Idémque iniungendum esset omnibus aliis Episcopis, maximè insignium ciuitatum, in quibus huius generis disputationes fieri solent. In impressione etiam librorum eadem adhibenda esset diligentia, scribendúmque principibus omnibus, vt caueant ne passim quiuis libri in eorum ditione imprimãtur. Dandáq; esset huius rei cura ordinariis. Et quoniam pueris in ludis solent nunc legi Colloquia Eras. in quibus multa sunt quæ rudes animos informãt ad impietatem. Ideò eo-

rum lectio in ludis litterariis prohibenda esset, & si qua alia sunt huius ordinis.

Post hæc quæ ad instituendos ministros tuos in hac vniuersalis Ecclesiæ cura & in eius deinde administratione spectare videntur, animaduertẽdum est in gratiis quę fiunt à tua beatitudine præter priores abusus, alios quoque abusus introductos esse.

PRIMVS est in fratribus seu religiosis apostatis qui post votum solemne à sua religione recedunt, impetrántque ne teneantur gerere habitũ sui ordinis. Imò nec vestigium habitus, sed tantum vestem honestam clericalem. Prætermittamus nunc de lucro. Iam enim diximus in principio, nõ licere ex vsu clauium & potestatis à Christo traditæ comparare sibi lucrum, sed etiam ab hac gratia abstinẽdum. Nam habitus est signum professionis, vnde nec ab Episcopo potest dimitti, cui tenentur hi apostatæ: ideò hæc gratia eis cõcedi non deberet, neque etiam quum ipsi recesserint à voto quo Deo se obligarant, eis permittatur vt habeant beneficia, neque administrationes.

ALIVS abusus in quæstuariis Sancti Spiritus, sancti Antonij, aliísque huius generis: qui decipiunt rusticos & simplices, eósque innumeris superstitionibus implicant: tollendos hos quæstuarios censemus.

ABVSVS alius in dispensatione cum constituto in sacris ordinibus, vt possit vxorem ducere, hæc dispensatio non esset vlli danda, nisi pro conseruatione populi cuiuspiam vel gentis, vbi esset publica caussa grauissima: præsertim his temporibus, in quibus vrgent Lutherani hanc rem maximè.

ABVSVS in dispensatione in nuptiis inter consanguineos, seu affines: certè in secundo gradu non putamus faciendam esse, nisi ob publicam caussam grauem. In aliis verò gradibus non nisi ob causam honestam, & absque pecunia, vt diximus, nisi iam prius coniuncti essent, vbi liceret pro absolutione à peccato iam perpetrato imponi mulcta pecuniaria post absolutionem, & deputari ad pios vsus, in quibus facit Sanct. tua impensas. Nam sicut vbi non est peccatum in vsu Clauium, nihil exigi potest pecuniæ: ita vbi absolutio petitur à peccato imponi mulcta pecunaria potest, & deputari ad pios vsus.

ABVSVS alius in absolutione Simoniaci, proh dolor, quantum in Ecclesia Dei regnat hoc pestilens vitium, adeò, vt quidam non vereantur Simoniam cōmittere, deinde confestim petunt absolutionem à pœna. Imò eam emunt, sicque retinent beneficium quod emerunt.

Non dicimus Sanct. tuam non posse pœnam illam, quæ est de Iure positiuo constituta, eis condonare: sed quòd nullo pacto debeat, vt tanto sceleri resistatur quo nullum perniciosius, nec magis scandalosum.

Licentia etiam testandi clericis de bonis Ecclesiæ non esset danda, nisi pro causa vrgenti: ne bona pauperum conuerterentur in priuatas delicias & amplificationes domorum.

Confessionalia autem cum vsu altaris portatilis nō essent facile danda, sic enim vilescūt Ecclesiasticæ res, & Sacramentum omnium præcipuum. Nec indulgentiæ item dandæ essent, nisi semel in anno, in vnaquaque

quaque insignium ciuitatum. Commutatio etiam votorum neque ita facile faciéda, neque commutanda, præterquàm in æquivalens bonum.

Consueuere etiam mutari voluntates vltimæ testatorum, qui ad pias caussas legant quampiam pecuniæ summam, quam authoritate san. tuæ trans ferunt ad hæredem vel legatarium, ob prætésam paupertatem &c. idque ob lucrum. Certè nisi facta sit magna mutatio in re familiari hæredis per obitum testatoris, ita quòd verisimile sit testatorem ob eam mutationem mutaturum fuisse voluntatem, voluntates testatorũ mutari impium est. De lucro iam toties diximus, quare putamus omnino abstinendum.

Omnibus in summa explicatis, quæ pertinent ad vniuersalis Ecclesiæ Pōt. quantum animo potuimus comprehédere, restat vt nonnulla dicamus, quæ pertinent ad Rom. Episcopum. Hæc Romana ciuitas & Ecclesiæ mater est & magistra aliarum Ecclesiarum. Ideò maximè in ea vigere debet diuinus cultus & morum honestas. Ideò, beatissime pater, scandalizantur omnes exteri qui ingrediuntur templum B. Petri, vbi sacerdotes quidam sordidi, ignari, induti paramentis & vestibus quibus nec in sordidis ædibus honestè vti possent, missas celebrant. Hoc magnum est omnibus scandalum, ideò iniungendum est Reuerendiss. Archipresbytero vel Reuerendiss. Pœnitentiario vt hæc curent, & amoueant hoc scandalum: sicque in alijs Ecclesijs.

In hac etiam vrbe meretrices vt matronæ incedunt per vrbem seu mula vehuntur: quas assectantur de media die nobiles familiares Card. clericique Nulla in

vrbe videmus hanc corruptionem, præterquàm in hac omnium exemplari: habitant etiam insignes ædes: corrigendus etiam hic turpis abusus.

Sunt etiam in hac vrbe priuatorum ciuium odia & inimicitiæ, quas componere & ciues conciliare præcipuè interest Episcopi: ideò per Card. quosdam Rom. præsertim qui magis essent idonei omnes hę inimicitiæ componēdæ essent, & ciuium animi conciliandi.

Sunt in hac vrbe hospitalia, sunt pupilli, sunt viduæ. Harum cura maximè pertinet ad Episcopum, & ad Principem. Ideò Sanct. tua per Cardinales viros probos posset etiam commodè hæc omnia curare.

Hæc sunt, beatissime pater, quæ in præsentia pro tenuitate ingenij nostri colligenda esse duximus, & quæ nobis corrigenda viderentur. Tu verò pro tua bonitate & sapientia omnia moderabere: nos certè si non rei magnitudini, quæ nostras vires longè superat, conscientiæ tamen nostræ satis fecimus: non sine maxima spe, vt sub te principe videamus Ecclesiam Dei purgatam, formosam vt columbam, sibi concordem, in vnum corpus consentientem, cum æterna tui nominis memoria. Sumpsisti tibi nomen Pauli, imitaberis speramus charitatem Pauli: electus fuit ille vt vas, quod deferret nomen Christi per gentes. Te verò speramus electum, vt nomen iam Christi oblitum à Gentibus & à nobis clericis restituas in cordibus & in operibus nostris, ægritudines sanes, oues Christi in vnum ouile reducas, amoueasque à nobis iram Dei & vltionem eam, quam meremur, iam paratam, iam ceruicibus nostris imminentem.

NOMINA CARDINALIVM.

Gaspar Card. Contarenus.
Ioh. Petrus Card. Theatinus, postea Paulus iiij P P.
Iacobus Card. Sodeletus.
Reginaldus Polus Card. Anglicus.
Fredericus Archi. Solernitanus.
Hieronymus Archiepisc. Brundusinus.
Ioh. Matthæus Gibertus Episc. Veronensis.
Gregorius Cortesius Abbas sancti Georgij Venet.
Frater Tomas magister Sacri Palatij.

EXTRAICT DES REGISTRES de la Cour.



EV par la Cour, les Lettres obtenuës par Melchior Mondiere, Marchand Libraire à Paris, le 3. Auril 1612. signé par le Conseil BVYER, portant permission d'imprimer, où faire imprimer vendre, & debiter, tant en Latin, qu'en François, vn liure intitulé *Acta & constitutiones factæ in diuersis sessionibus Sacri generalis Concilij Pisani*, auec les augmentations qu'il pourra recouurer pendant six ans, auec deffences à tous autres Libraires, où Imprimeurs, de l'imprimer, ou faire imprimer, vendre n'y debiter autre que de ceux dudict Mondiere, ou ceux qui auront droict de luy, ny en amener où faire amener de dehors le Royaume soubs nom interposé, & marques faulces n'y en tenir d'autres, à peine de mil liures d'amende pour chacun exemplaire qui se trouuera, & autre mil liures moytié à nous & l'autre moytié aux pauures de l'Hostel Dieu de Paris, Requeste presentee afin d'entherinement desdictes lettres : Conclusions du Procureur General du Roy, tout consideré ladicte Cour entherinant lesdictes lettres ordonne que l'impetrant ioüira du contenu en icelles selon leur forme & teneur. Faict en Parlement le 17. d'Auril. 1612.

Signé, *VOYSIN.*

SERIES CHARTARVM.

ã ẽ & ĩ quod eſt ſemifolium a b c d e f g h & i quod eſt ſemifolium.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

AA BB CC aA bB cC dD eE fF gG hH iI kK lL mM nN oO pP qQ rR ſS & tT quod eſt ſemifolium.

TESMOIGNAGES ET AVTHORITEZ du Concile de Pise, auec l'Arrest de la Cour de Parlement de Paris. Ensemble plusieurs lettres, tant des Roys d'Angleterre & d'Escosse, que de quelques Cardinaux, Prelats & autres Seigneurs, sur le mesme subiect.

Extraict du registre du Greffe de la Cour de Parlement, commençant le Mecredy douziesme Nouembre, 1511.

Lundy 7. iour de Iuin, *Manè*, 1512.

Messieurs les Presidents.

MAistre Antoine du Prat premier.
Maistre Thibault Baillet.
Maistre Ch. Guillard.

Conseillers.

MAistre Iean Duret.
M. Nicolas Dorigny.
Maistre Iean le Coq.
Maistre Frãçois de Loynez.
Maistre Iean de la Place.
Maistre Louys Picot.
Maistre Philippes Turquã.
Maistre Louys Iuuenel.
M. Germain Chastelier.
Maistre du Bellay.
M. Nicolas Brachet.
M. Robert Thiboult.
Me Pierre le Gendre.
M. Ac. d'Albiac.
M. Guillaume de Courhardy.
Maistre G. Auneul.
M. Iean Briçonnet.
M. Iacques le Roux.
M. Ger. de Besançon.

AVIOVRD'HVY Me Nicole Bohier Cōſeiller du Roy en ſon Grand Conſeil, a preſenté à la Cour lettres miſſiues dudit Seigneur contenants creance, en expoſant laquelle il a dit, que ledit Seigneur enuoye à ladite Cour trois Bulles que le Concile de Piſe luy auoit enuoyé: Les vnes contenants la protection en laquelle ledit Concile a mis ledit Seigneur & Empereur auec abſolution *à cenſuris Romani Pontificis*: Les ſecondes contenants les citations & procedures faites contre le Pape: & tierces contenants la ſuſpenſion du Pape, pour par ladite Cour le conſeiller de la forme d'y proceder.

Autre Extraict notable en la page ſuiuante.

EXTRAICT DV REGISTRE du Greffe de Parlement.

Du Lundy 21. Iuin 1512.

Meſſieurs les Preſidents.

Me Thibault Baillet.
Me Ch. Guillard.

Conſeillers.

Me R. Turquan.
M. I. de la Haye.
M. G. de Beſançon.
M. I. Briçonnet.
M. N. Dorigny.
M. L. Iuuenel.
M. E. l'Enfant.
M. P. de Refuge.
M. G. Aimeret.
M. A. d'Albiac.
M. Iac. le Roux.
M. Charles de Potous.
M. G. Arbaleſte.
M. F. Guigault.
M. I. Cheurier.
M. G. de Courhardy.
M. I. de Chauanſac.
M. X. Hennequin.
M. I. de Boni.
M. I. de la Place.
M. R. Thibouſt.
M. Tho. Paſchal.
M. G. le Coq.
M. P. Pellieu.
M. F. de Poncher.
M. Tiercelin.
M. I. de Selua.
M. Iac. de la Barde.
M. Bourgeois.
M. Ger. Chaſtelier.
M. L. Ruſé.
M. G. de Vaudetar.
M. An. de Fumee.
M. P. de Vaudetar.
M. And. Porte.
M. G. Barthelemy.
M. Vinc. Guichard.
M. I. Preuoſt.

M. N. le Maistre.
M. Y. Cantet.
M. Bl. de la Forest.
M. P. le Clerc.
M. Mat. Toustain.
M. L. Seguyer.
M. P. de Bellessor.
M. I. Brullart.
M. I. Rusé.
M. L. de Longueil.
M. F. Disiuc.
M. R. Ferré.
M. I. Hurault.
M. Ph. Pot.
M. G. Dannet.
M. Imb. de la Platiere.
M. L. du Bellay.
M. F. de Moruilliers.
M. And. Vertus.
M. I. Duret.
M. N. de Besze.
M. I. le Coq.

CE iour toutes les Chambres assemblees les Gents du Roy ont requis à la Cour que les lettres patentes du Roy de l'admission de la suspension de nostre S. Pere, faite par le Concile de Pise qu'il a enuoyees a la Cour soient leuës publiees & enregistrees.

LOVYS par la grace de Dieu Roy de France, A tous ceux qui ces presentes lettres verrōt, Salut. Comme par le S. Cōcile vniuersel de l'Eglise militante deuëmēt & canoniquemēt assemblé pour la reformatiō de l'Eglise, tant en chef qu'és membres, conseruation de la foy, & extirpation des heresies, en la Cité de Pise: Et depuis à tēps trāslaté en nostre ville de Milā, entre autres choses les solemnitez en tel cas requises, gardees & obseruees, en ensuyuant les saincts Decrets des Conciles de Constance & de Basle, le Tres-sainct Pere ait esté suspendu de l'administration du Papat, ainsi qu'il appert par les Bulles sur ce faites & expediees, dattees du 20. Apuril 1512. à nous par ledit S. Concile enuoyees, afin d'accepter, faire garder & obseruer en nostre Royaume le contenu en icelles. Lesquelles par l'aduis & deliberation de nostre Conseil, & pour les causes iustes & raisonnables mentionnees esdites Bulles, & à ce nous mouuants: Et mesmement que de tout nostre vouloir & intention desirons le desordre de l'Eglise estre reformé tant en chef qu'en membres, & bonne paix, vnion & pacification y estre mise, & les Decrets desdits Saincts Conciles de Constance & Basle sortir leur effet, auōs accepté & acceptons ledit Decret: Et voulons & ordonnons iceluy estre gardé & obserué de point en point selon sa forme & teneur en nostre Royaume, pais & seigneuries. Et en ce faisant auons declaré & declarons, qu'aux Bulles qui seront expediees par ledit Concile, depuis ladite suspension, foy sera adioustee, & selon icelle les procés iugez, expediez, & terminez. Et auons prohibé & deffendu, prohibons & deffendons à tous nos subiects de n'impetrer dudit S. Pere aucunes prouisions durant ladite suspension, sur peine d'amande arbitraire: Et que lesdites Bulles & porteurs d'icelles soient arrestez & punis comme infracteurs de nosdits Edict & Ordonnance, sans adiouster foy à icelles Bulles, & lesdits impetrans & porteurs contraincts à faire casser tout ce que par eux de fait auroit esté attenté contre nostre presente ac-

ceptation & declaration. Si donnons en mandement par ces presentes à nos amez & feaux les gents de nostre Cour de Parlement à Paris, qu'en ensuiuant nostre present vouloir, ils facent ledit Decret dudit Concile de ladite suspension publier & enregistrer en nostre dite Cour: ensemble nostre ditte presente acceptation & declaration, & icelles entretiennent & fassent entretenir, garder & obseruer selon leur forme & teneur: En iugeant lesdits procés selon les Bulles & prouisions qui seront impetrees audit Concile, depuis le téps deladite suspension. En contraignant & faisant cótraindre à ce faire & souffrir tous ceux qu'il apartiẽdra, & qui pour ce seront à contraindre. Nonobstant oppositions ou appellations quelconques: Car ainsi nous plaist-il estre fait. Et pource que de ces presentes on pourra auoir affaire en plusieurs & diuers lieux, nous voulons qu'au vidimus d'icelles fait sous seel Royal, foy soit adioustee comme à ce present original, auquel en tesmoing de ce nous auons fait mettre nostre seel. Donné à Blois le 16. iour de Iuin, l'an de grace 1512. & de nostre regne le quinziesme. *Sic signatum*, Par le Roy, l'Euesque de Paris, le Sieur de Bouchage, Messieurs Antoine du Prat, Chancelier, premier President de la Cour de Parlement, les Generaux des finances, & autres presents,

GEDOIN.

Lecta, publicata & registrata Parisijs in Parlamento 25. die Iunij anno Domini 1512. Subsignatum,

PICHON.

EXEMPLVM LITTERARVM S. Synodi Pisanæ II. ad almam Vniuersitatem Parisiensem directarum super libello F. Thomæ de Vio Caietani, cui titulus Auctoritate Papæ & Concilij siue Ecclesiæ comparata.

SACROSANCTA *generalis Synodus Pisana in Spiritusancto legitime congregata vniuersalem Ecclesiam repræsentans, & per continuationem Mediolanum ad tempus translata, dilectis filijs Rectoribus, Magistris & Regentibus almæ Vniuersitatis studijs Parisiensis, salutem & omnipotentis Dei benedictionem. Dilectus filius Gaufredus Boussard Cancellarius Parisiensis iussu nostro tradet vobis libellum quendam suspectum & plenum iniurijs contra Concilium Constantiense, & Basiliense, ac nostrum, & contra Joannem Gersonem optimum Ecclesiæ defensorem, compositum per quendam fratrem Cajetanum, hominem audacem et periculosum quem desideramus pro suo demerito castigari. Ideo hortamur vos in Domino, vt libellum ipsum diligenter examinetis & discutiatis, mittatisque ad nos celeriter determinationem vestram doctrinalem, qua possimus iuxta eius audaciam cum vestris sapientissimis concilijs prudenter procedere, &c. Datum Mediolani in generali congregatione nostra* 10. *Iannuarij* 1512.

B. Cardinalis S. Crucis.
G. Card. Narbonens.
R. Card. Bajoceus.
F. Card. de S. Seuerino.
P. de Prie Cardinalis.
F. Arch. Lugdunensis.
Tristandus Senon. Arch.
P. Lucionen. Episc.
G. Magalonen. Episc.
A. Episc. Engolismen.
Iacobus Abbas Cistertij.
Io. Abbas Suession.

Et à tergo, Dilectis filijs Rectori, Doctoribus ac Regentibus almæ Vniuersitatis studijs Parisiensis.

DE PAR LE ROY.

TRes-chers & bien amez, Nous auons esté aduertis que le Cõcile de Pise seãt de present à Milan, vous enuoye par nostre cher et bien amé Maistre Geoffroy Boussart Chancelier de l'Eglise de Paris, vn certain liuret, pour estre par vous visité et examiné: lequel a nagueres esté composé par quelqu'vn au des-honneur des Saincts Conciles de l'Eglise, et depression de l'authorité d'iceux: auquel liuret, comme l'on nous a rapporté, sont contenuës plusieurs grands et dangereux erreurs, qui ne sont à tollerer. Et pource que sommes deliberez de tousiours ayder, porter et fauoriser les Saincts Conciles generaux de l'Eglise, à l'exaltation, gloire et authorité d'iceux, comme la raison le veut: A ceste cause nous vous prions tres-à certes que vous receu ledit liuret, le visitiez et examiniez diligemment, et le confutez par raisons és points & articles, esquels il vous semblera estre contre verité. Si n'y veuilliez faire faute, & vous nous ferez seruice tres-agreable en ce faisant. Donné à Blois, le 19. iour de Feburier. Signé,

LOVYS.

Et au dessous,

ROBERTET.

Et au dos, A nos tres-chers & bien-amez les Recteur, Maistres, Docteurs et Regents de nostre aisnee fille l'Vniuersité de Paris.

A TRES-HAVT ET TRES-PVISSANT PRINCE NOSTRE TRES-CHER ET tres-amé frere, cousin & bon compere le Roy Louys de France.

TRES-HAVT & trespuissant Prince nostre tres-cher & tres-amé frere cousin & bon compere à vous tant affectueusement & cordialement que faire pouuons nous recommandons, depuis les dernieres lettres que nous vous auōs escrittes auons reçeu vne autre des vostres, dattees à Blois le 9. iour de Mars precedent par lesquelles nous signifiez que combien que nous ayez escrit par cy deuant à la verité les causes pour lesquelles nostre sainct Pere le Pape vous a meu & suscité guerre & le deuoir enquoy vous vous estes tousiours mis pour viure auec luy en toute paix & vnion, et qu'à vous n'a tenu que les differents d'entre vous n'ayent esté du tout pacifiez ce que neantmoins iusques au iour de la datte de vostre dicte lettre n'a esté possible que sa saincteté se soit aucunemēt voulu condescendre à ladicte paix quelques remonstrances honnestes ouuertures & offres qu'on luy ait mises en auant, & qu'auez parce esté contraint pour la deffence de vostre honneur, de vos Estats, & de ceux de vos amis & confederez en Italie y pouruoir, ce que faictes à vostre tresgrand regret & desplaisir de l'enuoy que vous auez faict de l'Euesque de Paris, auec instructions & pouuoirs amples & suffisants pour traicter de ladicte Paix, au lieu de Mantouë & que si a nostredit saint Pere ne tient, l'on connoistra qu'a vous n'a ten.. ne tiendra que lesdicts differens particuliers, & tous

autres ne soyent pacifiez & vuidez entierement affin qu'vne bonne & seure paix vniuerselle soit faicte à l'honneur & seruice de Dieu & au repos de toute la Chrestienté.

Treshaut & trespuissant Prince nostre trescher & tres-amé frere Cousin & bon compere, vous pouuez estre seur & certain, que tres desplaisant suimes d'entendre que ledit different d'entre nostredit sainct Pere et vous, ne se peut pacifier pour les grands dangers & inconueniens qui s'en peuuent ensuyuir en plusieurs & diuerses manieres ainsi que par autres nos lettres nous vous auons escrit, dit, signifié & fait dire de bouche plus a plein au S^r. D'Arizolles vostre Ambassadeur à present vers nous pour pareillement vous en aduertir, & souuentesfois en auons instanté nostredict S. Pere par nos lettres & fait requerir de bouche sa S^té. par nostre Orateur estant vers luy l'Archeuesque Dyortz, & ce auons fait encores depuis n'aguieres & auons bon espoir que nostredict sainct Pere se condescendra à toutes offres honnestes licites & raisonnables pour paruenir a ladicte pacification & vnion & suimes bien ioyeux d'entendre que de vostre part vous y estes ainsi bien enclin et disposé, & croyons veritablement veu le personnage qui a cèt intention vous y auez enuoyé lequel l'on dit estre fort sage & prudent que iceux differents prendront à ceste fois bonne fin & conclusion, ce que Dieu veuille par sa saincte grace, et ne fusse que la chose redondast seullement à son honneur loüange & gloire et pour le repos vniuersel de nostre saincte Religion Chrestienne, à quoy tous Princes Chrestiens y doyuent sur toute autre chose terrienne auoir l'œil & le regard pour le descouragement des Infidelles ennemys d'icelle qu'ils n'entreprennent sur ladicte Chrestienté, & n'estoit pour la bonne amour zelle et trescordialle affection que vous portons,

nous ne vous voudrions si souuentesfois troubler de ceste matiere.

Et quand à ce que vous dittes en vostre ditte lettre qu'il est venu à vostre notice que nostredit sainct Pere a enuoyé deuers nous son Orateur Hyeronimo Bovize auec plusieurs briefs credentialles par vertu desquels il a porté plusieurs parolles à nous et aux gens de nostre Conseil chargeant sur vous en vous donnant le tort, nous priant ne vouloir en ce adiouster foy en ce qu'il nous dira à l'encontre de vous.

Treshaut et trespuissant Prince nostre trescher & tresamé frere Cousin et bon compere vous entendez bien qu'il est requis honorable & conuenable à vous, à nous, & a tous autres Princes d'ouyr & entendre les Orateurs & Ambassadeurs qui sont enuoyez par deuers eux & singulierement ceux de nostredit sainct Pere, et ne deuez estre aucunement mal content ne prendre aucune suspection ou imagination de sa venuë vers nous : car vous pouuez estre seur que sadicte venuë, ny celle de nul autre Ambassadeur ne nous fera faire chose qui puisse cōtreuenir à la bonne & mutuelle amitié & fraternelle dilection d'entre vous & nous.

Au surplus, nostre trescher & tresamé frere Cousin & beaupere le Roy Catholique d'Arragon nous a signifié qu'il est deliberé cét Esté prochain d'aller en sa propre personne contre les Mores ennemis de nostredicte Foy & saincte Religion Chrestienne en nous desirant & requerant luy vouloir enuoyer mil de nos Archers de cestuy nostre Royaume pour luy faire seruice en son voyage à l'encōtre desdicts Mores, ce que luy auons tres volontiers & de bonne affection, concedé & octroyé veu & consideré que c'est pour le seruice de Dieu nostre Createur & pour subjuger les infidelles ennemis de nostre ditte saincte Religion & que nul autre

part l'on ne les sçauroit mieux enuoyer ne mettre en besongne dont nostredit Createur en fust plus content desquelles choses vous auons bien voulu aduertir comme nostre bon frere ainsi qu'auons faict & desirons de faire de temps en autre de toutes nos nouuelles & affaires, priant au demeurant nostre Seigneur, qu'il vous ayt trescher, treshaut & trespuissant Prince, nostre trescher et tresamé frere cousin et bon compere en sa tressaincte & digne garde, escrit en nostre manoir de Geneulriche le sixiesme iour d'Auril, l'An quinze cent & unze auant Pasques, Seellé du cachet des armes d'Angleterre en cyre rouge.

Vostre loyal frere & bon compere
Henry. R.

MEANTIS, Secretaire.

A TRES-HAVT, TRES-PVISSANT & Tres-Chrestien Prince, nostre tres-cher & tres-amé frere cousin & allié, Louys par la grace de Dieu Roy de France. Duc de Milan, Seigneur de Gennes.

TRESHAVT, tres-puissant, & Tres-Chrestien Prince, nostre tres-cher & tres-amé frere Cousin & allié, Louys par la grace de Dieu Roy de France, Duc de Milan, Seigneur de Gennes : Iames par icelle mesme grace Roy des Escossois; salut, amour, entiere fraternité & dilection. Nous auons receu le xj. iour de

ce moys en noſtre chaſtel d'Eſtraing, vos lettres eſcrites à Blois le cinquieſme iour d'Aouſt, par leſquelles nous entendons que noſtre S. Pere le Pape eſt declaré voſtre ennemy & tient le party des Veniciens, & a fait tout ſon effort pour faire rebeller voſtre Seigneurie de Gennes, & a mis ſon pouuoir de rompre l'amitié d'aucuns vos freres & alliez : & pareillement de broüiller voſtre alliance des Suiſſes, & les ioindre auec leſdits Veniciens, & qu'au regard du ſpirituel noſtredit S. Pere veut diſpoſer à ſa volonté de toutes les Eueſchez, Abbayes, & gros benefices de voſtre Royaume, & les bailler à gents qui ne vous ſont feables, & qu'à ceſte cauſe menoit guerre ouuerte tant par mer que par terre a lencontre de vous, & du Duc de Ferrare, à l'occaſion de certain ſeel, en voulant par tels moyens troubler voſtre Eſtat, tant du temporel que ſpirituel quiſont choſes intollerables aux Roys & Princes de la Chreſtiété: Et leſquels vo⁹ ne voudriez endurer, mais obuier & reſiſter: Et à ceſte fin auez aſſemblé les Princes, Seigneurs & Prelats de voſtredit Royaume pour y donner remede, & de ce que ſera deliberé. Vous nous auertirez afin que nous tenions vn meſme conſeil & auis pour obuier à telles entreprinſes, & ainſi qu'il eſt plus amplement contenu dedans voſdites lettres. Tres-haut, tres puiſſant, & Tres-Chreſtien Prince, noſtre tres-cher & tres-amé frere, couſin & allié, nous ſommes tres-deſplaiſans de la queſtion qu'eſt entre noſtre-dit S. Pere & vous, laquelle ne peut eſtre ſans grand dommage de la Chreſtienté, & nous ſemble qu'eſtes plus tenu de ſouffrir de ſa Sainćteté que

d'estre son ouuert ennemy, reserué toutesfois vostre Estat au temporel, & libertez & franchises des Eglises de France: lesquelles si pouuez auoir entierement, il conuient vous en monstrer ce qu'estes, c'est à dire, Tres-Chrestien Roy, & quand seroit vostre plaisir, & que soyons aduertis nous & nos bons freres, cousins & aliez, escrirons à nostre-dit S. Pere pour fauoriser la maison de France comme ses predecesseurs ont fait, ou autrement en telle sorte que vous auiserez. Au surplus, il nous plaist bien que en toutes ces choses irraisonnables on n'a rien peu faire alencontre de vous, & vous remercions de ce que nous auez donné à entendre le cas: Et de nostre part vous certifions que nous ensuiurons vostre propos & aduis, & sommes deliberez de tenir vostre party, ce que sommes obligez à faire, tant pour la proximité de lignage & alliance qui est entre vous & nous, que pour la bonne affection que nous y auons. Et specialement pour les grandes offres que nous auez remonstrees dernierement par le Sieur de la Mothe, & pource vous prions nous faire sçauoir des affaires qui vous suruiendront, car en iceux nous voulons employer de nostre pouuoir tant par deçà la mer que par delà, ainsi que par effet cognoistrez, & esperons que n'aurez faute de gents à l'ayde de Dieu, & enuoyerons briefuement nostre amé feal Conseiller l'Euesque de Monray, Commendateur perpetuel de nos Abbayes du Bourg Petenblen & de Contingant en Angleterre, tant pour plus amplement vous donner à entendre nostre intention tant sur les choses dessusdites, & voir la fin d'icelles, que pour autres nos secrets affaires. Et à tant, Tres-haut, tres-puissant,

& Tres-Chrestien Prince, nostre tres-cher & tres-amé frere, cousin & allié, prions nostre Seigneur vous tenir en sa saincte garde. Escrit à Edimbourg le xxj. iour de Septembre, séellé en cire rouge auec placart des armes d'Escosse.

Vostre bon frere,
IAMES, R.

MONSIEVR le Tresorier, ie me recommande à vous tant de bon cœur comme ie puis: Mon maistre d'Hostel S. Bonnet s'en va en France. Ie rescris au Roy & à Monsieur le Legat bien au long ainsi que vous pourrez voir par leurs lettres. Ie vous prie qu'elles ne soiẽt point veuës: car à ce que i'ẽtens on n'escrit chose de par dela que le Pape ne soit aduerty: ie n'ay plus si bon credit auecques luy comme ie soulois, pource que ie luy ay dit verité, ie croy qu'il le cognoist maintenant: & paraduenture que s'il auoit à donner l'absolution des Venitiens, qu'il y penseroit mieux qu'il ne fit quand il leur donna, ainsi que i'ay tousiours escrit au Roy, à Monsieur le Legat, & à vous. Nous serons tousiours bons François de par deça quand on verra que vous serez les plus forts.

M. le Tresorier tant que le Roy & M. le Legat verrõt que ie leur pourray faire seruice de par deça, ie n'y espargneray ne corps ne biens pour ce faire. Ie rescrits au Roy qu'il soit son plaisir qu'il ayt regard en la grand despence qu'il faut que ie fasse de par deça, & que ie ne suis pas de ceux qui ont espargné des escus du temps

qu'ils estoient à bon marché, car ils sont bien chers de par deça. Vous m'auez rescrit dernierement que serez mon soliciteur, dont ie vous remercie, & voudrois que vous ou quelqu'vn de vos amis eussiez affaire de pardeça, & ie vous rendrois le cas pareil. Si c'est le plaisir du Roy de rescrire à nostre S. Pere de me donner quelque benefice des premiers vacans, ie luy promets ma foy que si le Pape le me donne que ie luy enuoyeray mes Bulles & procurations pour en faire ce qu'il luy plaira & ne me doit point tenir en la generalité des autres, car il y a trop long temps que ie suis son seruiteur pour luy faire chose qui luy desplaise, i'ay chargé mondit maistre d'Hostel de luy en parler. Sy luy plaist de ce faire, ie vous prie m'y estre aydant, & aussi touchant mon Abbaye de Lyre dont ceux de l'Eschiquier m'ont faict vn grand tort, ie vous prie M. le Thresorier que me rescriuez des nouuelles du Roy, de M. le Legat, & des vostres & de ce qu'il suruiendra de par deça, ie vous le feray tousiours à sçauoir. Priant Dieu qu'il vous doint ce que plus desirez. Escrit à Rome le xv. d'Apuril.

Monsieur le Tresorier le Capitaine des Allemans de la garde du Pape a esté long temps au seruice, il luy est deu trois cents francs de ses gages dont il dit que le general de Beaune en a sa descharge. Il est tres-bon François & est bien pour seruir icy le cas aduenãt, ie suis d'aduis que on luy doit payer ses trois cents francs. I'en escris à Monsieur le Legat.

Le tout vostre bon amy, PRYE *Cardinal.*

Et en la subscription, A Monsieur le Tresorier Robertet.

SIRE,

SIRE, ie me mect tout à ceste heure par eau icy à Rouanne, & m'enuoys deuers vous. I'ay laissé Messieurs les Cardinaux à Lyon auecques les autres Prelats, et est besoin, SIRE, que vous leur escriuez, & mesmement à Monsieur de S. Malo qu'il ne parte point de Lyon, iusques à tant qu'il ayt de vos nouuelles, autrement, Sire, tout le Concile s'en yra en fumee.

SIRE, esperant vous dire le demourant, ie vois prier Dieu vous donner tres-bonne vie et longue. Escrit à Rouanne, ce premier iour de Iuillet.

Vostre tres-humble & tres-obeissant subiect & seruiteur PRYE *Cardinal.*

Et au dessus est escrit. Au Roy mon souuerain Seigneur.

SIRE, ie suis arriué auiourd'huy en Ast qui est le XX. iour de Septembre, et par tout le chemin ay veu par les lettres que on vous escrit qu'il ne se faut point attendre pour ceste heure icy à la mort du Pape, & faut poursuiure vostre entreprise du Concile.

Sire, ie croy que nous nous trouuerons petite compagnie en ceste affaire, si vous n'y faites pourueoir de par dela autrement ainsi que ie vous ay escrit & à Monsieur le Chancelier, & à Robertet.

SIRE, i'ay troué icy le Maistre d'Hostel Malbaille, qui a fait en enuoye tous vos gendarmes de l'Astisanne

au cartier de delà ainsi que vous luy auez mandé. Et à la verité ils ne seruoient de rien icy, car ils estoient trop loin de la fronstiere pour vous faire seruice s'il en estoit besoing.

Sire, i'ay sçeu que les Cardinaux s'en vont à Pise, ie m'en yray demain à Milan parler à Monsieur de Nemours, et de là les suiurez: & ce que il suruiendra & que ie pourré connoistre qu'il seruira en la matiere, ie le vous feray sçauoir. Priant le benoist fils de Dieu, Sire, vous donner tres-bonne vie & longue. Escrit en Ast le xx. iour de Septembre.

Vostre tres-humble & tres-obeissant subjet & seruiteur, PRYE Cardinal.

Et en la subscription est escrit. Au Roy mon souuerain Seigneur.

MESSIEVRS, nous auons entendu vous venues deuoir estre en Ast le xxviij. du present dont sommes tres-ioyeux. Nous auons eu nouuelles de Florence que la Seigneurie s'est declaree pour le Concile, sans auoir regard à l'interdict leurs marchands ne marchandises & derisent à ceste cause nous venues audit Pise & non sans cause: ainsi que pourrez voir par vne lettres que Monsieur d'Ostun Ambassadeur du Roy audit Florence rescrit à moy de Narbonne: à ceste cause vous prions tres-affectueusement que veillez diligenter vous venuës à Plaisance à xx. mil prés d'icy, auquel lieu auons escrit à Monsieur le Gouuerneur dudit lieu le Sieur de Rocqueberthin donner ordre pour

vous logis. Auiourd'huy Monſieur de Lotrec y doute arriuer ordonne par le Roy au Concile: Eſperons que Monſieur le Reuerendiſſime de Bayeux y ſera demain & Monſieur le Reuerẽdiſſime d'Albret ſera icy anuyt, & ferons conte que dedans deux iours les deſſuſdits & nous ſerons enſemble pour auiſer la maniere de noſtre deſlogement les vns apres les autres, pource que le chemin de Ponttremoly où nous faut tous paſſer eſt eſtort & ſterille, eſperons que par tout ſe donnera bon ordre, dont à vous venuës audit Plaiſance ſerons auertis les genſdarmes ordonnez par le Roy qui ſont trois cents cinquante hommes d'armes, la plus part paſſeront par vne autre voye pour ne empeſcher point noſtre paſſage, & ferez bien d'enuoyer à Pyze prendre vous logis, où il y aura Commiſſaire de par la Seigneurie pour en faire la diſtribution.

Meſſieurs nous prions Dieu qui vous donne bonne vye & longue. Eſcript au Bourg S. Donam ce xxiiij. iour de Septembre.

Vos bon Freres B. Car. S. †.
G. Card. de Narbonne. F. Cardinalis Cuſentinen.

A Meſſieurs les Prelats de l'Egliſe Gallicane.

SIRE, i'ay sçeu en Ast que Monsieur de Foix estoit party de Milan pour s'en aller à Veronne pour quelques lettres que l'Empereur luy auoit escrites, parquoy ne suis point allé audit Milan, & m'en voys tout droit au bourg S. Denis où sont Messieurs les Cardinaux qui ont grand enuie de me voir, ainsi que Monsieur de Foix m'a rescrit, & espoire estre demain deuers eux.

Sire, en passant par Alexandrie l'Euesque dudit lieu est venu parler à moy sur le chemin pource qui n'a pas encores fait son entree, & combien que le Pape l'ayt enuoyé de pardeça, & vne fois auoit deliberé de l'enuoyer deuers vous, & qui soit seruiteur du Pape de ce que i'en puis cognoistre y vous sera bon & loyal seruiteur. Il a parlé à Messieurs les Cardinaux en ensuiuant la charge que le Pape luy auoit donnee ainsi que ledit Euosque m'a dit qu'ils vous ont escrit.

Sire, ledit Euesque a enuoyé vng de ses seruiteurs deuers le Pape, & ne attend l'heure d'en auoir la responce, & luy a mandé que lesdits Cardinaux luy ont dit qu'ils sont tres-cõtant que le Pape preside au Concile, par ainsi qui le mette en lieu seur qu'ils puissent auoir leurs opinions franches, qui sera à luy & à tous les Cardinaux de sa bande la chose plus difficile à sauuer : car il n'y sçauroit remedier qui ne faille qui passe par là : & en nous refusant ceste article nous aurons iuste cause & saincte de tenir nostre Concile, auquel, Sire, deuez faire diligence que tous les Prelats & autres qu'ils sont nommez s'y trouuent sans en nul excuser.

Sire, ie prie le benoist fils de Dieu vous donner tres-bonne vye & longue. Escrit à Gangnere le xxv. de Septembre.

Vostre tres-humble & tres obeissant subject & seruiteur, PRYE Cardinal.

Et au dessus est escrit, Au Roy mon souuerain Seigneur.

SIRE, i'ay receu les lettres qu'il vous a pleu m'escrire du x. de ce moys, & entre autres choses vous m'escriuez touchant le fait du Concile de Pise à ce que ie face bailler cent ou cinquante hommes d'armes pour la conduite de Messieurs les Cardinaux & Prelats qui ont à y aller.

Sire, i'ay assemblé M. le Mareschal de Treuoulx, & tous Messieurs vos Capitaines qui sont icy pour auiser à ce que pour le mieux y estoit à faire, & auons bien au long debatu ceste matiere, laquelle sans point de doute n'est de peu d'importance, & d'enuoyer si petite compagnie auec mesdits Srs. les Cardinaux & Prelats : ils seroient foibles, & pourroit venir chose qu'ils ne pourroient tenyr ledit Concile. Car, Sire, l'on dit que l'armee du Pape & du Roy d'Espaigne sont prestes: d'autre costé Monsieur de la Pallice a vne grosse bande de vos gensdarmes auec luy, & en est vostre Duché bien desgarnye.

Toutesfois, Sire, il a esté auisé que i'enuoyeray Monsieur Dars deuers mesdits Srs. les Cardinaux pour auiser auec eux de toutes choses, & leur faire entendre

ce qui s'y peut faire, & incontinent qu'il sera retourné deuers moy ie vous feray sçauoir bien au long la conclusion qu'il aura prinse auec eux: & si la chose est trouuee raisonnable on le fera, & du tout, Sire, serez aduerty en attendant vostre responce, & cependant ie fais tousiours approucher vos gensdarmes qui estoint en Astisanne vers le Parmesan & Cremonnoys.

Sire, ie prie Dieu qu'il vous donne tres-longue & bonne vye, à Milan le xvij. iour de Septembre.

Sire, Monsieur le Cardinal de Prye m'a escrit vne lettre laquelle ie vous enuoye, il vous plaira, Sire, me mander sur cela ce que voulez que i'en face.

Vostre tres-humble & tres-obeissant subiect & seruiteur. GASTON.

Et dessus est escrit, Au Roy mon souuerain Seigneur.

SIRE, ie suis arriué en ceste ville dés Ieudy & ay demouré deux iours auecques Messieurs les Cardinaux, ausqueux ay dit de vostre part la cause de ma venuë: ils ont debatuz deuãt moy la façon de leurs allees: Et touchant Messieurs les Cardinaux de S. Malo, d'Albrec, & de Prye, ils estoint prests à partir.

Sire, Monsieur de Saincte Croix & de Cussance ont fait difficulté de passer outre, disant qu'ils n'yront point que premierement l'Empereur n'enuoyast vng Procureur & vng Prelat ou deux pour assister pour ledit Empereur.

Sire, quand i'ay veu la difficulté qu'ils faisoint, m'a

ſemblé moyenner que tous paſſaſſent outre, iuſques à Lucque, & en cependant vous ſeriez auerty & eſcririez à l'Empereur affin qu'il fiſt ce que deſſus eſt dit, & là & au cas qu'il n'enuoyaſt ladite expedition eſtant leſdits Cardinaux à Lucque qu'ils s'en pourroint retourner, & ie ſeray touſiours auecques eux pour les accompagner & l'ouuerture que ie leur ay faite l'ont trouué bonne, tellement que Monſieur de S. Malo partira Lundy ou Mardy, & Meſſieurs d'Albrec & de Prye lendemain & Vendredy ou Samedy Meſſieurs de Saincte Croix & de Cuſſance.

Sire, voſtre bon plaiſir ſera faire faire diligence que ledit Empereur enuoye ſon procureur & vng ou deux des Prelats de ſes pays, car autrement ſans nulle faute leſdits Cardinaux de Saincte Croix & de Cuſſance ne ſont point deliberé de paſſer ledit Luque ſans cela, auſſi m'ont requis que ie m'en aille auecques eux de Luque en Piſe auecques cinquante hommes d'armes, laquelle choſe leur ay accordé conſiderant que c'eſt voſtre ſeruice.

Sire, ie vous ſupplie tres-humblement que vous plaiſe me faire reſponce ſur le tout qui vous plaiſt que ie face & n'y eſpargneray corps ne biens. Auſſi Monſieur de S. Malo de par tout Meſſieurs les Cardinaux qui ſont icy eſcrira audit Empereur & à Monſieur le Cardinal de S. Seuerin affin qu'il enuoye ledit Procureur & Prelats : Et ſi ie vois auecques eux audit Pyſe ce n'eſt ſinon pour aſſiſter pour vous & y demeurer iuſques à la deuxieſme ou troiſieſme ſtation.

Sire, les Florentins ont enuoyé trois fois deuers Meſſieurs les Cardinaux leurs priant qu'ils fiſſent tant que

les gensdarmes ne fussent logez en Pise ny en leurs païs à cause de la mauuaise annee de toutes choses.

Sire, pour la seureté de vos gensdarmes y m'a semblé les loger depuis le Marquisat de Masse iusques à huict mille prés de Lucque, & croy que par ce moyen les Florentins bailleront victouailles.

Sire, ie prie à Dieu qui vous doint tres-bonne vie & longue. Au bourg S. Denys le xxvij. iour de Septembre.

Vostre tres-humble & tres-obeissant subject & seruiteur,
ODET DE FOIX.

Et au dessus est escrit. Au Roy mon souuerain Seigneur.

SIRE, tant & si tres-humblement que faire pouons nous recommandons à vostre bonne grace.

Sire, de Lyon vous auons aduerty de nostre partement, & sommes arriuez en ceste vostre Cité d'Aast, où nous auons trouué lettres de Messieurs les Cardinaux qui nous sollicitent de diligenter nostre allee comme s'il c'est vostre plaisir pourrez voir le double de leursdites lettres que vous enuoyons cy-dedans enuelopees, & à ceste cause partons demain pour continuer nostre voyage: Si vous supplions, Sire, qu'il vous plaise nous commander tousiours vos bons plaisirs pour iceux accomplir de tout nostre pouuoir, aydant nostre Seigneur qui par sa grace vous doint, Sire, tres-

tres-bonne vie & longue. d'Aast le penultieme iour de Septembre.

Vos tres-humbles & tres-obeissants subjects & seruiteurs, Les Prelats representans l'Eglise de vostre Royaume, P. GENTET.

Et au dessus est escrit, Au Roy nostre souuerain Seigneur.

SIRE, tant & si tres humblement que faire puis à vostre bonne grace me recommande.

Sire, i'ay receu les lettres qu'il vous a pleu m'escripre du xxvij. de Decembre, & incontinent ay escrit & enuoyé deuers Monsieur de Nemoux estant à Parme, duquel i'attends la responce. Et ce pendant me informeré de la verité, & incontinant vous aduertiray de tout ainsi qu'il vous a pleu me commander.

Sire, auiourd'huy a esté la quarte session du Concile en ceste ville où Dome, en laquelle y auoit plus de xxv. mil personnes: Monsieur le Cardinal de Prye a fait le seruice, & y estoient d'vn costé Messieurs les Cardinaux Euesques & autres Prelats, & de l'autre Monsieur le Mareschal, tout le Senac, Gentilshommes & autres gens de bien de la ville. Et durant le seruice l'Abbé de Brayne lez Soissons a fait vn Sermon en Latin qui a fait tout plain d'honneur aux François, car les Italiens en ont fait autant d'estime que de oraison qui fut fait à Milan dix ans a. Et apres ont esté publiez les decrets

qui ont esté faits, concluds & arrestez és sessions precedentes. Et sans nulle faute, Sire, ladite session a fait beaucoup de bien, car la plus grand partie du peuple de ceste ville est tout apaisee & honnorent & reuerent le Concile de present.

Sire, ce iourd'huy sont venuës nouuelles que les Suisses ont bruslé le Palais de Monsieur le Mareschal à Nauuaret pillé ses hommes & emmené aucuns prisonniers à Bellinsano, ie croy qu'il vous en auertit bien au long.

Sire, ie prie le benoist fils de Dieu qu'il vous doint tousiours santé & tres-longue vie. Escrit à Milan ce iiij. iour de Ianuier.

Vostre tres-humble & tres-obeissant subiect & seruiteur
IAQVES OLIVIER.

Et au dessus est escrit. Au Roy mon souuerain Seigneur.

SIRE, nous auons eu des lettres de l'Empereur par lesquelles il nous mande qu'il a enuoyé d'aucuns depputez pour venir au Concile & assister auecques nous auecques les commissions necessaires. Et pource qu'il a entrepris vne dyette où les Princes & Prelats de toute l'Empire se doiuent trouuer à Auguste, à laquelle il s'en part pour y aller. Il nous prie de enuoyer quelques Orateurs de la part du Concile pour ce trouuer à ladite dyette audit lieu d'Auguste, & à ce lieu là ce ren-

dra ledit Empereur pour nous faire responces à toutes les articles que luy auons mandez.

Sire, pource que nous desirons la reformacion de l'Eglise, le bien & vtilité de toute la Chrestienté, & que ce qui est bien commencé vienne à perfection que toute la nation Germanique ce vienne adherer audit Concile, auons conclud tous ensembles en nostre congregation de enuoyer Messieurs l'Euesque d'Angoulesme, l'Abbé de vng Docteur en Theologie de Paris nommé de Quercu, vng Docteur en Droict de Pauye, & Lascarie pour eux trouuer audit lieu d'Auguste deuers l'Empereur & les Princes & Prelats de l'Empire.

Sire, nous esperons qu'ils y feront vne bonne œuure qui sera vtile & prouffitable à toute la Chrestienté & ne vous sera point dommageable. Toutesfois, Sire, les dessusdits nommez ne voudroient point entreprendre telles choses ny autres, sans vostre bon plaisir & licence. Parquoy s'y vous auez agreable qu'ils aillent deuers ledit Empereur à ladite iournee d'Auguste si vous plaist le leur manderez, & le plustost est le meilleur, affin que l'Empereur n'ayt nulle excuse qui ne vous tienne & au Concile ce qu'il a promis. Et pourrez mander au dessusdits pour dire quelque chose à l'Empereur de vostre part ce que verrez qui sera vtile & prouffitable pour les affaires qu'ils sont entre vous deux. Car ledit Monsieur d'Angoulesme le fera bien & sagement, ainsi qu'il vous plaira luy mander. Et nous semble, Sire, qui seroit bon que rescriuissiez à l'Empereur que en ensuiuant les lettres qu'il a escriptes au Concile, & qui vous a tousiours aussi fait dire par

ſon Ambaſſadeur que nous luy enuoyons des Ambaſſadeurs luy priant que en enſuiuant ce qu'il a touſiours mandé, il vueille enuoyer icy des Prelats de ſon pays pour aſſiſter audit Concile pour le bien & vtilité de toute la Chreſtienté. Et auſſi, *Sire*, qu'il vous plaiſe eſcripre aux Ellecteurs de l'Empire, à Monſieur de Gurſe & à voſtre Ambaſſadeur Rigault de conduire les noſtres, & leurs faire tout le plaiſir qu'ils pourront. Et ſi vous plaiſt aurez regard aux miſes qui faut faire pour ledit Concile tant à ceſte affaire que autres qui ſuruiennent tous les iours, autremẽt nous n'y ſçaurions fournir, & vaudroit beaucoup mieux que l'argent que on a leué ſur nos benefices fuſt employé aux officiers & affaires dudit Concile qui de iour en iour ſuruiennent, que les Prelats eſtant icy qu'ils n'en ont point de meſtier, les diſtribuaſſent entr'eux. Et entre nous Cardinaux qui faiſons beaucoup plus grande deſpence que leſdits Prelats, il nous feroit grant mal qu'ils leuaſſent l'argent ſur nos benefices, & que nous n'en euſſions comme eux ou que on mecte ledit argent aux affaires dudit Concille.

Sire, ce que ie vous en eſcrits ce n'eſt point de mon oppinion ſeule, car meſdits ſieurs les Cardinaux m'ont donnez charge de le vous mander: & ſi vous plaiſt vous en ferez ſçauoir voſtre vouloir, & de toutes autres choſe pour l'accomplir. Priant à Dieu, Sire, vous donner tres-bonne vie & longue. A Milan le xij. de Ianuier.

Voſtre tres-humble & tres-obeiſſant ſubjet & ſeruiteur, PRYE Cardinal.

Et au deſſus eſt eſcrit. Au Roy mon ſouuerain Seigneur.

SIRE, Messieurs du Concile vous escriuent en Latin en faueur de l'Euesque Dornyette frere de Messieurs le Cardinal de S. Seuerin & grant Escuyer, qui vous plaise auoir regard audit Euesque luy faisant deliurer semblable recompence à sadite Eueschć que le Pape a donnee à vng autre, sur les benefices des Cardinaux & autres qui en ont en vostre Duché de Milan estant en vostre main.

Sire, il y a beaucoup des seruiteurs du Pape qui en tiennent qu'ils n'ont point esté mys en vostre main, & seroit besoing que vous mandissiez que on le face, il ne les faut point espargner, car le Pape ne nous espargne point.

Sire, vous ferez grand cherité & aumosne de faire pourueoir ledit Euesque, & de ma part ie vous en supplie tres-humblement, car Monsieur le Cardinal de S. Seuerin & moy sommes comme freres & n'y aura point de diuision.

Sire, ie prie à Dieu vous donner tres-bonne vie & longue. Escrit à Milan le xij. de Ianuier.

Sire, le Pape a osté audit Monsieur Dornyette l'Office de Sommaire des Bulles de Rome qui est vne bonne office.

Vostre tres-humble & tres-obeissant subject & seruiteur, PRYE Cardinal.

Et au dessus est escrit, Au Roy mon souuerain Seigneur.

REVERENDISSIME in Christo pater et Domine nobis colendissime comen. audiuimus felicem Secretarium D. V. R. vidimusque litteras quas ad nos scripsit: quibus quantum nobis occurrit respondemus: Quæque facta sunt à nobis canonice et legitime facta fuisse propter vota nostra et præcepta Ecclesiæ, illiusque notoria scandala, & speramus per omnes fore approbanda, etiam per ipsum Sanctissimum D. N. cui Dominus inspirabit veritatem hanc ad salutem Ecclesiæ necessariam, & tunc nos illi gratissime & fidelissime seruiemus. D. V. R. per litteras suas credentiales & nuntios ter quater-ve nobis antea certissimam spem & indubiam fidem dedit quod nobiscum perstaret in Concilio et communi defensione & reformatione Ecclesiæ, & quod in impensis omnibus ante & post necessarijs nobis semper responderet, ad quod fidem suam inconcussam pollicita nobis est: Quinimo & in notis suis & chifris quas ad nos misit fidem ipsam se voluit appellari, quam nobis tenendam firmissime offerebat, et quod esset ad nos ventura quando determinatè de suo aduentu scriberemus. Deinde quia nonnulli nobis dixerant D. V. R. conciliationem suam cum S. D. N. nobis inscijs tractare: quamuis id non credebamus propter litteras suas prædictas & verba constantissimè nobis data, nec videbatur verisimile propter actiones præteritas summi Pontificis vobiscum, præsertim quia processum fieri fecerat de priuatione vestra, propter nonnulla quæ credimus R. D. V. notiora: diximus tamen aliquid de hoc, Christoforo familiari vestro, qui multis iuramentis contrarium est attestatus, & D. V. R. indiuidue nobiscum mansuram etiam cum iuramento affirmauit: similiter & Marchus Bagarottus alter nuncius vester cum lit-

teris credẽtialibus, multis etiam execrationibus idem nomine D.V.R. iurauit, conformemque voluntatem vestram, votis nostris in hac materia directionis. Cõcilij perpetuo futuram asseuerauit: habentes itaque nos rem clarissimam & certissimam de bona mente & fide data D.V.R. ad rem Concilij, & cum esset in mora periculum postquam venerunt isti commissarij & procuratores Cæsarei & Regis Christianissimi ad requirendum nos de concilio intelligentes S.D.N. comminationes & fulminationes de citationibus & creationibus &c. Fecimus diligenter conuocationem concilij vt S.D.N. iurisdictione præueniremus, et ea causa non potuimus tunc D.V.R. facere certiorem, sed statim illi omnia significauimus. Nunc autem D.V. Reuerẽdissima si manere voluerit in concilio, mandatum suum poterit mittere, si secus: faciet vt voluerit. Dominus qui est ipsa veritas nos iuuabit, & Ecclesiam suam quam vsque in sæculum est seruaturus, & in hoc quod affuturus sit nobis nullomodo diffidimus, nec sumus sicut alij qui trepidant timore vbi non est timor: Proprium enim est hominis Christiani fortem et constantem esse, nec vlterius requiremus D.V.R. sed iuri remittemus, ex quo videmus tam modicam rationem honoris nostri & auctoritatis Ecclesiæ fuisse habitam & per eum graue scandalum in publicis protestationibus et missionibus literarum fuisse huic sanctissimo principio concilij exhibitum, curabunt id alij Principes sacratissimi quibus est cura carissima, atque custodia Ecclesiæ sanctissimæ Dei & congregationis eius per quam salus fidelibus est parãda: Primo ergo illæ cedulæ conuocationis lacerari non poterunt, quia missæ iam sunt, sed nullæ post hac scribentur cum vestro nomine, credebamus enim facere D. V. Reuerendissimæ magnum honorem qui in tam honorata societate probatissi-

morum virorum & pro tam sancto actu ex fide nobis data nomen vestrum apposuimus. Tres ex nobis sufficienter facere illum actum potuimus, & nullius de nouem Reuerendissimis Dominis praescriptis mandatum deficit, nisi solum vestrum, rogamus D. V. R. quod ad minus istas litteras non mittat ad eos qui nunc nobiscum non conueniunt sicut de alijs dicitur quod fecistis, quia haec grauis esset nota vestra. Illi tamen breui facient officium Catholicorum Principum: & parcat nobis Dominus Reuerendissimus: nescimus enim an eum ijs actionibus D. V. R. placitura sit Papae aut concilio vel nulli: commendamus nos D. V. R. quae foelix valeat. Mediolano xxiiij. Maij M. D. XI.

E. V. Reuerendissime Dominationis

Filij & seruitores.

Miseratione diuina Episcopi, Presbiteri, Diaconi, S. R. E. Cardinales in Lombardia pro bono Ecclesiae conuenientes per se vel per mandata:

B. Cardinalis S. †. G. Card. Narbonen.
F. Card. Constân.

FINIS.